Vitium ſodomiticum in homine vix eſt credibile, multò magis in Brutis, ibid. nu 99. 263. & nu. 100. 264

Vitium ſodomiticum originem ſumpſit à mulieribus, ibid. num. 110. 263

Vitium ſodomiticum inter delicta atrocia connumerandum eſt, ibidem nu. 121. 264

Vltima dies includitur in termino, in cap. 23. numero 32. 205

Vltimum ſupplicium mors ſola eſt, in cap. 33. nu. 135. 265

Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet æqualiter determinari, in q. 10. nu. 15. 38. & in cap. 18. nu. 131. & 132. fol. 177

Vna pars legis per alteram declaratur, in cap. 8. nu. 21. 92

Vnio fit duarum eccleſiarum, in cap. 18. numero 47. 172

Vnio ex pluribus facta vnum quaſi quoddam mixtum ſtatuit, ibid. nu. 50. quod quomodo declaretur. ibid nu. 51. 173

Vnio quando habet locum, dictum de vno intelligitur de alio, ibid. nu. 52. Eod.

Vnio facta ex falſa cauſa num valeat, ibid. numero 55. Eod.

Vnio faciēda per epiſcopum, num requirat tractatum, ibid. nu. 56. Eod.

Vniuerſitas, & Collegium, &c. poſſunt delinquere dupliciter, in cap. 30. nu. 61. 75

Vniuerſitas poteſt delinquere, & condemnari, ibid. nu. 62. Item poteſt banniti, vti contumax, nu. 63. & num poſſit excommunicari, ibid. nu. 64. Eod.

Vniuerſitas eſt corpus ſeparatum à ſingulis nō habens animam, ibid. nu. 65 Eod.

Vniuerſitas poteſt condemnari vigore ſtatuti, ibid. nu 69. Eod.

Vniuerſitas quomodo delinquit, & quomodo cōdemnetur, ibid. nu. 70. Eod.

Vniuerſitas eſt corpus intellectuale, nec poteſt corporaliter comparere, ibid. nu. 77. 76

Vniuerſitas eſt nomen iuris, & non facti, ibid. num 78. Eod.

Vniuerſitas quando videatur accuſare, ibidem num 79. Eod.

Vniuerſitas, Ciuitas, Collegiū, & Municipium num comprehendatur ſub diſpoſitione per dictionem, quibuſcunque, concepta, in cap. 4 nu. 19. 78

Vniuerſitas num comprehēdatur ſub hoc indultu, in cap. 41. nu 28. 337

Vnus teſtis de viſu num faciat inditium ad torturam in crimine falſæ monetæ, in cap. 28. num. 66. 229

Vnaquæq; prouincia ſuo ſenſu abundat, in cap. 36 nu. 147. 305

Voluntas et poteſtas perficiunt actus humanos, in c. 1. nu. 35. cum ſeq. 48. & in c. 15. 142

Voluntas Principis non debet circumueniri, in in cap 10. nu 71. cum ſeq. 106

Volūtas Principis ſuum debet ſortiri effectum, ibid. num. 67. 183

Voluntas teſtatoris primum obtinet locum in condendis teſtamentis, in c. 15 nu. 53. 138

Voluntas, quæ requiritur ad perſeuerantiam alicuius actus finitur morte, ibid. num. 73. fol. 139

Voluntas finitur finito officio, ibid. nu. 108. 141

Voluntas non egreditur poteſtatem, nec poteſtas regulatur à voluntate, ibid. num. 117. & quid in iudice, nu. 118. cum ſeq. 142

Voluntas ceſſat, & expirat per mortem, ibid. numero 121 Eod.

Voluntas reſeruata ad Regem in dubio cenſetur reſeruata ad Regem, vt Regem, non autem vti Philippum, ibid, nu 141. 143

Voluntas domini ſemper eſt requirenda, quando agitur de reuocatione feudi, vel donationis, in cap. 19. nu. 36. 181

Vo-

Voluntas, & propoſitum diſtinguunt delicta, in cap.43. nu 35. 342
Voluntas finalis diſponentis eſt attendenda, in cap.48. nu.12. 352
Vſura medij temporis venit ut appellatione inita pronuntiata, in q.6. nu. 25. 21
Vſuræ vſurarum non debentur, ibid. num. 28. quod quomodo intelligendum, nu. 29. Eod.
Vſuræ dicitur acceſſiones mere ciuiles, ſed odioſæ, ibid nu 31. Eod.
Vſum venereum habens cum moniali inceſtum fædus, ſacrilegiumq; commicti dicitur, in cap.34. nu.23. 26 27. & 33. 271
Vſum venereum habens cum Moniali extra monaſterium, an excludatur ab hoc indultu, ibid. nu 215. 281
Vſus naturalis eſt licitus in coniugio, in adulterio illicitus, in cap 33. nu. 5. 258
Vſus contra naturam ſemper illicitus, ibidem num.6. Eod.
Vſus venereus cũ ſanctimoniali habitus eſt graue delictum, in cap. 34. nu 1.270. nu.16. & 18. 271. eſtq; deteſtabile, nu.3. 270
Vſus venereus cum ſanctimoniali, nedum in hominis iniuriam, ſed etiam in Dei omnipotentis irreuerentiam commictitur, ibid. num.4. Eod.
Vſusfructus eſt ſeruitus perſonalis, ſiuè mixta & debetur à perſona, in cap. 15. num 46. fol. 138
Vſusfructus relictus Ciuitati, vel Eccleſiæ intelligitur relictus tunc incolis, ibidem numero 47. Eod.
Vtilitas publica non debet lædi, in cap, 2. numero 58. 69
Vtilitas publica præfertur vtilitati priuatæ, in cap.12. nu.33. 117
Vtens pecunia minoris ponderis, aut valoris num puniendus, in cap:28. nu. 16. 226
Vxor Baronis contumacis, num poſſit audiri pro ſuis iuribus dotalibus aduerſus ſequeſtrationem iuriſdictionis, & poſſeſſionis, in cap. 12. nu. 31. & 32 117
Vxor eximens maritum à manibus familiæ, vel à carceribus, qua pœna punienda venit, in cap 40. nu 63. 330
Vxor num poſſit agere ad repetitionem dotium vigore tex. in l. ſi conſtante. ff. ſol. matri. viro damnato ad triremes, in cap. 44. nu. 21. & 22. 344
Vxori ſoluto matrimonio remanent dotis veſtigia, & reliquiæ, in cap. 34. nu.60. 273

F I N I S.

TRACTATVS
IO. ALOYSII CATALANI
PATRITII, AC IVRECONS.
NEAPOLITANI
DE
AMNESTIA, ABOLITIONE, ET INDVLTV.

SVMMARIVM.

1 INdultus idem quod indulgentia.
2 Quid ſit indulgentia.
3 Indulgentia unde dicta.
4 Indulgere multifariam ſumitur.
5 Indulgere aliquando pro concedere, pro diſpenſare, pro vacare, pro remictere, vel condonare.
6 Venia pœnitentibus datur.
7 Quomodo accipiatur in præſenti materia.
8 Reus ex delicto pœnis ſe ſubijcere videtur.
9 Argumentum ab effectu in iure validiſſimum.
10 Indultus idem ſonabit, quod ipſa indulgentia, & ipſa abolitio.
11 Abolitio unde dicta.
12 Abolitio quid propriè ſignificat.
13 Abolitio num ſicut importat remictere in criminalibus, eodem modo in ciuilibus.
14 Græci abolitionem appellant amneſtiã.
15 Indultus nihil differt ab ipſa abolitione quò ad effectum.
16 Diuerſitas nominis non inducit diuerſitatem rei ſi unicus reſultat effectus.
17 Abolitio pœnam remictit, ſed non infamiam.
18 Indultus hic num pœnam remictat, & infamiam.
19 Num reſtitutio in integrum tollat pœnam, & reſtituat dignitates.
20 Per abolitionem non tollitur infamia, quando condemnatus per ſententiam ab ea non appellaſſet, quod quomodo intelligendum in numeris ſequen. 21. 23. 24. 25.
22 Appellatio ſuſpendit iudicatum.
26 Verbum reſtituo plenam habet ſignificationem.
27 Principis beneficium latiſſimè erit interpretandum.
28 Hic indultus laxiori vocabulo per authorem indulgentiam appellari conſulitur.
29 Abolitio in genere conſiderata differt ab ipſa indulgentia tanquam ſpecies à genere.
30 Abolitio in genere conſiderata comprehendit abolitionem publicam, priuatam, & legalem indulgentiam, & reſtitutionem in integrum.
31 Abolitio triplex.

Digitized by Google

32 *Quid ſit abolitio generalis, & publica.*
33 *Abolitio priuata, quæ dicatur.*
34 *Abolitio legalis quando dicatur.*
35 *Author de qua abolitione intendat pertractare.*
36 *Abolitio aliquando fit accuſationis tantum, aliquando accuſationis, & nominis rei, quandoquè adhuc delicti.*
37 *Indulgentia quando propriè dicatur.*
38 *Indulgentia poteſt bifariam per Principem fieri, generaliter, & particulariter, & num. 39.*
40 *Quando Princeps poſſit ex bona conſcientia gratiam facere.*
41 *Indultus num differat ab ipſa abolitione, & ab ipſa reſtitutione, num. 42.*
43 *Indulgentia eatenus extenditur quatenus verba important, quod ſecus in reſtitutione in integrum.*
44 *Quid autem conceſſa indulgentia, & reſtitutione.*
45 *Qualitates faciunt differre rem in ſpecie.*
46 *Abolitio, & indulgentia nil differunt quò ad effectum.*

QVAESTIO I.

Indultus vnde dictus, & quid differat ab abolitione.

CVM proximo ſuperiore anno Inuictiſſimi Hiſpaniarū, ac Regni huius Philippi Tertij Regis Potentiſſimi ſingulari munificentia, & benignitate factum ſit, vt initio eius Imperij ad extinguendam ſubditorum odia, inimicitias, ſimultateſq; omnes penitus tollendas, quo Regnum pacatiore otio frueretur in lucem prodiret eximium illud edictum de preteritis criminibus abolendis, quod vulgò generalis Indultus appellatur; illicò in animum induximus noſtrum in ea re commentarium conſcribere, & vtiliſſimam in iure materiam interpretari.

1 Quare illud priore loco pro materiæ faciliori cognitione neceſſariò conſiderandum eſſe indicauimus, quòd hoc nomen Indultus idem eſt quod ipſa indulgentia, nil enim aliud ſonare indultus videtur, quàm ipſa indulgētia, c. ſi quem pœnituerit, §. indulgentia, 2. quæſt. 3.
2 etenim ſicut indulgentia eſt à pœna liberatio, eiuſquè remiſſio, d. §. indulgentia, eodem modo indultus hic erit pœnæ liberatio, eiuſquè remiſſio, ad tex. in l. omnes, ibi ſolutos pœna, C. de pœnis.

3 Dicta indulgentia à verbo indulgeo, indulges, compoſitum ab in, & algeo, alges, vnde indulgere .i. intus algere, quod ſecundū Papirium ſignificat idem, quod parcere, indulceſcere, & quamuis
4 verbum indulgere, aliquando ponatur pro concedere, quandoquè pro diſpenſare, vt in cap. fin. 78. diſt. modò pro vacare, vti gulæ indulgere, tamen aliquando
5 ſumitur pro remictere, vel condonare, vt quando dicimus, Deus indulget pœ-
6 nitenti, delicti enim veniam pœnitentibus damus; l. Manichæos, C. de hæret. innuit glo. in clem dignum, de celebrat. Miſſ. admonuit Archidiaconus in d. §. in-
7 dulgentia, num. 1. verum in præſenti materia non pro concedere, non pro diſpenſare, ſed pro remiſſione accipiendum eſſe arbitramur ſuaſi ex totius huius indultus ſubiecti ſymmerria, cū certum ſit,
8 vt ad ſenſum patet, reos criminis ex delicto pœnarum flagello ſubiunxiſſe, ad textum in l. diui fratres, in fine, ff. de pœnis, l. obligamur, ff de act. & obligat. l. 11. §. beſtias, vbi glo. ff. de poſtul. §. ſi verò leonis etiam, columna 2. in authentico de non alienandis, Belluga in ſpec. Princip. rubr. 47 de publ. fori. §. ſciendum, num. 21. Petrus Greg. in ſintag. iur. p. 1. lib 32. cap. 83. tit. de abolit. crim. num. 9. in fine, à quibus per hanc Inuictiſſimi Regis indulgentia liberātur, inde ſequi-
9 tur arguendo ab effectu, quo arguendi genere cum conſiſtat in probatione ſenſitiua,

ſitius, nullum reperitur efficacius, vt in
l.debitor, vbi Caſtr.annotat, ff.ad Trebell.
cap. vbi periculum, in principio, &
in cap. fundamenta, circa medium, de
electione, in ſexto, & vltrà progredi eſſet
infirmitas intellectus, vt voluit Baldus
poſt Ariſtotelem, & Auerroem in rubrica
ff.de rerum diuiſione, num.30. in l.1.
C.qui accuſ. non poſſ. & poſt eum Angelus
in conſilio 275. incipiente, Thema
ſuper quo petitur tale eſt, circa finem.

10 Concludendum, quòd idem ſonabit
hoc nomen Indultus, ac ipſa indulgentia,
& ipſa abolitio, quæ cum deſcendat
11 à verbo aboleo, aboles, quod idem eſt
12 quod abſtergere, obliuiſci, delere, negligere,
de memoria tollere, in obliuionem
mittere, ſecundum tradita per Archidiaconum
in cap.præuaricatorem, nu.1.
2.quæſt.3.& tandem remictere, nedum
13 propriè in criminalibus, verum quoque
& in ciuilibus rectè dici poteſt, per doctrinam
eiuſdem Archid. in cap. ſi illic,
num.2. 23. q.4. & latius in quæſt. 5. & 6.
inferius ſubiungenda demonſtrabitur,
14 quo fit, vt Græci amneſtiam appellitent,
vt refert Decianus in libro 3. ſub titulo
Abolitio quando impediat accuſationē,
num.3. Idem Petrus Greg. in præcitato
loco, num.12. ex Iuſtino, & Plutarcho,
Nimirum ſi affirmemus, quòd Indultus,
15 & Abolitio in nihilo differant tanquam
termini eiuſdem effectus, inde licet in
16 nomine diuerſitas colligi poſſe videatur,
cum tamen ſint eiuſdem effectus, tex.in
l.ſi idem, C.de codicill.cum ſimilibus locum
minimè vindicabit.

17 Diximus ab effectu, nam ſicut abolitio
pœnam remictit, & non tollit infamiam,
cap. ſi quem pœnituerit, §.abolitio.
in finalibus verbis, 2. quæſt. 3. Pari
18 modo & ipſe indultus, nam à pœna adhuc
reos liberat, dicto cap. ſi quem pœnituerit,
§.indulgentia. Nec ipſe criminis
infamiam tollit, ſed pœnæ gratiam
facit, l.indulgentia, C.de gener.abolitione,
neque integram, atque illibatam exiſtimationem
reſeruauit, l. generalis, C.
de ſentent.paſſ. Nam ad tempus ad opus
publicum damnati priſtinum quidem
ſtatum retinent, ſed damno infamię poſt
impletum tempus ſubijciuntur, inquit
19 Imperator in l.ad tempus, C.de his, qui
not. infam. quod ſecus in reſtitutione
in integrum, eius enim indulgentiæ reſtitutio
bonorum, ac dignitatis vno nomine
amiſſorum omnium ſit recuperatio,
l.fin. §.fin. C.de ſent.paſſ. Pœna per
Indultum poteſt demi, ſed culpa perennis
erit, iuxta illud Ouidij, cum qua
concluſione concordat tex. in cap. ventum,
1. quæſt. 1. Eam tamen ita intelli-
20 gendam eſſe arbitramur, tunc demum
per abolitionem, & indultum infamiam
non aboleri, quando condemnatus quis
eſſet per ſententiam, & nunquam appellaſſet,
Sic Decianus in præcitato titulo,
21 numero 83.in fine, ſecus verò ſi interpoſita
eſſet appellatio, vel ſi quis negauerit
delictum, vel nunquam fuiſſet con-
22 demnatus, Nam cum appellatio ſuſpendat
iudicatum, l.1.§.finali.ff.ad Turpillianum,
cum ſuſpendat Iudicis iuriſdictionem,
Innocentius, & Felinus in cap.
ſi quando, extrà. de officio delegati,
Abbas, & antiqui, & poſt eum Felinus,
& Decius in rubrica de appell. quæſt. 2.
interpretatur recolendæ memoriæ Dominus
Præſes de Franchis in deciſ. 370.
num.14. de qua meminit idem author in
deciſione 501.num.17. Indulgentia tollit
infamiam, ea enim ſi fiat ante ſententiam,
& condemnationem, videtur remiſſa
pœna delicti, confiſcatio bonorum,
& infamia, l.reſcripta, ibi vel crimen
ſupplicantibus indulget. C. de precibus
Imperat. offeren. l.2. C.de gener.
23 abolitione, ſi verò fiat poſt ſententiam,
& condemnationem, videtur tantum remiſiſſe
pœnam delicti, non verò bonorum,
nec infamiæ, dicta l. finali, C. de
gener. abolitione, declarauit Gomeſius
vir ſanè doctiſſimus in libro 3. variarum
reſolutionum, titulo de tortura reorum,
num. 38. verſiculo item adde, & in l. 1.
Tauri, columna finali, qui præcedentia
24 reſtringit, quando ſimpliciter eſſet facta
per Principem remiſſio, ſecus verò ſi pleno
modo fiat, vel ſi expreſsè dicatur, vel
tacitè per verbum denotans plenam

fremiſſionem per verbum reſtitutionis in
25 priſtinum ſtatum, nam tunc videtur in-
diſtinctè remiſſa pœna, confiſcatio bo-
norum, & infamia, Princeps enim indul-
gens alicui, ſi inquit, reſtituo te in inte-
grum prouinciæ tuæ, reſtituit in inte-
grum honoribus, ordini, & cæteris om-
nibus, l. 1. verſiculo finali, & l. finali, §. fin.
26 C. de ſent. paſſ. idquè tum ex proprieta-
te verbi reſtituo, quę plenam habet ſigni-
ficationem, l. videamus, la ſeconda,
§. in fauiana, ff. de vſur. l. in conditione,
27 §. 1. ff. de regulis iuris, cum etiam vt
Principis beneficium latiſſimè interpre-
tetur, vulgata l. fin. ff. de conſtitut. Prin-
cipum.

Sed ex præcedentibus diſcuſſis, (vt ad
inſtitutum reuertamur) reſultat idem
effectus ex indultu, qui ab ipſa abolitio-
28 ne ortum habet. Quem quidem indul-
tum indulgentiæ vocabulo tanquam la-
xiori liceat in præſenti negotio appel-
29 lare. At rurſus aduertamus, quòd hæc
indulgentia differt ab ipſa abolitione,
30 ceù differt ſpecies à genere, nam aboli-
tio in genere conſiderata concipier abo-
litionem publicam, priuatam, & lega-
lem indulgentiam, & reſtitutionem in in-
31 tegrum. Triplex enim abolitionis ſpe-
cies de iure proponitur generalis, ſpe-
cialis, priuata, vel legalis, Azo in ſum-
ma C. de abolit. Specul. in tit. de aboli-
tione, §. 1. Plac. in tit. de accuſat. titulo 5.
numero 5. Decianus in præmonito loco,
num. 2. Inde Speculator inquit loco pro-
pè allegato, vt ſacra lex fatur abolitio
32 terna notatur. Generalis eſt, quæ & pu-
blica appellatur, l. 2. C. de gener. aboli-
tione, in l. ſi quis repetere, in principio,
& in l. abolitio. ff. ad Turpillianum, eam-
què indulgentiam nuncupauit Impera-
tor in l. finali. C. de gener. abolitione.
33 Priuata abolitio, quę & ſpecialis dicitur,
eſt quando accuſator videns accuſatio-
nem non poſſe probare, impetrat à Prin-
cipe abolitionem, in qua plura requirun-
tur, de quibus ſuo loco diſſeremus, ſed ea
adnotauit Decianus in præcitato titulo
abolitio quando impediat, num. 28. cum
34 ſequenti. Tertia ſpecies abolitionis eſt,
quæ appellatur legalis, quæ tunc erit
quando accuſator eſt mortuus, vel alia
cauſa impeditus, propter quam non poſ-
ſit accuſationem proſequi, l. aut priua-
tim, ff. ad Turpill. not. in c. prohibentur,
2. quæſt. 1. & in cap. 1. de coll. dereg. in
35 quibus cum non de abolitione priuata,
vel legali, quę accuſatorem reſpiciat ſcri
bere prætendamus, ſed de abolitione, vel
indulgentia, quę reos tangit, diutius non
commoramur.

Propterea dum indulgentia reorum
à nobis pertractanda ſit, aduertendum
36 putamus, abolitionem aliquando fieri
nedum accuſationis, verum quoque &
nominis rei, l. libellorum, §. quod ſi li-
belli, ff. de accuſat. l. hos accuſare, §. 1.
ff. eodem titulo, aliquando delicti, quan-
doquè nominis rei, vt aduertit Dec. in
37 dicto titulo, num. 1. Quibus quidem in
caſibus indulgẽtia verè appellatur, cum
remicti dicatur pœna, & crimina, & pœ-
nam extinguat, l. penult. & fin. C. de gen.
abolitione, l. cum patrem, cum ſeq. C. de
ſent. paſſ.

38 Hęc autẽ indulgentia poteſt per Prin-
cipem fieri dupliciter, Primo modo ge-
neraliter remictendo pœnam delinquen
tibus accuſatis, inquiſitis, vel condem-
natis propter publicam lætitiam, vel ali-
quem proſperum ſucceſſum natiuitatis
filij, matrimonij, victoriæ, vel ſimilem
39 cauſam. Secundo modo particulariter
remictendo pœnam alicui ex aliquo pri-
uilegio, gratia, & beneficio particulari,
40 l. generalis, C. de ſent. paſſ. quod ex bo-
na conſcientia Princeps poteſt facere,
quando vel non eſt pars, quæ accuſet,
vel ſi remiſſio non tendit in graue Rei-
publicæ detrimentum, ita ex dicto Diui
Thomæ in ſecunda ſecundæ quęſt. 67. ar-
ticulo 4. admonuit idem doctiſſimus Go
meſ. in præcitato tit. de tortura reorum,
41 num. 38. ſub abolitione denique com-
prehenditur indulgentia, & in integrum
reſtitutio, vti colligitur de tex. in d. c. ſi
quem pœnituerit, §. indulgentia, verſ. ſi
autem, & §. ſeq.

42 Sed ex his nihilominus deſcendit dif-
ferẽtia particularis in qualitate tamen,

nam cum in integrum reſtitutio operetur reſtitutionem honoribus, ordini, cæteriſquè, prout differit d. Anna pater in ſua perutili repetitione, cap. 1. de vaſſallo decrep. ætat. tollatquè infamiam, dd.55. & abolitio ſola, vel ſola indulgentia non permiſtant, ex quo conceſſa ſimplici indulgentia non recuperantur bona, neque iura, l. in inſulam, C. de ſent. paſſ. Niſi tamen cum aliqua additione
43 conceſſa fuit, tunc etenim eatenus extenditur indulgentia quatenus important verba addita, l. ſi pater, C. eodem titulo; Inde eſt, quod reſtitutus quò ad pœnam perſonalem tantum non recuperat bona, Decianus latè in conſilio 86. num. 45. volum. 3. quod ſecus eſt in reſtitutione ſimpliciter conceſſa; nam omnia reſtituta videntur, l. 1. C. eodem titulo. præter tamen excepta, reſtringitur enim in omnibus præter limitata, l. 3. C. eo. tit. de ſent. paſſ.

44 Hæc tamen declaremus, niſi concedatur indulgentia, & reſtitutio, nam tunc placuit Bart. in l. fin. C. de ſent. paſſ. num. 4. quod omnia complectantur, niſi aliud ſit expreſſum, differuit latè Nellus in tract. bannitorum, in 1. par. tertij temporis q. 4.

Vnde cōſequi videtur ex his verè tradi poſſe inter abolitionem, & indulgentiam differentiam, cum diuerſas inter ſe
45 præſeferant qualitates, quæ faciunt rem in ſpecie differre, l. fin. ff. de fundo inſtructo, inſtrumentoquè legato. Attamen in
46 effectu nil differre concludamus tum ex ſupra diſcuſſis, cum quod demonſtratiuè ponderamus colligi ex rubricæ ſituatione concepta ſub generali abolitione, & indulgentia, cuius vſus promiſcuus ab Imperatore in varijs eiuſdem tituli legibus conſtitutus apertè legitur.

SVMMARIVM.

1 *Abolitio triplex.*
2 *Generalis publica dicitur eſſe, quando ob diem inſignem, vel publicam lætitiam conceditur.*
3 *Hæc generalis abolitio indulgentia eſt in pluribus ciuilis diſciplinæ locis appellata.*
4 *Abolitio ſpecialis, quæ priuata quoque dicitur, quando dicetur.*
5 *Quæ requirantur, vt ipſa priuata abolitio ſuas de iure obtineat vires, cum num. ſeq. vſque ad num. 15.*
16 *Abolitio legalis eſt tertia abolitionis ſpecies, quæ quando dicatur ibidem.*
17 *Accuſatio finitur per abolitionem legalem quò ad ipſum accuſatorem, non autem quò ad ipſum reum.*
18 *Iudex ex officio poterit inquirere ob colluſionem inter accuſatorem, & reum detectam.*
19 *Authoris inſtitutum eſt de abolitione, quæ reum à pœna delicti liberat pertractare.*
20 *Indulgentia conceditur aut generaliter, aut ſpiritualiter, & priuatim, & num. 21.*
22 *Indulgentia priuata tot ferè modis ex parte rei contingit, quot extinguitur pœna criminis.*
23 *Inanis eſt actio quam debitoris excludit inopia.*
24 *Sicut morte extinguuntur delicta, eodem modo accuſator à reo tempore, vel præſcriptione ſummouebitur, numero 25.*
26 *Omnia delicta ferè ſpacio 20. annorum præſcribuntur.*
27 *Adulterij crimen ſpacio quinquennij præſcribitur.*
28 *Maritus non poterit iure mariti accuſare poſt 60. dies.*
29 *Quando dicatur priuata abolitio indulta.*

QVÆ-

QVAESTIO II.

Quo triplex ſit Abolitio.

Diſſeruimus, in ſuperiore præcedenti capite, numero 31.
1 q; abolitio triplex eſt, nempè
2 generalis, & ea publica nũcupatur, & eſt illa, quæ antiquitus à Senatu cõcedi conſueuerat, modò à ſolo Principe ob diem inſignem, vel publicam lætitiã conceditur, l. abolitio, cũ ll. ſeq. ff. ad Turpill. l. 2. C. de gen. abol. l. ſi quis repetere, in princ. ff. eodem tit. ad Turpill. ſicq; à ſolo Principe gratiã concedi voluit Decian. in conſ. 19. num. 151. volum. 3.

3 Eodem quoq; in loco diximus talem abolitionem generalem ab Imperatore indulgẽtiam fuiſſe appellatam pluribus in locis, & pſertim in l. fin. C. de gen. abol. allegauimus ibi Azo. id docere in ſumma, C. de abol. Specul. in tit. de abol. §. 1. Plaz. in tit. de accuſ. tit. 5. num. 5. Dec. in lib. 3. ſub tit. abolit. quando imped. accuſ. num. 2. modo addimus Ang. de malef. & Aug. ad eum addentem in tract. malef. verſ. & ad querelam, nu. 74. verſ. quæro, Petrũ Greg. in ſyntag. iur. lib. 32. c. 13. in tit. de abol. crim. nu. 3 p. 1. Adeò, vt Spec. loco præcitato dixerit, vt ſacra lex fatur abolitio terna notatur, de qua generali abolitione eſt tit. in C. Theod. inſcriptus de indulgentia, ſub tit. 38.

4 Datur ſecundo loco abolitio ſpecialis, quæ & priuata dicitur, eaquè, vt eodem admonuimus, tũc dicitur, cum accuſator videns accuſationem non poſſe probare,
5 impetrat à Principe abolitionem, quæ vt ſuum legibus conſentaneum obtineat effectum plura requiruntur.

6 Et primo, nam ea non à Principe, non à delegato, ſed à iudice ordinario peti debet, l. 1. §. abolitio, ff. ad Turpill. l. 1. C. de abolit.

7 Secundo, quod is iudex ordinarius de ea cognoſcat, eamquè concedat pro tribunali ſedens, vt colligitur ex dicto §. abolitio.

8 Tertio, quod abolitio, ſicuti de pluribus delictis ſingularis vniuſcuiuſq; petitio eſt inſtituenda, eodem modo cauſa cognita impetranda eſt abolitio, vt ex eodem §. abolitio, & ex tex. in l. vim paſſam, §. duos, ff. de adult. colligitur.

9 Quartò, quod deducatur cauſa legitima propter quam abolitio ſit concedenda, eaquè cognoſcatur per præſidem, vel per prætorem, l. 2. de abolit. l. Senatus, in princ. ff. de iure fiſci, ex quibus eliciuntur legitimæ abolitionis cauſæ, putà ſi per errorem, ſeù temeritatem, aut calorem ad accuſationem proſiluerit.

10 Quintò ne accuſator id falsò aſſeueret pecunia accepta à reo, l. 2. §. 1. & l. ſequen. in princ. C. de abol.

11 Sextò, quod reus non fuerit ob accuſationem carceratus, aut alia damna paſſus fuerit, his etenim caſibus abolitio peti haudquaquàm poteſt, niſi accedente eiuſdem rei conſenſu ad petendam abolitionem, l. fin. §. 1 C. de abolit.

12 Septimò talis abolitio peti debet intra 30. dies poſt reum præſentatum, alias eo tempore elapſo inuito reo peti non permittitur, dicta l. finali, §. quando autem.

13 Octauò hæc abolitio non poteſt peti etiam reo conſentiente, ſi fuerint torti homines ingenui, tex. eſt in d. l. fin §. quod ſi ingenuorum.

14 Nonò, & vltimò requiritur, quòd crimina, de quibus facta eſt accuſatio non ſint de exceptis, Maieſtatis nempè, proditioniſquè, in l. finali. §. fin. C. de abolition. deductorum, cæterorumquè in quibus accuſator ad docenda quæ detulit, & reus ad purganda, quæ negat poteſt vrgeri; ſcribentes omnes ex finalibus tex. præcitati verbis in dicto §. fin. Quorum quidem ſi vnum deficit aboli-
15 tio deneganda erit, Adeò vt vnà cum Deciano loco præmonito, numero 37.

Con-

Concludamus, mirum non eſſe, ſi Vlpia-
nus in l. qui cum Senatu, §. 1. ff. de bon.
liber. dixerit, quòd hæc abolitio facilè
non impetratur, de qua ſcriptum eſt in
C. Theod. libro 9. titulo 37. de aboli-
tionibus.
16 Tertia demum ſpecies abolitionis eſt,
quæ legalis dicitur, eaquè eſt, quando
accuſator eſt mortuus, vel aliqua cauſa
impeditus, propter quam non poſſit ac-
cuſationem proſequi, l. aut priuatim,
in principio, ff. ad Turpillianum. Quam
maximam multò facilius admittamus
eſſe veram, ſi lapſum eſt biennium, iux-
ta tex. l. in Senatus, §. penultimo, eodem
tit. ad Turpillianum, & l. 4. C. de accuſat.
17 Quibus quidem caſibus certi iuris erit,
quòd quò ad accuſatorem finita dicitur
accuſatio, quia procedere amplius non
poteſt ex ſupradictis, ſed non quò ad
reum, qui denuò ab alio accuſari pote-
rit, l. 1. 2. l. defunctus, & l. fin. C. ſi reus,
vel accuſ. mort. fuer. Dummodo tamen
accuſetur intra triginta dies vtiles com-
putandos tamen à die quo mortuus fue-
rit accuſator, vel à die quo certum fuit
accuſatorem fuiſſe impeditum, vt not. in
l. libellorum, §. finali, ff. de accuſat. de
qua in cap. prohibentur, 2. quæſt. 1. cap. 1.
de coll. deteg. ſequitur Roffr. in lib. iuris
Pontificij, ſub rubrica in quibus cauſis
inimici accuſ. non poſſ. num. 9. & Spec.
in tit. de abolit. & purg. §. 1. numero 4.
Decianus in præcitato tit. numero 98.
& 99.
18 Hæc autem abolitio facilius concedi-
tur, ſi ſecundus oſtendat priorem accu-
ſatorem colluſiſſe cum reo, & præuari-
caſſe, l. ſi quis homicidij crimen, C. de
accuſat. cap. fin. de coll. deteg. Nam
tunc iudex ex officio inquirere poteſt,
l. abolitio. C. de abolit. cap. 1. & 2. eodem
titulo, de coll. deteg. Taleſquè accuſa-
tiones per abolitionem extinctas quiſ-
que poteſt proſequi, ſi ſuas, vel ſuorum
proſequatur iniurias, l. ſi cui crimen,
§. iiſdem criminibus, ff. de accuſation.
Dummodo tamen quis ſit à reis exem-
ptus non alias, l. hi tamen, §. finali. ff. eo-
dem titulo, de accuſat. declarat Petrus
Gregorius in ſæpius citato loco, num. 6.
cum ſequenti. Et hæc eſt ſpecies vna
peremptionis accuſationis, nam quę ſint
quæ delicta extinguant apud eundẽ ſub
num. 10. videnda lectorem delegamus.
19 Nos autem qui non de abolitione, quæ
accuſationem, neque accuſatorem reſpi-
ciat, ſed quæ reum à pœna delicti libe-
rat, & eximat tractaturi ſumus inſtitu-
tum noſtrum ſequentes ad eam reuerti-
mur abolitionis ſpeciem, quæ criminis
parit extinctionem, in qua id dumtaxat
20 repetamus, quòd talis abolitio, ſeù in-
dulgentia per Principem conceditur,
aut generaliter, vt ſuo loco annotabi-
21 mus, aut ſpecialiter, & priuatim, Quæ
22 quidẽ priuata abolitio ex parte rei con-
tingit tot ferè modis, quot extinguitur
pœna criminis, ſi tamen de ea loqua-
mur, quæ à lege deſcendit, puta pœna
temporali, quæ deſcendit ex ſententia,
l. fratres, ff. de pœnis, ſi reus moriatur in
reatu, quia pœna quæ ad caſtigationem
infertur, l. ſi pœna, ff. eodem tit. de pœnis,
euaneſcit non exiſtente eo, qui eam pa-
tiatur, dicta l. aut priuatim, & l. in Sena-
tuſconſultum, §. ſi propter mortem, ff. ad
23 Turpill. Non ſecus, ac l. inanis eſt actio
quam debitoris excludit inopia, l. nam is
nullam, ff. de dolo, morte autem extin-
guuntur crimina, l. 3. §. fin. ff. de accuſat.
l. defuncto, ff. de publ. iudic. l. 1. & 2. C. ſi
reus, vel accuſat. mort. fuer. quibuſdam
tamen exceptis, de quibus per gloſ. in di-
24 cta l. 1. & ſicut morte extinguuntur deli-
25 cta, eodem modo & accuſator à reo tem
pore, vel præſcriptione ſummouebitur,
l. quærebatur, ff. ad Turpill. vt regulari-
26 ter in omni delicto per lapſum viginti
annorum, l. querela, C. ad legem Corne-
liam de falſ. cap. cum venerabilis, §. in-
telleximus, extrà. de except. cum alijs
ad exornationem dicti tex. adhuc per
Theſ. adducti in deciſione 76. num. 3. &
in deciſione 208. vbi notabiliter. Nam
27 aliud in adulterio ſancitum eſt per quin-
quennij lapſum à die commiſſi adulte-
rij, à cuius accuſatione quis tutus erit,
l. mariti lenocinium, §. hoc quinquen-
nium, & §. quinquennium, ff. ad legem

Iuliam

Iuliam de adulterijs, & l. adulter. C. eodem titulo, & in caſu quo maritus non
18 egerit infra ſexaginta dies, nam non poterit illis elapſis iure tamen mariti accuſare, l. ſi maritus, la ſeconda, §. ſi negauerit, ff. eodem titulo. His enim in caſibus lege dicitur facta abolitio. Sed
19 adhuc ſpecialis, ſeù priuata abolitio crimini indulta per Principem tunc quoque dicetur, ſi fit gratia delicti, vel per indulgentiam, vel per reſtitutionem, ſic Petrus Gregorius in ſæpe enunciato cap. 13. libro 32. numero 9. cum ſequen. vti in hoc generali, non ſpeciali indultu ſancitum videmus.

SVMMARIVM.

1 *QVid ſit abolitio, indulgentia, & reſtitutio.*

2 *Abolitio eſt iniuſtæ accuſationis peremptio, ſecundùm aliquos.*

3 *Diffinitio debet eſſe generalis.*

4 *Præcedens diffinitio ab aliquibus reprobatur.*

5 *Abolitio aliquando fit accuſationis, aliquando delicti, quandoquè pœnæ.*

6 *Per Principem omnis pœna perſonalis remicti poteſt.*

7 *Quando remictitur pœna conceditur abolitio.*

8 *Abolitionis diffinitio deſuper tradita à Deciano improbata ſubtiliter ab authore defenditur.*

9 *Diffinitio præmiſſa non congruit abolitioni in genere conſiderata, ſecus verò ſi reſpectu abolitionis accuſationis dumtaxat conſideretur.*

10 *Abolitio quæ crimen extinguit bifariam definitur, vel quod ſit accuſationis, vel delicti, vel pœnæ peremptio, vel & ſecundo, quod ſit accuſationis, vel delicti obliteratio, & numero 11.*

12 *Diffinitiones iſtæ ab authore comprobantur.*

13 *Sicut abolitio eſt pœnæ peremptio, ita indulgentia eſt à pœna liberatio.*

14 *In hoc indultu pœnæ peremptio principaliter deducitur.*

15 *Secus verò in reſtitutione, vt acutè author conſiderat.*

16 *In reſtitutione in integrum pœnæ peremptio venit ſecundariò, & implicitè.*

17 *Quod ampliatur in gratia facta per Principem poſt ſententiam tranſactam in rem iudicatam.*

18 *Gratia, vel indulgentia facta cum clauſula, quia cognouimus innocentem, non erit nec ſimplex gratia, nec ſimplex indulgentia, ſed in integrum reſtitutio.*

19 *Trahetur proinde ad bona etiam confiſcata, & ad fructus.*

20 *Trahetur ad fructus perceptos, & percipiendos, ſi ſumus in minore.*

21 *Trahetur etiam ad bona confiſcata in tertios poſſeſſores alienata.*

22 *Trahetur etiam ad famam, & ad honores, cæteraquè omnia.*

23 *Reſtitutio conceſſa per viam iuſtitiæ extenditur contra tertium.*

24 *Secus verò quando per viam gratiæ.*

25 *Reſtitutus ad gratiam non trahetur ad temporis prioritatem.*

26 *Priuatus collegio, vel ordine non recuperabit antiquum locum, ſi fuerit reſtitutus per viam gratiæ.*

27 *Sicut priuatus gremio Vniuerſitatis omnibus poſtponitur.*

28 *Condemnatus ad mortem recuperabit feuda aperta Regi, ſed non tertio, ſi Princeps facit gratiam.*

29 *Reſtitutus per viam gratiæ veterem dignitatem non recuperat.*

30 *Præmiſſa intelligenda, ſi ſint quæſita immediatè ex cauſa, quæ per reſtitutionem in integrum annullatur, ſecus verò ſi ex alio contractu, vel alia cauſa extrinſeca, & num. 31.*

32 *Non dicitur reſtitutus qui omnia non recuperat.*

33 *Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio.*

34 *Reſti-*

34 *Reſtitutio extenditur etiam quo ad pœnam corporalem.*
35 *Iſthæc non procedunt in reſtitutione cõceſſa per viam diſpenſationis.*
36 *Abolitio bifariam concedi poteſt per viam ſimplicis conceſſionis, & 2. per viam diſpenſationis. num. 37.*
38 *Diſpenſatio eſt per ſe ſtricti iuris.*
39 *Diſpenſatio vti odioſa ſtricte eſt interpretanda,*
40 *Caſus ommiſſus habetur pro ommiſſo.*
41 *Quando diſpenſatio vti fauorabilis, vel odioſa arbitranda erit, traditur regula.*
42 *Conceſſio Principis impetrata diſpenſatio eſt.*
43 *Indulgentia importat diſpenſationis, quã Princeps vtitur verbo Indulgemus.*

QVAESTIO III.

Quid ſit abolitio, indulgentia, & in integrum reſtitutio.

1 COgnito quod indulgentia idem eſt in effectu quòd ipſa abolitio, & quod ea differat à reſtitutione, vidẽdum ſequitur, quid ſit ipſa abo-
2 litio, quid indulgentia, & quid reſtitutio. Primum itaq; dicamus, quod aliqui definierunt abolitionem, ita, quod ſit iniuſtæ accuſationis peremptio, ſecundum Azon. in ſumma. C. de abolitionibus, Roffr. in lib. iur. Pontiſ. ſub rubr. in quibus cauſ. inim. accuſ. poſſ. innuit Specul. in tit. de abol. & purg. in princ. Plac. in tract. de accuſ. tit. 5. num. 3. & in eam concurrit Archid. in cap. prohibentur. num. 3 2. q. 1. Hanc tamen definitionem tanquam non comprehendentem omnes abolitionis ſpecies,

quas mox ſubiungemus, & vti non ge-
3 neralem qualis, eſſe ex omni eius par
te debet, l. omnis diffinitio ff. de reg.
iuris doct. Communiter in l. 1. ff. de teſt.
4 in l. 1, ff. de acq poſſ. cum ſimilibus. Qui-
dam reprobarunt, id demonſtrantes ex
eo, nam ſicuti ex accuſatione oritur de-
lictum, & ex delicto reatus. Inde, & pœ-
5 na, eodem modo abolitio aliquando
conceditur accuſationis, vt toto tit. ff.
& C. ad ſenatus conſultum Turpill.
quandoque delicti, interdum nominis
rei, inrerdum verò, & ipſius pęnę, vt in
præceden. cap. pertransſeram comme-
morauimus, & deducitur ex tex. in l. re-
ſcripta. Ibi vel crimen ſupplicantibus
indulgeat, C. de præcib. Imp. offer. vbi
glo. accurſ. declarans. Crimen i. crimi-
nis pœnam ex tex. in c. reſcripta 25. q.
2. ex l. mancipia. Ibi nec beneſ. princi-
pali. C. de ſeru. fugit. & ibi inquit glo.
ideſt, quo pœna ſibi remictatur, ex l. re-
legati. ibi, & nemo poteſt commeatum,
remeatumue dare exuli, niſi Imperator
ex aliqua cauſa, & ex tex. in d. l. diui fra-
tres. ff. de pœnis. In illis verbis non
nulla extant principalia reſcripta, qui-
bus, vel pœna eorum minata eſt, vel in
integrum reſtitutio conceſſa, ſed id dũ
taxat a Principibus fieri poteſt, glo. tã-
dem in l. 2. C. de iniuſ. voc. quæ expo-
nens verba illa in tex. adiecta, reſcripto
ſibi concedi temere deſideras, inquit
concedi. i. remicti, allegans tex. in l. ne
in arbitris, in fine, ff. de recept. arb. ſed
videtur non temere, cum contineat re-
miſſionem pœnæ d. l. reſcripta, & quę ſe-
6 quuntur ex quibus concludatur per
Principem omnem pœnam perſonalẽ
remicti poſſe, de quo diſſeruit Bald. &
poſt eum Iaſ. ſub num. 1. in l. nec dam-
noſa, C. de præcibus Imper. offer. Bart.
& alij l. gallus. §. & quid ſi tantum, in fi-
ne ff. de lib. & poſth. coaceruauit. De-
cianus in lib. 3. ſub tit. abolitio quando
impediat accuſationem nu. 45. & nos
enucleauimus diffuſe infra verſ. definia-
mus quæſo, & quando remictitur pœna
7 ſuboritur conceſſa abolitio ad tex. in l.
libellorum, §. quid ſi libelli, & §. fin. &

& in l. hos accuſare. §.1.ff. de accuſ. vn-
de dum abolitio definiatur, quid ſit ac-
cuſationis peremptio non videtur quò
ad aliam abolitionis ſpeciem, nempè
delicti, reatus, ac pœnę extendi, & ex
conſequenti non generalis, & ſic reli-
quis abolitionis ſpeciebus conuenire
iure probari non videtur.
8 At nos conſideremus, quod abolitio
duplici modo conſiderari poteſt, vno
modo abolitio cōceditur accuſationis,
altero, & 2. fit abolitio criminis vt ſub-
tiliter aduertit Petrus Greg. in ſyntag.
iur. l. 32. c. 13. de abolitione crim. num.
9 2, & 15. part. 3. Quare cum Decianus
loco præcitato numer. 1. improbauerit
definitionem ſ. traditam quatenus abo-
litio criminis concedatur, vtique toto
cęlo aberrat, ſiquidem hoc caſu aboli-
tio eſt pœnę peremptio, & ſucceſſiuè
talis diſtin. non meretur improbari, &
id eſt; quod declarauit Archid. in c. ſi
illic, num. 2. 23 q. 4. Dum dicit aboli-
tione. i. remiſſione, & nulli dubium eſt,
quin eum de criminis remiſſione loqu-
tum fuiſſe intelligēdus ſit ſi tamen quo
ad abolitionem, quæ accuſationem reſ-
picit vt in toto tit. ff. & C. ad Turpill.
vul eam reprobare, vtique ſi ea reſpe-
ctu accuſationis tantum conſideretur
non poteſt improbari, nam eſt ex omni
eius parte abſoluta, ſed quatenus ea in
genere conſideretur aptam compre-
hendere cęteras abolitionis ſpecies re-
ijcienda venit ex defectu generalitatis,
& ſic interpretanda veniunt dicta per
Decianum loco ante dicto.
Sed de abolitione accuſationis ha-
ctenus definiamus nunc abolitionem,
quæ crimen extinguit, eiuſque pœnam
perimit cap. prohibentur 2. q. 1. & col-
ligitur ex d. l. reſcripta, & quidem ſecun
10 dum Decianum in loco ſuperius addu-
cto. Inpurietur ſic ea difinitur, quod ſit
11 accuſationis, vel delicti, vel pœnę pe-
remptio, vel ſecundum Greg. in cap.
12 præmonito num 2. eſt accuſationis, vel
delicti obliteratio, quibus quidem de-
finitionibus omnibus expletis, & vti ge
neralibus comprehendentibus nedum
accuſationis, verum quoque delicti, &
pœnæ abolitiones libentiſſimè nos etiā
13 aſſentimur, eaſque ex vi ipſius materiæ
inſtrinſicè reſultante hilari animo am-
plectimur, ac quem admodū ipſa abo-
litio eſt pœnæ peremptio, eodem modo
indulgentia eſt à pœna liberatio, quod
aſſeueramus ex Summi Pontificis au-
thoritate in d. cap. ſi quem pœnituerit,
§. indulgentia 2. quæſt. 3. Quo loci ſcri-
ptum eſt, indulgentia 2. quæſt. 3. Quo
loci ſcriptum eſt, indulgentia, patres
conſcripti, quos liberat a pœna notat.
Vnde ſi liberat a pœna, Aptè dici po-
14 teſt, quod ſit pœnæ liberatio, eiuſque
peremptio. In hac tamen indulgentia
peremptio quæ noſtro quidem iuditio
principaliter deducitur; mens enim
præcipua Principis indulgentis reſidet
in liberatione delinquentis à pœna,
eiuſque totali peremptione &, extin-
15 ctione, ſed in reſtitutione, cum ſit in
priſtinum ſtatum repoſitio l. quod ſi
minor. §. reſtituere, vbi Bart. ff. de mi-
nor. 25. annis: idem Bart. in l. ab ho-
ſtibus. § ſed quid ſimpliciter. ff. ex qui-
bus cauſ. maior. l. reſtituere. ff. de verb.
16 & rerum ſignif pœnę liberatio non ve-
nit principaliter, nec eſt deducta in pri
maria Principis intentione, ſed ſecun-
dario, & ſic huiuſmodi facta reſtitutio-
ne, ex ea ſuccedit honoribus, ordini, ac
cæteris omnibus reſtit. d. c. ſi quem pœ-
nituerit §. reſtituo te 2. q. 4. & in ſpecie
pœnæ peremptio; vel ea ſaltem impli-
citè venit in reſtitutione à Principe cō-
ceſſa, quæ cum à Principis beneficio
dependeat latiſſimam debet pati inter-
pretationē vti in l. beneficia, ff. de conſt.
Princ. habetur, & in hoc reſtitutionis
indiuiduo annotat. glol. fin. in verſic.
& omnibus in dict. §, reſtituo per tex.
in cap. Epiſcopus §. qui manumictitur
duodecima quæſtion. cap. dilecti
in fine, extra. de donat, ſcripſit Gram-
mat. in conſil. crimin. 58. numero 54.
cum ſequent. Quod facilius admictendum;
quando Princeps lata ſententia
tranſacta in rem iudicatam gratiam fa-
cit ad tex. in l. prima §. ſi quis vltro.
ff. de

18 ff. de quæſtion.& vſus ſit verbo gratiam
facimus, vel Indulgemus addita cauſa
(quia cognouimus innocentem,) tunc
cum, cum non ſit ſimplex gratia, nec
ſimplex indulgentia, ſed in integrum
reſtitutio fundata potius in Iuſtitia,
quam in gratia, trahetur vti fauorabilis
19 ad bona, immò etiam ab bona confiſca-
ta, & ad fructus à tempore contractus l.
patri, §. item ex diuerſo, & l. minor
annis. ff. de minor. cum alijs traditis
per Gomeſ. in lib. 3. variarum reſol. c.
13. numero 38. rubrica de tortura reo-
rum. & in l. prima Tauri. col. fin. & in l.
3. numero 4. & 5. & Franc. Marcus in
dec. Delph. 536. latè. immò in minore
20 nedum ad fructus perceptos, verum
quoque ad percipiendos quis teneretur
ſecundum Accurſ. in d. § item ex diuer-
ſo. Iaſ. in l. apud Iulianum. §. 1. in fine. ff.
de leg. 1. & Rom. in conſil. 454. incip. in
21 facto præſenti. col. fin. volum. 1. & nedum
trahetur ad bona cōfiſcata, verum quo-
que ad alium alienata ſecundum Cum.
& Iaſ. in l. gallus. §. & quid ſi tantum. nu-
mero 73. ff. de lib. & poſth. de quo latè
Nellus in tract. bannit. in prima parte
tertij temporis q. 2 in fin. & D. Anna pa-
22 ter in cap. 1. de vaſſ. decrep. ætat. Trahe-
tur etiam reſtitutio ad famam, & hono-
res. ac cætera omnia, theorica eſt Bart. in
d. §. ſi quis vltrò, & in §. & quid ſi tantum,
23 & in l. fin. C. de ſent. paſſ. Quorum ratio
eſt illa, quia reſtitutio conceſſa per viam
Iuſtitiæ extenditur contra tertium. l.
quod ſi minor. §. ſcæuola, & l. reſtitutio,
24 ff. de minor. quod minimè affirmandum
eſt in reſtitutione per viam gratiæ con-
25 ceſſa, nam non extenditur contra ter-
tium ex ſupra allegatis. Inde infertur,
quòd reſtitutus ad gratiam non reſtitui-
tur ad temporis prioritatem, nec præ-
fertur, ſed poſt ponitur ei, cui ius eſt me-
dio tempore quæſitum, & gratia facta.
26 cap. quamuis. de reſcript. in 6. ex qua
concluſione deciditur, quod priuatus
collegio, vel ordine, ſi deinde fuerit per
viam gratiæ reſtitutus non recuperabit
antiquitatem, vel antiquum locum, ſed
habetur tanquam de nouo receptus. l. 2.

vbi Bartol. ff. de decur. l. 1. vbi idem Bar.
& in l. 2. vbi Ioannes de Platea. C. de his
qui exim. dat. reſtitutio. l. decimo. facit
tex. in cap. ex inſinuatione. in fin. extrà. de
27 ſimon. plura ad hoc Fortun. Garſ. in d. §.
& quid ſi tantum. numero 235. per quem
determinatur, quod priuatus gremio
vniuerſitatis, & nominationibus poſt po
nitur omnibus medio tempore nomina-
tis. Petr. Rebuff. in tract. nomin. q. 21.
numero 21. & demum ſi condemnatus
ad mortem remiſſionem, & gratiam à
28 Rege obtinuerit dum ducitur ad ſuppli-
tium recuperat, feuda aperta Regi, ſed
non aperta tertio. Bald. in cap. primo in
principio col. 4. verſ. pone Rex Franco-
rum. hic finitur l. quem ſequitur Aluar.
col. 5. num. 20. & Præpoſ. col. fin. Io. And.
in cap. ſine culpa. de regul. iur. in 6. ad
quæ omnia adduci poteſt gloſæ doctr. in
verſ. oneraſſet. tex. in l. quid ergò. §. fin. de
ijs qui not. infam. quæ veterem concludit
non recuperare per tex. in l. 2. ff. de de-
29 cur. Hæc tamen intelligenda ſunt, niſi
ſint quæſita immediatè ex cauſa, quę per
30 reſtitutionem in integrum reſoluitur, &
annullatur, ſecus vero ſi ex alio contra-
ctu, vel alia cauſa extrinſeca, Iac. de Belu.
in cap. 1. vbi Bald. ibique Aluar. Hic fin.
tex. l. prima. ff. de ſenten. paſſ. l. fin. C. eod.
titul. quod ſi prænarrata vti vera non ad-
mitterentur, ſequeretur, quod non di-
ceretur reſtitutus, cum omnia reſtitutus,
31 non recuperaret. latè Decius in l. in con-
demnatione. §. cum verbum reſtituas. ff.
de reg. iur. cum verum ad huc quoque
32 fit, vt ſupra diximus, quod reſtitutio eſt
in priſtinum ſtatum repoſitio, trahetur
ergò ad bona, ad honores, & nos modo
33 dicemus etiam quò ad pœnam corpora-
lem, Bar. in d. §. ſi quis vltrò. & in d. l. fin.
C. de ſent. paſſ.

34 Reſtringenda tamen cenſemus iſthæc
omnia, nec vera credimus, ſi talis reſti-
tutio fuiſſet per principem conceſſā per
35 viam diſpenſationis, etenim abolitio, &
indulgentia poteſt bifariam concedi.
Primo per viam ſimplicis conceſſionis,
36 & ſecundo per viam diſpenſationis. in x.
glo. authoritatem in cap. de his, vbi Ca-

nciſtarum ſchola. extra. de accuſ. & in cap. tua. extrà. de fil. presbit. in cap. fin. extra. de tempor. ordin. in cap. 2. extra. de ſciſm. Dec. in conſil. 137. incip. diligenter. col. 1. verſ. ſimiliter Pariſ. in con-
37 ſil. 1. nume. 64. vol. primo. & hoc quidem caſu cum diſpenſatio ſit de perſeſtricti iuris, vt admonuit Felin. in cap. mandato
38 nume. 5. extra de ſimon. & ſit propterea odioſa, vt ait idem tam in loco proximè enunciaro, quam in cap. at ſi clerici. §. de adulterijs. numero 9. extra de Iud. erit ſtrictè interpretanda, l. cum verò. §. de
39 viro, vbi Rom. ff. ſolut. matrim. l. quicquid aſtringendæ. ff. de verbor. obligat. inde caſus omiſſus habebitur pro omiſſo l. ſi extraneus ff. de cond. ob. cau. l. commo-
40 diſſimè. ff. de lib. & poſth. declarat Gomeſ. in l. 4. Tauri numero ſecundo circa medium, & Felin. in locis ſuperius adductis. ex cuius dictis vera poterit colligi doctrina, quando diſpenſatio vti odio-
41 ſa, vel fauorabilis ſit iuditium ſuſceptura. in qua materia illud prætereundum non eſſe arbitramur, Quod idem eſt diſpen-
42 ſatio, & conceſſio Principis impetrata Couarr. in titul. de diſpenſatione par. 2. cap. 6. principali. §. 9. ſub numero primo.
43 Et poſtremò, quod quando Princeps vtitur verbo, indulgemus, tunc talis indulgentia importat diſpenſationem, ſecundum Bald. in dict. cap. at ſi clerici, in princip. colum. quarta, verſic. ſcias, extra. de iud. & poſt eum ſequitur Felin. in cap. ex inſinuatione, numero quarto, extra de ſimon.

SVMMARIVM.

1 *INdulgentia antiquitus à ſenatus cõſulto concedebatur.*
2 *Noſtris temporibus à Principe conceditur.*
3 *Enarrantur cauſę, ob quas concedi ſolet abolitio, & indulgentia.*
4 *Abolitio delinquentibus conceditur dũmodo careat ſubreptione.*
5 *Omnis ſenatus poteſtas in principẽ tranſlata eſt.*
6 *Quicquid Principi placuit legis habet vigorem.*
7 *Populus non habet amplius ius condendę l. particularis, vel municipalis, ſecus vero generalis.*
8 *Populus non habet poteſtatem indulgendi.*
9 *Indulgendi poteſtas in ſolo reſidet Principe.*
10 *In Principis indulgentia non erit habenda ratio intereſſe rei publicę, cum vti ſecundarium non ſit attendendum.*
11 *Indulgentia non conceditur per ſeudatarios inferiores.*
12 *Indulgendi poteſtas eſt de regalibus.*
13 *Indulgentia conceditur per ſeudatarios inferiores quò ad bona, & pœnam ipſis applicandam.*
14 *Feudatarius inferior habens iura regalia habet poteſtatem indulgendi.*
15 *Barones huius Regni num habeant poteſtatem aggratiandi, & quid poſt ſententiam.*

QVAESTIO IIII.

Vtrum à ſolo Principe indulgentia concedi poſſit.

1 SEquitur, vt videamus, à quo poſſit indulgentia concedi, & num à ſolo tãtum Principe; & ſciendum eſt indulgentiam priſcis temporibus fieri conſueuiſſe; vel à ſenatus conſulto, vt eſt tex. in l. ſi interueniente ff. ad Turpill. vel à Principe ob diem in-
2 ſignem, vel publicam lætitiam putà ob aduentum Regis Inuictiſſimi in hanc noſtram feliciſſimam vrbem (quod Deus
3 Opt. Max. aliquando præcantibus concedat,) quam ob cauſam, abolitionem,

& in-

& indulgentiam delinquentibus conce-
cedi poſſe, & deberi voluit Franciſcus
Marcus in deciſ. 18. vol. 1. per tex. in l.
4 fin. C. de ſent. paſſ. talem concluſionem
interpetrando, dummodo quod non ſit
ſubreptitia ex doctr. Bald. in l. 3. C. de
epiſ. aud. & 2. abſque partium intereſſe
adnotata per glo. communiter appro-
batam in l. 2. C. de in ius vocan. latius
Franc. Marcus in deciſ. 153. vol. 2. qua
de re cum diffuſius in ſequētibus diſſe-
rere profiteamur hactenus dixiſſe ſuffi-
ciat.

5 Verum quia ſenatus poteſtas omnis
in Principem tranſlata eſt, lege enim
Regia, quæ de eius Imperio lata eſt, po-
pulus ei, & in eum omne Imperium ſuũ
& poteſtatem cõtulit, inde quod Prin-
6 cipi placuit legis habet vigorem, §. ſed
quod Principi placuit, inſt. de iure nat.
gent. & Ciu. l. 2. §. nouiſſimè, ff. de orig.
iuris, l. 1. ff. de conſtit. Princip. edocuit
Gomeſ. in l. 1. Taur. num. 6. Adeò, vt
ipſo populus amplius ius non habeat. l.
2. §. hoc autem C. de vet. iure enucl. l.
fin. ff. de leg.

7 Quod quidem veritatem continet
in condenda lege particulari, vel muni-
cipali, ſecus vero in ſancienda lege ge-
nerali. Faber. Ang. cæteriq; commu-
niter in d. §. ſed, & quod Principi pla-
8 cuit. ex his itaq; deſcendit, quod cum
populus ſeu ſenatus conſultum non ha-
beat poteſtatem indulgendi, de tali
abolitione ſi à nobis pertractetur, non
inutile futurum iudicamus.

9 Quo circa conſtituendum eſt, quod
indulgēdi poteſtas in ſolo reſidet Prin-
cipe, vti probatur in l. reſcripta, vbi
doct. omnes communi calculo, & in ſpe
cie Iaſ. & Caſtr. in fine. C. de præcibus
Imp. offer. canonizata in c. reſcripta.
vbi gloſ. 25. q. 2. l. mancipia, in fine C.
de ſeruis fugit. in l. relegari in fine, & in
l. diui fratres, ff. de pœnis, l. 2. l. fruſtra.
l. cum indulgentia, & l. ſeq. C. de ſent.
paſſ. Canoniſtæ in c. in noſtra. extra de
iniur. & damn. dat. Faciunt notata per
Bart. cæteroſq; in l. gallus. §. & quid ſi
tantum in fine. ff. de lib. & poſth. Bald.

& alij in l. nec damnoſa. C. de præcib.
Imp. offer. And. in cap. 1. §. ſimiliter
poteſt, num. 14. de capit. qui cur. vend.
& in cap. 1. verſ. & committentium. quæ
ſint Reg. Pariſ. de Puteo. in tract. ſind.
in verſ. compoſitio. col. 14. Dec. in conſ.
137. incip. & diligenter protenui. col.
1. & 2. & in in ſpecie quod poſſit Prin-
ceps abolitionem delictorum indulge-
re, voluit Paris. in conſ. 1. incip. in Dei
nomine num. 1. & 2. cum ſeq. vol. 4. ex
tex. iuncta doctr. Bart. & aliorum in d.
l. abolitio. cum ll. ſeq. ff. ad Turpill. &
in l. fin. C. de gen. abolitione.
10 In qua indulgentię conceſſione p Prin-
cipem facta nulla eſt habenda rō inte-
reſſe reipublicæ, ne delicta remaneant
impunita l. ita vulneratus, ff. ad l. aquil.
vti intereſſe ſecundariũ, quod non ita atten-
ditur. Butr. in d. l. reſcripta, & in l. nec
damnoſa. motus perorata in l. 1. ff. ſol.
11 matrimonio. Quæ quidem poteſtas cũ
abſit ab alijs feudatarijs inferioribus, ſe-
quitur quod per tales non poſſit vllo
pacto delinquentibus indulgeri. Doctr.
eſt Salic. in l. cum indulg. C. de ſent.
paſſ. Bal. in l. ſeruos. C. ad l. Iul. de vi
publ. Iacobinus in ſua inueſtitura in gl.
cum mero, & mixto imperio, col. 2. Bar.
& alij in l. acta, §. de amplianda. ff. de re
iud. Boſſ. in tit. de remedijs ex ſola cle-
mentia Principis. num. 51.
12 Quorum ea ratio eſt, quia poteſtas
indulgendi eſt de regalibus. And. in d.
c. 1. verſ. videtur, num. 7. quæ ſint regalia
Quorum quidem explicatio ad ſolum
ſpectat Principem, ideo feudatarijs in-
dulgendi facultas denegatur, ſed quò
13 ad bona, & pœnam ipſis aplicanda vtiq;
poſſent indulgere. Decianus in tit. abo-
litio, quando impediat accuſationem
14 lib. 3. num. 94. Farin. in tit. de inquiſi-
tione. quæſt. 6. num. ſecundo, ex quibus
elicimus, quod ſi foret feudatarius, qui in
ſua ditione haberet iura regalia, vt Dux
Magnus Etruriæ, Dux Vrbini, Dux
Mantuæ, & alij non eſſet in ijs inficianda
da indulgendi poteſtas.
15 Quin immò ſi Baronibus huius Re-
gni noſtri fuiſſet conceſſa iuriſdictio

Caſtri

Caſtri cum mæro, & mixto Imperio, cũ quatuor literis arbitrarijs, & cum cognitione primarum, & ſecundarũ cauſarum à Rege noſtro ſemper Auguſto liceret Baroni gratiam facere criminũ ex poteſtate ſibi à Rege conceſſa vigore inueſtituræ etiam ſi lata fuerit ſententia, quod videtur contrariari tex. in l. 1. §. ſed an vltrò, ff. de quæſtionibus cũ ſimilibus, ſicq; deciſum teſtatur in hoc Noſtro Sacro Neapolitano Conſilio Præſes de Franchis ſemper recolendę memorię in deciſ. 370. ſit ergo conſtitutum, quod poteſtas indulgendi in ſolo Principe inſit.

SVMMARIVM.

1 *Abolitio quomodo differat ab ipſa indulgentia.*

2 *Principes decet ex cauſis abolitionem, & indulgentiam impartiri, & plures recenſentur cauſæ, ex quibus Princeps impellitur indulgere.*

3 *Ob diem inſignem, aut publicam lætitiã ſolet Princeps indulgere.*

4 *Inſignis dies natiuitatis filij ab authore indicatur.*

5 *Dies nuptiarum per Regem Inuictiſſimũ contractarum inſignis ab authore exiſtimatur.*

6 *Res proſperè geſta cauſa eſt abolitionis concedendæ.*

7 *Lætitia, vel honos Domus Diuinæ eſt cauſa abolitionis, & indulgentiæ.*

8 *Abolitio ſemper viget, quando aliquã ſubeſt cauſa ex qua Princeps cenſent abolitionem fieri.*

9 *Recenſentur per authorem quædam cauſæ priſcis temporibus ſeruatæ pro abolitione concedenda. num. 11.*

12 *Propter Reipublicæ ſtatum confirmandum quandoque abolitio conceditur.*

13 *Explicatur tex. in l. ſi interueniente. ff. ad Turpill.*

14 *Dies feſtiui nullis voluptatibus occupandi.*

15 *In die Paſchatis ſceleratorum proditio caſtiganda.*

16 *Principem decet in die Paſchatis abolitiones delinquentibus indulgere, quod per authorem Imperialibus adaugetur monumentis.*

17 *Expenditur argumentum à maioritate per authorem.*

18 *Criminales quæſtiones per 40. dies ante tempus Paſchale inhibentur.*

19 *Nulla maior lætitia publica eſſe poteſt Reſurrectione Domini Noſtri Ieſu Chriſti.*

20 *Abſurda ſunt euitanda.*

21 *Argumenta ab abſurdo procedunt ex iure naturali.*

22 *In odioſis argumentum ab abſurdo non admictitur.*

23 *Propter abſurditatem euitandam impropriantur verba.*

24 *Propter abſurdum euitandum aliquid diſputari contingit contra rationem.*

25 *Fidei commiſſum aliquando inducitur ob abſurdum euitandum.*

26 *Multitudo delinquentium eſt cauſa abolitionis, & indulgentiæ concedendæ.*

27 *Seueritas eſt exercenda in peccata paucorum.*

28 ***Cum multitudine peccantium non eſt ſeueritas exercenda, & de ratione numero 29.***

30 *Diſpenſatio aliquanda videtur debita, & non grata.*

31 *Præceptum miſericordiæ omnibus debet eſſe commune.*

32 *Multitudini quandoque concedendum eſt ob timorem maioris mali.*

33 *Multitudo eſt iuribus, & Canonibus inimica.*

34 *Princeps facilior redditur ad indulgentiam concedendam ſi rei merita concurrunt.*

35 *Tex. in §. quod Principi placuit. inſt. de iure nat. gent. & ciuili nouiter per authorem ponderatur.*

36 *Merita in indultus materia attendenda ſunt.*

37 *Boni Principes nõ ita paſſim concedunt gratiam, ſed habita cognitione perſonarum, locorum, temporum, & qualitatum.*

QVAESTIO V.

Quomodo differat indulgengentia ab ipſa abolitione, & quæ cauſæ ſint, ob quas conceditur indultus.

1 INITIO huius operis ſatis explicatum
arbitramur, indultũ
ab indulgentia non
differre. nunc autem
quid ipſa indulgentia ab abolitione dif-
2 ferat explicemus, & quidem ita differ-
re abolitionẽ ab indulgentia putamus,
ceù differt ſpecies à genere, ſicut elici-
tur ex tex. in l. cum eo tempore, & in l.
indulgentia. C. de gener. abolitione, vt
inferius latius apparebit, ita quod cum
Principes deceat ex cauſis abolitionẽ
impartiri, & ſic indultum criminum in-
dulgere non erit abſonum, ſi hoc in
loco ſubiungemus, quibus ex cauſis
Rex noſter Inuictiſſimus adductus ſit
ad indultum hunc generalem eulgan-
dum.

Et quamuis plures recenſere poſſi-
mus, ex quibus conſueuere Princeps
indulgere, quas mox diſcuſſuras polli-
cemur, eas tamen non omnes, ſed quaſ-
dam, quæ publicam, ac generalem re-
ſpiciunt abolitionem, & indulgentiam
3 ex mente iure conſultorum in medium
afferemus. Quarum primum illa ſe ſe
offert, quæ ob diem inſignem, aut pu-
blicam lætitiam à Principe conceditur,
vti Papinianus tradidit in l. abolitio. ff.
ad ſenatus conſ. Turpill. cuius quidem
viri præclariſſimum exemplum eſſe po-
teſt inſignis ille dies, quo ſingulari quo-
dam, & amoris, & fidei augumento duo
illa huius orbis veluti fulgentiſſima ſy-
dera perpetuo ſanctiſſimi connubij
vinculo diuina Dei clementia coniun-
xerit, Philippum in quam Tertium eius
nominis tot regnorum Regem Augu-
ſtiſſimum, & Margaritam Auſtriacam
tot Regum, & Cæſarum ſanguine pro-
genitam, quibus neſtoreos annos, cum
4 fęlici multorum liberorum poſterirate
à Deo Opt. Max. præcamur, & licet in
noſtra materia dies inſignis nullus ma-
ior foret, quam ſi natus eſſet Philippo
filius, quem fęliciſſimo ortus tempore
5 Patri, Auo, Proauo ſub eorum prįcla-
rorum geſtorum ſuccincto compendio
ſimilem fore auſpicamur, attamen non
inferior inſignis dies fuit dies ille nu-
ptiarum fæliciter contractarum inter
duos totius huius mundi machinæ At-
lantes, Philippum nempe Tertium Re-
gem noſtrũ, & Margaritam Auſtriam,
Hæc ergo prima cauſa fuit huius tam
benignæ, & generalis conceſſionis,
vt ex eiuſdem reſcripti verbis appa-
ret.

Poſtquã Diuini Numinis benignitate in
ampliſſimi Hiſpaniarum Regni, alio-
rumq; poſſeſſionem noſtro ſucceſſionis
iure peruenimus, poſtquam etiam ex
optatiſſimas nuptias, matrimoniumq;
fæliciſſimis auſpicijs abſoluimus cũ Se-
reniſſima Margarita ab Auſtria dile-
ctiſſima, atque amantiſſima noſtra cõ-
iuge, quæ ſanè res cęlebrata eſt incre-
dibilj quodam Regnorum noſtrorum
gaudio, vt facilè ex cuiusq; obſequio,
indicijsq; cognoſcimus.

In hac ergo cauſa matrimonij ſecuti
Philippus Rex noſter Inuictiſſimus in-
nixus eſt, non quia par ludus factus eſt,
vt Accurſij ſcholium in d. l. abolitio cõ-
memoremus, ſed ex quo præfati matri-
monij res fœliciſſimis auſpicijs inſecuta
quidem eſt, ac abſoluta, ob quod pu-
blica Regnis ſucceſſit congratulatio.
6 Secundam adijciamus cauſam, ob quã
ſępè ſolet fieri abolitio, ob rem ſcilicet
proſperè geſtam. Marcellus in l. vel ob
rem. ff. eod. tit. ſupra citato, qui caſus.
(Ne exemplo careat) declarari poteſt
ex mente gloſæ eodem in tex. (ſi quis
deuicit hoſtes) quorum infinitam mul-
titudinem ſubiecisse ſibi Regem noſtrũ
potentiſſimum tot Regna, quæ poſſidet
teſtantur, & quæ breui ſuæ ditioni noua
totius orbis imperia adiecturum cum
ſin-

ſingulari noſtræ fidei incremento me-
7 lius indicabunt (Deo Auſpice.) Tertiã
his ſubiũxit Vulpianus,ex qua abolitio
cõceditur ob lętitiam aliquam , vel ho-
8 norẽ domus diuinæ in l. ſi interuenien-
te. ff. eod. titul. ad Turpill. Et tandem
præter cæteras enumeratas per Cicer.
in libr. 2. Rhetor. quem citat. Pariſ. in
conſ. 1. nu. 2. vol. 4. alioſq; inferius alle-
gatos abolitio ſemper hẽt locum,quan-
do aliqua ſubeſt cauſa, ex qua Princeps
cenſeat abolitionem fieri , ea namque
ſufficit, ad Vlpiani dictum in ſupraci-
rata l. ſi interueniente,recitauit Specul.
in tit. de Abolitione , & Purgatione . §.
ſciendum.nu. 2. Et quia diximus, quod
ſi qua cauſa ſubeſt ea ſufficit , vt Prin-
ceps impellatur ad abolitionem con-
cedendam , quarum plures in medium
duximus , quaſdam alias quibus priſcis
temporibus Imperatores vſos inueni-
mus nunc etiam ſubnectere (remiſſiuè
tamen) abs re futurum non putamus.
Primam quidem recenſet Decianus
9 in tit. abolitio, quando impediat accu-
ſationem lib. 3. num. 3. quam ſtatuiſſe
Conſtantinum teſtatur propter Criſpi,
10 & Hælenæ partum ſubſecutum de quo
ſubdit eſſe tex. in C. Theod. in l. 1. de
indulg. crim. lib. 9. tit. 38. Honorius, &
Theodoſius ob rei publicæ tyrãnidem
liberatione ſublatam reis abolitionem
conceſſere. l. vltima de indul. patr. in
11 in C. Theod. Quam Honorij, ac Theo-
doſij conſtitutionem comprobauit , ex
græcorum exemplis , ac ex Valerio in
libr. 4. cap. 1. de animi moderatione,
Vopiſco, Oraſio, Probo in vita Trhaſi-
buli, ac Suetonij in vita Claudij Impe-
ratoris deduxit.
12 Ex quibus illud quidem colligẽdum
eſt , quod propter reipublicæ ſtatum
confirmandum , amorem ſubditorum
à Principibus conciliandum , ac erga
ipſum Principem ex creſcendum publi-
ca, ac generalis criminum omnium ve-
nia , & indulgentia concedi quandoq;
oporteat , quod admonuit Vlpianus in
ſæpius citata l. ſi interueniente. Dum in-
quit ſi interueniente publica abolitio-
13 ne ex ſenatus conſulto , vt fieri aſſolet,
vel ob lætitiam publicam,vel honorem
dom' diuinæ. Colligatur ergò ex eo, ſic
ſenatos conſultorum preceptis cõſue-
uiſſe indulgentiam elargiri , vel ob læ-
titiam publicam , de qua tex. parte ſu-
pra diſſeruimus , vel ob honorem diui-
næ domus. Hunc autem tex. quamuis de
domo Principis domus diuina intelli-
genda ſit , vt ex eiuſdem lectura proba-
tur, interpretandum ad huc cenſemus
ne dum de domo Principis , verum de
Eccleſia, cui tribuitur proprius diuinæ
domus ſignificatus .
14 Quo quidem poſito inferendum eſt,
qđ, etſi dies feſtos Maieſtati Altiſſimæ
dedicatos nullis voluptatibus occupa-
ri, nec vllis exactionum vexationibus
profanari ſtatutũ ſit, teſte Imperatore.
in l. dies feſtos. C. de feriis. vbi autumãs
Religioſi viri diei otia relaxare , nec
obſcęnis voluptatibus detineri, vult, qđ
nihil cadẽ die ſibi vindicet ſcęna thea-
tralis, aut Circenſe certamen, aut fera-
rum lachrimoſa ſpettacula , & ſi in eius
15 ortum, aut natalem cęlebranda ſollem-
nitas inciderit , differatur , tamen ne
ſcęleratorum proditio cõſiliorum diſ
feratur , Imperator nullum quadrage
ſimæ tempus , nec venerabilem diem
Paſchatis excipiẽdum putauit in l. pro-
uinciarum. C. de ferijs. Eodem fere mo
do iuris ratio patitur, quod ſicut ex cri-
minum immanitate, eorumq; atrocita-
16 te in Paſchatis die Iudici licet delicta
punire , eodem modo in eadem die
Principem decet pro diuinæ domus
honore abolitionem delinquentibus,
concedere, vti legimus in C. Theod.
ſeruatum ſub tit. de Indulg. patr. l. 3. 4.
& 6. cum ſeq. Valentianus Valentius,
& Gratianus exceptis quibuſdam cri-
minibus in d. ll. deductis ob diem Paſ-
catis omnibus, quos reatus aſtringit,
carcer iclusit clauſtra diſſolui voluere.
in d. l. 3. de quo Decian' loco pmonito
num. 18, & iure quidem. Nam ſi diebus,
qui Imperatoris lucis auſpicia, vel or-
tus imperij protulerunt, id Indultum
eſt, ex quo neceſſe eſt eius habere rene-

ren.

rentiam l. omnes in fine. C. de ferijs.
Quare in vera Redemptoris reſurre-
ctione delinquentium ob Dei Omni-
potentis honorē indulgentia per Prin-
17 cipem non eſt impartienda? arg. tex. in
auth. multò magis. C. de Sacr. Eccl. vn-
18 de hoc quoq; cōſequitur. Nam ſi oīum
criminalium quæſtionum cognitio in-
hibita eſt ante quadraginta dies, qui
auſpicio cerimoniarum Paſchale tem-
pus anticipant ad tex. in l. 40. C. de
fer. & in quindecim paſchalibus die-
bus tum compulſio, cum, & annonariæ
functionis, ac omnium publicorum pri-
uatorumque debitorum differetur exe-
cutio, imperii in fine tex. in d. l. omnes. C.
de fer. Quid mirum ſi indulgentiam nō
19 publicam ſaltim priuatā in diebus Paſ-
chalibus impartiretur? Nam ſi lætitiæ
publicæ cauſam conſpicere velimus,
Nulla maior quam Reſurrectionis Re-
demptoris noſtri fauſta dies, ſi honore
Diuinæ domus conſideremus, non uē
ratio, & natura repugnant ob honorem
diuinę domus indulgentiam eſſe decre-
tam, & in Dei omnipotentis honorem
20 nihil eſſe ſancitum? ne id ergo abſurdū
ſequatur, quod nedum l. abhorret. l. nā
abſurdum. ff. de bonis liber. l. 2. C. de
cond. inſ. verum quoq; ius naturæ, adeò,
vt ex iure naturali procedens abſq; al-
21 legatione adduci poteſt. Panor. eſt do-
ctr. in c. iniuſtum. extra. de rerumper-
22 mut. Niſi tamen ſimus in odioſis. idem
Panor. in c. ad aures. extra. de reſer. ip-
ſumque vt euitetur cap. clericos. extra.
23 de officio Vicar. impropiari verba con-
ſuluit. Dec. in cap. cum inter. col. 2.
extrà. de except. cū alijs cumulatis per
Alex. in conſ. 52. col. 2. vol. 1. & in conſil.
85. col. 3 vol. 4. Aret. in conſ. 60. col. 1.
24 verſ. ſi ergo actus. quinimmò multoties
contra rationem aliquid diſputari con-
tingit vti videmus in l. ita vulneratus. in
fine. ff. ad l. Aquil. Caſtr. in conſil. 110.
vol. 1. ex quibus dixit Curt. Sen. in conſ.
52. & in conſ. 113. & poſt eum Crau. in
conſ. 130. num. 8. ob abſurdum euitan-
25 dum aliquādo induci fideicommiſſum.
Ne ergo abſurdum ſequatur, dicendum
ſi indulgentia conceditur ob honorem
diuinæ domus Principis tantò magis ob
honorem diuinæ domus Regis Cœlo-
rum, & orbis, ac omnium dominantium
indulgentiam impartiendam eſſe arbi-
tramur, ac conſulimus, & hæc ſunt quæ
vt plurimum Principem impellunt ad
indulgentiam concedendam.
26 His tamen vnicam adijciamus cau-
ſam, ex qua Princeps moueri poteſt ad
ipſam indulgentiam concedendam,
eaque eſt graſſante multitudine delin-
quentium; vbi enim per graues diſſen-
tionum ſciſſuras nō huius, aut illius ho-
minis periculum, ſed populorum plu-
rimorum ſtrages timetur detrahēdum
eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus ſa-
nandis malis charitas ſincera ſubue-
niat, ſaltem non excluſis deſperatiune
indulgentiæ. c. vt conſtitueremus. 50. di-
ſtin. c. ipſa pietas. in fine. 23. q. 4. Alber.
in l. à procedente. in princ. col. 2. C. de
dilat. Mart. Laud. in tracta. de Principe.
27 q. 112. Seueritas enim eſt exercenda in
28 peccata paucorum, nam cùm multitu-
dine peccantium non ſic agēdum, cùm
non duriter, non modo imperioſe tol-
29 lantur. c. commeſſationes. 44. diſt. & ob
populum multum crimen pertranſit
inultum. glo. & poſt eum Innoc. in cap.
latores. extrà. de cler. excomm. idem
Innoc. in cap. quocunq; à populis. vbi
30 glo. 1. q. 5. Adeò vt in tali caſu diſpenſa-
tio videatur debita, & non grata, ad no-
31 tata per Glo. in cap. exigunt 1. q. 7. quo-
rum ratio ea ſit, quia præceptum miſe-
ricordiæ omnium eſt commune. c. non
ſatis. 86. diſt.
32 Id tamen multitudini concedendum
eſt ob timorem maioris mali. cap. quod
ſcripſi, & c. quædam. l. 25. q. 3. & ſi mul-
33 titudo ſit iuribus, & canonibus inimica.
cap. quia in tantum. extra. de electione.
plura de multitudine edocuit Alber. in
l. ſi quis in hoc genus. num. 5. verſ. item
nota ex verſ. c. de Epiſc. & cler.
34 Quod multò magis affirmādum exi-
ſtimamus, ſi ſubditorum merita eluce-
ſcant, puta ſi Princeps in bello vaſſallo-
rum geſta præclara guſtarit, nam pro-

cliuior reddi debet Princeps ad indul-
35 gentiam concedendam. Caſus eſt tex. à nemine quos huc vſq; viderimus in hoc propoſito ponderatus in §. ſed. & quod Principi placuit. inſt. de iure nat. gent. & ciu. Ibi, nam quod ob meritum indulſit alicui, vel ſi quam pœnam irrogauit, vel ſi cui ſine exemplo ſubuenit perſonam non tranſgreditur.

Quibus non immeritò pro clariori huius materiæ declaratione, & vt, cum accuſ. Hanc. q. concludamus, ſubnectemus eiuſdem ſcholium in d. verſ. ob meritum, quia multum ſeruierat Principi, & ideò aliquam pœnam quam debebat ille pati propter delictum, quod forte
36 fecerat ei remiſit. Merita ergo ĩ indult' materia attendenda ſunt, vti in indultu per Cæſar. Maieſtatem cuidam inquiſito conceſſo ſcripſit Gram. in eius crim. conſ. 58. num. 14. verſ. quò vero. Dec. loco præmonito num. 95.

37 Inde Boſſius in tit. de remedijs ex ſola clementia Princ. voluit, quod boni Principes non ita paſſim concedunt gratiam omnibus, ſed habita cognitione perſonarum, locorum, temporum, & aliarum qualitatum, & ſequitur Decius loco antedicto num. 93 motus, ne detur occaſio delinquendi, quæ quo nam pacto per Regem noſtrum ſeruata ſint ſingulis in partibus videbimus.

SVMMARIVM.

1 *Abolitio duplex vna quæ reos, altera quæ accuſatores tangit.*

2 *Abolitio Principis criminis peremptionem operatur.*

3 *Criminoſi per abolitionem, & indulgentiam ſunt liberati tam in foro pœnitentiali, quam contentioſo.*

4 *Conceſſa abolitione non poteſt procedi amplius contra reos.*

5 *Deſtructo eſſe deſtruuntur accidentia.*

6 *De delicto eiuſdem hominis non debet ſæpius quæri.*

7 *Peccata ſemel dimiſſa non debent vlterius in vltionem redire.*

8 *Ampliatur præmiſſa concluſio etiam ſi delicti abſolutio fieret per viam diſpenſationis.*

9 *Contra comprehenſos ſub hoc Principis indultu ceſſat omnis vexatio, & de ratione num. ſeq. 10.*

11 *Accuſator ſi deſtiterit non incidet in Turpillianum conceſſa tamẽ abolitione.*

12 *Limitatur niſi accuſator falſo modo, vel per calumniam accuſaſſet.*

13 *Declinatoria fori clerico non conceditur ſi calumnioſe petita fuerit.*

14 *Clericus non poteſt conueniri coram Iudice laico etiam ipſo volente num. 15.*

16 *Ampliatur vt non poſſit conueniri etiam Epiſcopo volente.*

17 *Priuilegium clericale eſt conceſſum ordini clericali.*

18 *Iudex non debet admittere proceſſum ſuum per ambages.*

19 *Exceptio temeraria, ſeu calumnioſa non impedit curſum termini.*

20 *Temeritas nulli prodeſſe debet.*

21 *Nec fraus, nec dolus alicui debent prodeſſe.*

22 *Terminus in cauſa attentatorũ non curret, ſi temeritas inciderit. & nu. 23.*

24 *In reſtitutione veniunt animalia. & fœtus ſi reſtitutio longis partis fruſtrationibus redacta eſt.*

25 *Vſuræ medij temporis veniunt appellatione iniuſta pronunciata.*

26 *Tutor tenetur ad vſuras medij temporis ratione moræ.*

27 *Contra tutorem nedum pro vſuris verum etiam pro vſuris vſurarum agi poteſt.*

28 *Vſuræ vſurarum non debentur, quod quomodo intelligitur in nu ſeq. 29.*

30 *Bona fides fugerit, quod tutor teneatur ad vſuras vſurarum.*

31 *Vſuræ dicuntur acceſſiones mere ciuiles, ſed odioſæ.*

32 *Acceſſio tripl mære ciuilis, naturalis, & ciuilis, ſed non odioſa.*

33 *Mercedes non natura, ſed iure conuentionis percipiuntur.*

34 *Vendita vacca veniunt vituli, venditis pecoribus veniunt hædi, quod quomodo intelligendum in num. ſeq 35.*

36 *Ratio quare vendita vacca veniunt vituli per authorem redditur.*

37 Res

37 *Res alteri accedens, & cohærens iudicatur vna, & eadem res.*
38 *Ob id gabella quæ debetur pro vacca non erit ſoluenda pro vitulo.*
39 *In particularibus prætium non ſuccedit loco rei, ſecus verò in vniuerſalibus numero 40.*
41 *In moroſa fruſtratione æſtimatio venit loco rei.*
42 *Mora trahit duplicem effectum de interitu, & de acceſſione in caſu tex. in l. ſi longis. C. de exec. rei iud.*
43 *Caſus in quibus dicatur calumniam adhiberi plures per authorem aduertuntur 44. 45. 46.*
47 *Sententia lata demonſtrat exceptionem temerariam.*
48 *Exitus acta probat.*

QVAESTIO VI.

De effectibus abolitionis.

COgnouimus de Principis poteſtate indulgēdi, aptè noſtro quidem iudicio ſubnectimus abolitionis effectus.

Pro quorū faciliori co-
1 gnitione iterum repetamus quæ in q. 2. num. 1. ſuperius conſtituimus, abolitionem ſcilicet duplicem eſſe, vna, quæ reos criminis tangit, altera quæ ad accuſatorem actinet, vt ex Petro Greg. in lib. 32. ſyntag. iuris. cap. 13. tit. de abolitione crim. num. 2. explicauimus.

2 Modo ſi quæratur qui nam ſint abolitionis effectus, reſpectiuè dicamus. Quod diuerſus effectus oritur ab abolitione reo conceſſa ab abolitione accuſatori collata, ſi quidem primi caſus effectus eſt, quod abolitio criminum per Principem facta operatur criminis peremptionem. cap. ſi quem pęnituerit. ſi indulgentia 2. quæſt. 3.
3 Hinc ſequitur; quod cū tales criminoſi ſint de delictis penitus abſoluti, & liberati tam in foro pœnitentiali, quam in foro contentioſo, vt habetur in cap. de
4 his. vbi doct. extra. de accuſ. non poteſt vlterius contra eos procedi. l. licet. §. fi. ff. nautæ caup. ſtabul. l. ſi cui. §. eiſdem. ff. accuſ. vbi Bart, alijq; l. ſenatus. vbi Bald. ff. eod. tit. & ratio quia deſtructo eſſe delicti deſtruuntur accidentia. arg. tex. in
5 l. 2. ff. de vſur. quam ob rationem edocuit Bald. in l. 2. num. 7. C. quib. res Iud. non noc. lata abſolutoria ſententia non
6 debet de delicto eiuſdem hominis ſæpius quæri, niſi tamen per colluſionem de eo cognitum fuerit. cap. fin. de coll. deteg. diſpunxit ex noſtris. D. Viuius in deciſ. 296. numer. 6. cum ſeq. & in deciſ. 393. nu. 8. Ioan. de Anan. in conſ. 17. incip. viſa relatione. col. 3.

Quod ſi denuo ſub Iudice cauſa rediret non conueniret Diuinæ clementię
7 peccata, & crimina dimiſſa vlterius in vltionem redire. cap. fin. in princ. de pænit, diſt. 4. cap. ſi illic 13. q. 4. etiam ſi ab-
8 ſolutio delicti facta foret per viam diſpenſationis. ſecundum glo. in d. cap. de his, & poſt eam Doct. eadem glo. in c. ex tua. de fide pręsbit. & in c. fin. de tempor. ordin. in cap. 2. extra. de ſciſm. Dec. latè in conſ. 137. incip. & diligenter pro tenui. col. 1.

Hoc quidem axioma ex ſequentibus
9 huius indultus partibus verum dignoſcitur. Nam ex eis apparebit Regem noſtrum inuictiſſimum velle. nedum proceſſus, ſcripturas, condemnationes, acta & quolibet alia in cauſis facta deleri, annullari, ac de albo tolli, verum vt in futurum nullo modo inquirere, procedere, ac moleſtare audeant. faciunt notata per Bart. cæteroſq; in l. 1. §. ſublata ff. ad Trebell. Pariſ. in conſ. 1. incip. in Dei nomine Amen. nu. 66. vol. 4. & propterea contra tales in indulto comprehenſos ceſſat omnis moleſtia, oīſq; vexatio, tradit plenè Felin. in cap. cauſam quæ. extrà. de reſcr. Doct. in cap. in præſentia. de probat.

His autem dum Rex indulget ſub ſuo
patrocinio tuetur, Adeò, vt nec ciuili-
ter, nec criminaliter quis paſſus dam-
num, & iniuriam contra Principem in-
dulgentem conquæri poſſit ſecundum
Ang. & alios in l. conuentionum. ff. de
pact. Iaſ. in l. venia. col. fin. C. de in ius.
voc. meminit Paris. in pręcitato conſi.
num. 65.

Effectus ergò hujus abolitionis, & in-
dulgentiæ erit reorum à pęna liberatio,
ac criminis peremptio.

Et hæc quò ad abolitionem ad reos
attinentem dicta ſufficiant.

Modò effectus abolitionis accuſato-
rem reſpiciẽtis (pluribus omiſſis, ne fru-
ſtrà extra materiam diuertamur) expli-
cemus, & quia plures ſupra in q. 2. nu. 3.
commemorauimus, vnicum dumtaxat
hoc loco pertractabimus huiuſmodi.

11 Quod accuſator ſi ab accuſatione de-
ſtiterit nõ incidet in Turpillan. pœnam
tex. eſt in l. ſi interueniente. ff. eod. tit.
ad Turp. vbi excuſatur à dicti Turpillia-
ni edicto etiam ſi intra triginta dies ad
repetendum præfixos noluerit repe-
tere.

12 Hanc antem concluſionem tex. pre-
monito fulctam, limitandã arbitramur,
niſi accuſans falſo mõ, vel per calum-
niam accuſaſſet. Etenim tunc talis abo-
litio ſuperueniens reis non proderit,
tex. eſt in l. pen. C. de caſumn. Fallaci-
ter enim incuſantibus maximè poſt ex-
hibitionem accuſati, nullius iuris color,
veluti deriuata excuſatione proficiat,
non publica quidem abolitio, non pri-
uata proficiat, ſubueniatque perſonis,
non ſpecialis indulgentia, nec benefi-
cium quidem eos generale ſubducat,
Imperatoris documento ſic monitum
eſt in d. l. penultima.

Hoc Imperatoris reſponſum vti ra-
tionabile infraſcriptis ſimilibus p nos
corroborari, non erit inutile. Ratio
præcitati tex. fundatur in fallacia, iuris
13 colore, & in dolo. Hæc ratio eſt illa, ex
qua declinatoria fori per clericum pe-
tita ſuum non vindicet locum, quando
14 tamen calumnioſè fuerit petita. Nam

15 quamuis clericus non poſſit conueniri
coram iudice laico. c. ſi diligenti. extrà.
de foro compet. etiam ipſo volente. c.
cum non ab homine, & cap. vt ſi clerici.
in princip. de iud. Glo. in cap. ſignifi-
caſti, extrà. eodẽm et tit. de foro comp.
cap. cum contigat interdum, & in cap.
perpendimus. in glo. pen. extrà de ſent.
excomm. Alexan. in conſil. 8. col. pri-
ma. vol. 1. Rol. à Valle. in conſ. 4. num.
9. vol. 1. & in conſ. 12. numer. 30. vol. 2.
Caſſ. in conſ. Burg. in 1. rubr. §. 5. verſ.
Archidiaconum. num. 45. Gomeſ. in lib.
3. variarum reſol. capite 10. ſub tit. qñ
reus gaudeat immunitate. nume. 3 Co-
nar. pract. q. cap. 33. num. 2. Veraldus
in deciſ. 146. ſeu prima. num. 5. parte 2.
16 Viuius in deciſ. 49. num. 3. & in deciſ.
125 etiam accedente conſenſu Epiſco-
pi ſecundum glo. in d. cap. ſignificaſti.
Socc. in Reg. 56. Alex. & Rol. in con-
ſiliis præcitatis, latis habenis eruditiſſi-
mus Farin. in tit. de Inquiſitione. parte
17 prima. q. 8. num. 10. cum ſeq. & per to-
tum. quorum ratio eſt illa, quia priuile-
gium clericale eſt conceſſum ordini, ſeu
collegio clericali. Glo. in d. cap. ſigni-
ficaſti adducta per Viuium in d. deciſ.
125. num. 2.

Attamen quando clericus vult gau-
18 dere declinatoria fori illam petendo
per calumniam, tunc denegatur ei fori
declinatoria, cum Iudex non debeat
dimittere proceſſum ſuum per amba-
ges. Bald. in l. 1. in fine. C. de ſent. quæ
ſine certa quantitate Felin. in cap. cum
ſit generale. in 4. decl. extrà. de foro
comp. Alex. in l. Titia. col. 4. ff. ſol. ma-
trimonio eos recenſet Capic. in deciſ.
7. num. 3. in fine.

19 Hinc idem Bald. tradidit in l. contra
maiores. in fine. C. de inoff. teſt. Quod
exceptio temeraria, ſeu calumnioſa nõ
impedit curſum termini, de qua D. Pro-
ſeis de Franchis in deciſ. 307. num. 3. &
20 ratio eſt in promptu, quia temeritas
nulli prodeſſe debet. l. 1. ff. de dolo. l. fin.
ff. de iud. l. tutor. in princip. ff. de vſur. l.
21 ſi longis. C. de executione rei iud. ſicut
nec fraus debet alicui eſſe profigua, neq;
dolus.

dolus.cap.cæterum.extra de Iudic.

22 Propterea infertur, quod terminus non currit pendente reuocatione acte-
23 tatorum, niſi cognitum fuerit temerariè fuiſſe tractatum de reuocatione; vt puta,quia ſuccubuit, quoniam enim dolosè egit ſibi met impedimentum præſtitiſſe videtur, inde eſt quod terminus non currit, quia dolus, vel fraus prodeſſe non debet.d.c. cæterum.ſic Rota Romana deciſum reliquit in deciſ.102. incip. fatalia ad proſequendum. in antiquis.

24 Ex his conſecutiuè deſcendit Imperatoris Diocletiani reſponſum in l. ſi longis. C. de exec. rei iud. dicentis, ſi longis,apertiſque fruſtrationibus partis aduerſæ reſtitutio remorata eſt, etiam ſeruis rebus humanis exemptis, à fruſtratore æſtimatio eorum reſtituenda eſt. Animalia quoque cum fœtibus ſibi interceſſu præſidis repræſentabuntur.
25 Inde, & 2. negociorum geſtore condẽnato, & appellante,eiuſq; appellatione iniuſta pronunciata, quia diu tractum fuit negotium, ex quo tardius iudicatum eſt Scæuola Iure conſultus decreuit, vſuras medij temporis pecuniæ in condemnationem deductæ deberi.in l. fin. ff. de vſur.

26 Hinc,& tertio Iudex animaduertens fruſtatoriam morandi cauſa appellationem interpoſitam poteſt de vſuris medij temporis victum, & appellantem condemnare: prout in tutore ſcriptum reliquit Modeſtinus in l. tutor. ff. de vſur. & id non ex alio, quia temeritas, calumnia, dolus, vel fraus nemini prodeſſe debet ſupra citatis iuribus.

27 Propterea ſtatutum eſt contra tutorem agi poſſe nedum pro vſuris medij temporis, verum etiam pro vſuris vſurarum. tex. eſt in l. qui negotiationem. §. 1. & l. tutor qui repertorium §. ſi vſuras.ff. de adminiſtratione tut. l. idemq;. §. 1. ff. Mand. l. quamuis. ff. de pign. act. l. atqui natura.§. pen.ff.de neg. geſt. l. 2. C. de vſur. pupill.

28 Quæ quidem concluſio in alio quam tutore regulariter non procedit ſtante regula, Vſuras vſurarum non deberi. l.
29 fin. C. de vſur. rei iud. Quod intelligamus reſpectu eiuſdem creditoris, ſecus verò reſpectu tertij ſoluentis pro alio, nam tunc vſuræ vſurarum deberentur, cum eius reſpectu ſolutum pro capitali, & intereſſe tertio ſors ſit. Glo. in verſic. vſurarium.tex.in l. 1. C. de dolo. & in l. ſi prior. §. 1. verſ. geſſit. ff. qui pot. in pign. hab. ſecũdum quam gloſæ doctr. paſſim in Sacro Regio Conſilio deciſum teſtatur D. Præſes de Franchis in deciſ. 254. num. 14. & 15.

30 Sed illud aduertimus, quod ea ratio reddi poteſt in tutore quare teneatur ad vſuras vſurarum, in alijs verò non; Nempe quod conſiſtat hæc deciſio in bona fide, quæ ſugerit deberi eas vſuras, quas percepiſſet, vel percipere potuiſſet, ſi fœnori dare cum potuiſſet nõ neglexiſſet, cum id quod ab alio debitore nomine vſurarum cum ſorte datur ei, qui accepit totum ſortis vice fungitur, vel fungi debet. Hæc Scæuola in d. l. qui negociationem. §. 1. in fine.

Tenebitur ergo is temerarius, & ca-
31 lumnioſus ad vſuras medij temporis quas Bald. in l. 1. in princ. C. de vſur. &
32 fruct. leg. Acceſſiones merè ciuiles, ſed odioſas appellauit, inquiens. l. illam loqui de triplici acceſſione de merè ciuili, & odioſa, vt vſura, de naturali, vt
33 de fructibus, & de ciuili, & non odioſa, vt de mercedibus, quia mercedes non natura, ſed iure cõuentionis percipiuntur. l. ſi nauis. ff. de reiuend. & ſic tenebitur non modò ad vſuras acceſſiones quidem merè ciuiles, & odioſas, verum etiam ad acceſſiones naturales, vt puta ad fœtus animalium, vt colligitur de tex. in d. l. ſi longis. C. de exec. rei iud.

Et verè ſunt acceſſiones naturales, Nam iure conſultos decidiſſe legi-
34 mus, vendita vacca venire, & vitulos, venditis pecoribus venire, & hædos, ſi tamen partus ſit in vtero, vel ſit natus,
35 & lactetur à matre, ſecus verò ſi paſceret herbã, & aleretur per ſe ipſum. tex. eſt in l. ſed addes. §. ſi quis mulierem. ff. locati. Ang. & alij in l. eum qui §. non ſolum.

lum. ff. de furt. Bald. in cap. tranſlato.
col. 1, num. 3. extrà de conſtit. Idem in
cap. 1. col. 1. & 4. De capit. qui cur. vend.
Marſ. in tract. de fideiuſſ, num. 190. & in
l. 1. §. diuus Adrianus. num. 2. de quæſtio-
nib. Mozzius de contract. in tit. de em-
ptione, & venditione. rubr. de eius na-
turalibus num. 44. & quam pluribus cō-
probauit doctiſſimus Gomeſ. lib. 2. va-
riarum reſolut. 3. tit. 2. de empt. & vend.
num. 14. diſſerit doctè D. meus Fabius
de Anna Reg. Conſil. in ſuo conſ. 64. &
65. vol. 1.

37 Idq; non ex alio, quia quando partus
eſt in vtero vel eſt natus, & lactatur à
matre iudicatur vna, & eadem res, &
pars viſcerum matris acceſſione natu-
rali matri adhærens.
Secundo verò caſu vti res diſtincta ma-
tri nullatenus adhærens, nec amplius
illa naturalis acceſſio poterit conſide-
rari, nimirum ſi in vēditione non com-
prehenduntur. Gugl. de Cun. Alber.
Fulg. & alij in l. ſi vt certo. §. vſq; adeò. ff.
comm. Caſtr. in l. in rem actio. §. item
quæcumque. vbi cæteri ſcribentes. ff. de
de rei vend.

38 Quibus accedat, quod quādo aliqua
res alteri accedit, & cohæret iudicatur
vna, & eadem res; nec ab ea ſeparata,
& diſtincta. l. plerumq; ff. de ędil. edicto.
& d. §. vſq; adeo.

39 Ex his Bald. in d. §. ſi quis mulierem
voluit, gabellam non eſſe ſoluendam
pro vitulo, de quo per Ferrer. in tract.
de gabellis. num. 59.

Vnde ſicuti concluſum eſt temera-
rium calumniatorem teneri ad vſuras,
ſicque ad acceſſiones ciuiles, eò fortius
concludendum deberi acceſſiones na-
turales, fætuſque inde deberi.

Immò eis interemptis dixit Impera-
tor, æſtimationem venire loco rei; ſpe-
40 ciale ex cauſa moroſæ fruſtationis, ſi
quidem certi iuris eſt in particularibus
41 præcium non ſuccedere loco rei. l. ſi rē,
& pręcium. ff. de petit. hæred. ſecus ve-
ro in vniuerſalibus. l. Imperator. §. fin. ff.
de leg. 1. latè Neguſ. diſpunxit in tract.
de pign. par. princip. 2. mēbro 4. nu. 58.
verſ. 8. Amplia, & in 1. membro 5. part.
princ. num. 48. tamen in moroſa fruſtra-
42 tione æſtimationē venire loco rei, ſan-
xit his formalibus verbis in d. l. ſi longis,
ſi longis inquit, apertiſq; fruſtrationi-
bus partis aduerſæ reſtitutio remorata
eſt etiam ſeruis humanis rebus exem-
ptis à fruſtatore æſtimatio eorum reſti-
tuenda eſt. Animalia quoque cum fæti-
bus ſibi intercesſu Præſidis repræſenta-
buntur.

43 Ex hoc tex. Accurtius in eius vltimo
ſcholio reaſſumpſit, quod talis morā
duplicem trahit effectum de interitu
ſcilicet, & de acceſſione adducens tex.
in l. cum res. §. fin. ff. de leg. 1. tex. in l. il-
lud. ff. de petit. hæred. & in l. Iulianus. §.
1. ff. de rei venditione.

44 Hi ſunt effectus calumnię, quam tunc
dicitur quis adhibere, cum differt pete-
45 re. Secundò ſi contumax eſſet. Tertiò ſi
deficit in probādo. tex. eſt ex quo Bald.
46 deduxit in l. non ignorat. num. 1. C. de
fruſt. & lict. exp. Quartò ſi citatio æqui-
47 noca fuerit. l. cum quem temere. ff. de
iud. cap. quia nonnulli. extrà. de reſcr.
Bald. loco præallegato, num. 6.

48 Eaq; exceptio demum vt temeraria
diiudicanda erit, quam demonſtrat in-
terlocutoria lata, vel proferenda, exitus
49 enim acta probat. l. rem non nouam. §.
fin. vbi Caſtr. col. 1. verſ. inducitur etiam
C. de iud. Bart. & Imola in l. ſi finita. §. ſi
plures. col. 4. verſ. ſed aduerte. ff. de dān.
inf. Bald. tandem in d. l. contra maiores.
in fine. C. de inoff. teſt.

Hæc ſcripſimus ad fulciendam tex.
præfati in l. fallaciter. C. de abolit. deci-
ſionem, quando accuſaret quis fallaci-
ter, & per calumniam, Nam tunc bene-
ficium generale, nec ſpecialis indulgen-
gia ipſum ſubducit.

SVMMARIVM.

1 *INdultus non continet niſi gratiam.*
2 *Gratia ante literarum expeditionem dicitur informis, & imperfecta.*
3 *Ante literarum expeditionem nihil dicitur perfectum.*

4 Gra.

4 *Gratia habet in ſe tacitam conditionem, ſi literæ expediantur.*
5 *Reſcriptum, vel priuilegium debet ſcribi, & ſubſcribi propria Principis manu, alias priuilegium eſſet nullum.*
6 *Caſus hic gratiæ non eſt annumeratus inter caſus per glo. recenſitos in c. 1. de cenſib. in 6.*
7 *Eo ipſo quod Rex facit gratiam ſimplici verbo ſtatim gratia ipſa perfecta eſt.*
8 *Gratia emiſſo verbo viuæ vocis ſtatim gratia perfecta eſt.*
9 *Nihil eſt quod gratiam ſuſpendat.*
10 *Priuilegia, gratiæ, indulgentiæ ſiuè verbo, ſiue ſcripto ſufficit q fiat ſub quacunq; forma, vel expreſſione verborum.*
11 *Si Rex dixerit, fiat, gratia ſtatim ē pfecta.*
12 *Indultus hic per authorem conſideratur dupliciter aut vti l. vel vti gratia.*
13 *Num de eſſentia legis ſit ſcriptura.*
14 *Diſtinguitur aut de forma ſubſtātiali, aut de forma accidētali & traditur rō n. 15.*
16 *Aequitates humanæ nō habent in ſe pōdus ſtatuti, niſi ſint roboratæ ſcriptura.*
17 *In gratia inferioris requiritur ſcriptura, ſi continet dignitatem.*
18 *Reprobatur ex mente Baldi Petri diſtin. & ſubnectitur ratio num. 19.*
20 *Gratia Principis non requirit ſcripturā de ſubſtantia.*
21 *Subiungitur ratio præmiſſæ concluſionis.*
22 *Redditur ratio rationis.*
23 *Contractus prius habet eſſe quā obliget.*
24 *Sola voluntas principis l. eſt, ſed ſcriptura requiritur ad obſeruantiam.*
25 *Scriptura requiritur in gratia ad probationem, & num. 48.*
26 *Gratia non expirat morte concedentis.*
27 *Gratia quò ad effectum eſt perfecta.*
28 *Verbum fiat intelligitur pro tunc, non in futurum.*
29 *Gratia ſi continet actum per ſe perfectū, & non faciendum eſt perfecta.*
30 *Quò ad initiū grā inſpicitur tēpus datæ.*
31 *Maximè in gratioſis.*
32 *In reſcriptis concernentibus iuriſdictionem non attenditur tempus datæ, ſed præſentationis num 33.*
34 *Delegatus accipit iuriſdictionem à die datæ, ſed exercitiū à tēpore pñtationis.*
35 *Literæ debent exire à Cancellaria pro gratiæ executione, & num. 36.*
37 *Literæ executoriales expediuntur pro executione gratiæ iam confectæ.*
38 *Faciens actum pro executione non dicitur de nouo facere.*
39 *Num gratia poſſit probari per teſtes.*
40 *Difficile eſt per teſtes ſciri omnem continentiam, & formalitatem gratiæ.*
41 *Teſtium probatio admictitur quando agitur de probanda qualitate gratiæ.*
42 *Prioritas gratiæ pōt probari per teſtes.*
43 *Teſtium probatio admictitur in gratia ſi ſumus in foro conſcientiæ.*
44 *Si agitur de probando tenore gratiæ deperditæ admictentur teſtes.*
45 *Diſtinguitur per authorem ſub breui verborum compendio.*
46 *Concluditur in hac q. ſcripturam non eſſe de eſſentia, ſed ad probationem.*
47 *Gratia Principis nemo potiri poteſt, niſi illam oſtēdat ex omni parte abſolutam.*
49 *Recenſetur opinio aliquorum qui dixerunt gratiam non valere, niſi adſit ſcriptura.*
50 *Reconciliantur per authorem opiniones recenſit adaptando ad hunc indultus caſum, & num. 54.*
51 *Aſſenſus confectus per verbum fiat num requirat ſugillationem.*
52 *Aſſenſus num poſſit probari per teſtes.*
53 *Certa ſcientia Principis num poſſit probari per teſtes.*
54 *Concluditur ſcripturam requiri in præſenti indultu pro obſeruantia.*

QVAESTIO VII.

Indultus num requirat ſcripturam.

PRæſēs quæſtio, num in Indultu exigatur ſcriptura anceps, & dubia eſt, ſed ex his quę mox dicemus facilis reddi poteſt.

Quod de ſui eſſentia requiratur ſcriptura, poterit illud

addu-

adduci, quod hic Indultus aliud in ſe
non continet, niſi quamdam gratiam.
at gratia ante expeditionem literarum
2 dicitur in formis, & imperfecta, vt vo-
luerunt Domini de Rota in deciſ. 458.
num. 5. in nouis. Oldrad. in conſil. 326.
incip. quod articuli. col. 4. Bellamera in
3 conſ. 34. col. 6. in fine. Nihilq; ante li-
terarum expeditionem dicitur perfe-
ctum, neq; conſumatum Felin. in rubr.
de conſt. num. 6. Idem in cap. veniens
num. 3. extrà. de accuſ. Adeò, vt Bellam.
4 loco præmonito aſſerat. Gratiam in ſe
habere tacitam conditionem, ſi literæ
expediantur; Ergo dicendum ſcriptu-
ram in ipſo indulta requiri, ſicut, & in
5 ipſa gratia. Poſſet adduci tex. in l. facri.
affatus C. de diuer. reſcr. vbi Bald. inquit
ꝙ reſcripta, & priuilegia Imperialia de-
bent ſcribi de Imperiali en cauſto; & in
membranis, & debet eſſe ſubſcriptio de
propria manu Principis & ſi iſte ſtilus
omictatur, reſcriptum, & priuilegium
eſt nullum.

Sed in contrarium quod imò ſcriptu
6 ra non ſit neceſſaria, id in primis afferri
poteſt, nempe quod inter caſus enume-
ratos per glo. in c. 1. de cenſ. in 6. de qua
per Doct. & præcipuè Rimin. in l. pactũ
quod bona fide. C. de pactis, per Bald.
in l. geſta. C. de re iud. & in l. ſi qua per
calumniam. C. de Epiſc. & cler. Non eſt
caſus iſte, ergo ſcriptura de ſui eſſentia
non requiritur, prædictam Glo. in c. 1.
Specul. Princ. de in rubr. 47. num. 12 re-
cenſet, vbi ſcribit de præſenti materia.

7 Secundo eo ipſo, quod Rex facit gra
tiam ſimplici verbo ſtatim gratia ipſa
perfecta eſt Bald. in d. l. ſi qua per ca-
8 lumniam. num. 5. C. de Epiſc. & cler. &
ſtatim emiſſo verbo viuæ vocis gratia
eſt perfecta ſecundum eumdem Bald. in
l. fin. num. 6. verſ. iſta quæſtio. C. ſent.
reſc. non poſſe. Nihil eſt enim quod
9 eam ſuſpendat. Idem Bald. in l. e. num.
1. C. de comm. ſeruo manum. & ſic te-
nuit in l. humanum. num. 6. C. de legib.
Io. Andr. Arch Geminianus, & alij in
proœm. 6. libri. Innoc. in cap. conſtitu-
tus. extrà. de reſcr. Feli. in rubr. de con-
ſtit. num. 5. vbi Dec. num. 15. in fine, &
Berous num. 83. Soc. Sen. in conſ. 41.
num. 3. & 4. lib. 3. Ripa in lib. 1. reſpon-
ſorum ſub rubr. de conſtit. num. 48. cum
ſeq. & in 2. libro reſp. 2. num. 1. cum ſeq.
Paris. in conſil. 77. incip. in cauſa. nu. 12.
volum. 4. & in cõſil. 5. num. 60. eod. vol. 4.
Celſus in conſ. 16. nu. 6. vbi de commu-
ni teſtatur. Decius in conſil. 75. incip. in
cauſa falſitatis colum. 7. Boſſ. in tit. de
Principe, & priuilegijs eius, nume. 292.
cum ſeq. & latè Molina in lib. 2. de pri-
mog. Hiſp. c. 7. num. 52. cum ſeq.

10 Et tertio adduci poteſt tex. in clem.
1. §. nos etenim. ibi. vniuerſa priuilegia,
gratias, indulgentias, verbo, ſeu ſcripto
ſub quacunque forma, vel expreſſione,
ſeu conceptione verborum. de ſepult.
Tex. in c. inſtitutionis 25. q. 2. ibi. ſiue
quæ ſcripto decreuimus, ſiue quæ in no-
ſtra præſentia videantur eſſe diſpoſita.
& tex. in l. ſancimus. §. exceptis. C. de
donat.

11 Ex quibus videtur concludendum, ꝙ
ex quo Rex dixit, fiat, ſtatim gratia eſt
perfecta. Felin. in c. Rodulphus. nu. 26.
de reſcr. Caſſ. in conſ. Burg. in tit. des
iuſtices droiet. rubr. 1. §. 5. nu. 180. Dec.
in conſ. 341. incip. viſo puncto col. 1. D.
de Franchis in dec. 62. num. 2. & 3. quod
in indultu non requiratur ſcriptura, ſi-
cut nec in gratia.

12 Pro huius q. reſolutione conſideran-
dum duximus ſic poſſe decerni, quod
aut loquimur de hoc indultu vti l. pro-
mulgata, aut vti continente gratiam, ſi
vti legem conſideramus ſequeretur di-
ſceptandum, num de eſſentia legis ſit
ſcriptura, & vtique ex traditis per Felin.
13 in rub. extrà. de conſt. num. 3. hanc q. ad
partes diſputantem ex communiori
Doct. omnium calculo affirmandum nõ
14 eſſe de ſubſtantia. Cum hac tamen diſt.
ex Baldo Ind. l. humanum, & Anch. in
c. nemo de reg. iur. in 6. excerpta.

Quod aut loquimur, num ſcriptura
ſit de forma ſubſtantiali l. vel ſtatuti, &
tunc dicendum quod non, per tex. in c.
1. de poſtulatione prælat.

15 Aut vero de forma accidentali. i. ad
indu-

Digitized by Google

inducendam obligationem ex l. & tunc
requiritur ſcriptura, & ratio quia ante
ſcripturam lex non ligat.
16 Hinc dixit Bald. in cap. 1. §. & quia vi-
dimus. col. 5. Qui feudum dare poſſ.
quòd æquitates humanæ non habent in
ſe pondus ſtatuti, niſi ſint roboratæ ſcri-
ptura, ſic Felin. loco præcitaro.
17 Aut vero loquimur de indultu præ-
ſenti vti gratia, Et tunc ſic conclnden-
dum. Quod aut loquimur in gratia in-
ferioris, & tunc ſi confert dignitatem,
vel maximum beneficium, ſcriptura re-
quiritur, alias ſecus ſecundum Pet. re-
citatum per Cyn. & poſt eum per Bald.
in d. l. ſi qua per calumniam nu. 5.
18 Reprobatur tamen hęc Petri diſt. per
Bald. loco antedicto, dicens quod gra-
19 tia facta ab inferiori ſemper poteſt pro
bari per teſtes, quia talis gratia non eſt
propriè donatio, ſed eſt debiti officij
executio, ideò leges per Petrum alle-
gatę non faciunt ad propoſitum tanquã
de donatione loquentes.
20 Aut in gratia facta à Principe, & tunc
ſcriptura non eſt de ſubſtantia, quia eo
21 ipſo, quod fuit facta per Principem gra-
tia ſimplici verbo ſtatim eſt facta colla-
tio, etiam antequam fiant literæ. Bald. in
22 l. ſi qua per calumniam, quia non requi-
ritur ratione formæ, ſed ratione obſer-
23 uantiæ, vt lex liget, nam ſicuti cõtractus
prius habet eſſe, quam obliget, ita in
legibus ſola voluntas Principis, vel ſta-
25 tuentis verbis expreſſe l. eſt, & ſcriptu-
ra requiritur ad obſeruantiam. l. 1. verſ.
placet. ff. de conſt. princ. Bald. in d. l. hu-
manum, num. 6. C. de leg.
25 Ex his ergo colligatur, quod ſcriptu-
ra tunc non requiritur ad eſſentiam, &
effectum gratiæ, ſed ad probationem d.
c. inſtitutionis. 25. q. 2. ſic Bald. in d. l. hu-
manum, & in præcitatis locis.
26 Inde infert primo, quod cum ſcriptu-
ra non requiratur ad effectum gratiæ,
ſed ad probationem gratia conceſſa nõ
expirat morte concedentis antequam
literæ fierent, ſed eius ſucceſſor tene-
tur eas expediri facere mentione tamẽ
in literis facta de prędeceſſore, ſic Bald.
in d. l. humanum. num. 6. & Doct. in d.
rubr. de conſt. Mol. de primog. Hiſp. c.
27 7. num. 64. lib. 2. Boſſ. in tit. de Principe.
num. 293. & ratio, quia gratia quò ad ef-
28 fectum eſt perfecta, Illud enim verbum
fiat intelligitur pro tunc, non in futurũ
Card. in c. qniſquis de elect. relata per
29 Felin. in d. rubr. de conſt. num. 6. Affl. in
dec. 253. num. 6.
Inde ſi gratia contineret actum per
ſe perfectum ſtatim ſignata ſuplicatio-
ne gratia eſſet perfecta, & plenum ius
30 eſt 3. quæſitum, ſecus vero ſi contineret
actum faciendum, nam tunc quamuis
quò ad initinm gratiæ inſpiciatur tem-
pus datæ c. capitulum S. Crucis. de Re-
ſcr. c. eum, cui. de præb. in 6. Lucas de
Penna in l. 1. C. de of. præt. Siue vrb.
mag. mil. lib. 10. Rom. in conſ. 298. in-
31 cip. circa. num. 2. Francus in dec. præci-
tata 62. num. 1. Maximè in gratioſis. c.
ſi eo tempore. de reſcript. in 6. edocuit
præceteris D. Anna filius in conſ. 44. nu.
32 10. ſecus vero in reſcriptis concernen-
tibus iuriſdictionem. Bald. vbi Fulg. in
33 l. 1. C. vt lite pend. quia attenditur tem-
pus prǽſentationis. Caſtr. in l. 1. C. eodẽ
tit. Felin. in cap. cæterum col. 11. verſic.
vt dicta reg. de reſcr. vbi Dec. nnme. 4.
cum alijs recẽſitis per Francum in dec.
326. num. 1. cum ſequ. & ponderauit in
dec. 509. num. 1.
34 Hinc Io. And. in cap. eam te. de off.
deleg. dixit delegatum accipere iuriſ-
dictionem à die datæ, ſed exercitium
à tempore præſentationis. Molina in
lib 2. de Primog. Hiſp. c. 7. num. 58.
35 Tamen quò ad eius executionem re-
quiritur, quod literæ exiuerint de Can-
cellaria Bald. in l. falſus. nnm. 21. C. de
falſ. & in l. fin. col. 2. ff. de cõnſt. princ.
quæ debent intelligi in gratia continẽ-
36 te quid perfectum, ſecus ſi quid facien-
dum, Mol. loco præcitaro. num. 65. l. be-
nè à Zenone vbi Bald. in 2. lect. C. de
quadrien. præſcript. Card. in proœm.
Clem. §. nec ſanè. & in Clem. 1. §. 1. verſ.
2. quæro. de priuil. Affl. in dec. 253. nu-
mero. 2. verſ. 2.
Sed non propterea gratia non eſt

perfecta, cum hæ literæ executoriales
37 expediantur pro executione gratię iam
confectæ. arg. tex. in l. ſi donare. §. ſi
ſponſus. ff. de donar. inter vir. & vxor.
38 Inde deſcendit, quod facit actum pro
executione non dicitur de nouo face-
re. l. magis puto. §. ſi pupillus. & l. 2. &
ſeq. ff. de rebus eorum. Ponderat hæc
Francus in d. dec. 62. num. 12. cum ſeq.
in materia aſſenſus.
Ex ſupracitata concluſione infert
39 Bald. in d. l. ſi qua per calumniam, quod
talis gratia non poteſt probari per te-
ſtes Felin. in præcitata rubr. voluit Iaſ.
in l. ex hoc iure. num. 56. verſ. quartus
effectus. ff. de iuſt. & iure. & dilucidius
40 in l. ſi non fortè. §. libertus. num. 8. verſ.
tertius effectus. ff. de cond. indeb. & ra-
tio, quia eſſet difficillimum, & impoſſi-
bile ſciri à teſtibus omnem continentiã
gratiæ, & omnem formalitatem ſecun-
dum Card. in proœm. Clem. in § Sanè. in
5. q. Quod non firmat Felin. in d. rubr.
num. 6. inquiens non eſſe omnino im-
poſſibile, nam alias in nullo priuilegio
admicteretur probatio tenoris per te-
ſtes, quòd tamen permictitur. cap. cum
olim el 2. vbi Innoc extrà. de priuil.
Hæc autem nuper dicta interpreta-
tionem recipiunt tribus modis.
41 Et primo admictitur in hac materia
probatio per teſtes, quando agitur de
probanda aliqua qualitate ipſius gratię
tex. eſt in c. auditis. extrà. de reſtitutio-
ne in integr. vbi Butr. & Abb Hinc prio-
42 ritas gratiæ poteſt probari per teſtes.
ſecundum Glo. in c. duobus. in verſiculo
appareat. de reſcr. in 6. & in c. ſi à ſede
de præb. in 6.
Secundò permictitur probatio per
43 teſtes, quando ſumus in foro conſcien-
tiæ, quia poteſt quis vti gratia conceſſa
per Papam, licet non habeat literas.
44 clem. dudum. § nos etenim. de ſepult.
Tertius eſt caſus, quando agitur de
probando tenore ipſius gratiæ, cuius li-
teræ ſunt deperditæ, quia probata amiſ-
ſione probatur tenor per teſtes. c. cum
olim. de priuil. Bart. in l. ſicut iniquum.
C. de fide inſtr. & l. 1. C. eod. tit. cum ſim.

Ex quibus poſſet ſic concludi, quod
45 aut conſideremus perfectionem eſſen-
tiæ, atque ſubſtantiæ gratia ex ſolo ver-
bo, fiat, perfecta eſt, ſi vero conſidere-
mus perfectionem formæ, atque proba-
tionis ante literarum expeditionem, im
perfecta conſideranda erit, verum ſi
poſtea literæ expediantur à principio,
gratia ipſa perfecta, atque abſoluta fuiſ-
ſe iudicabitur. optimè Socc. Sen. in d.
conſ. 41. num. 3. & 4. Mol. in præcitato
tit. & c. num. 56.
Ex his conſequitur, quod ſcriptura
46 non requiritur de eſſentia, ſed ad pro-
bationem, & ſic voluit Decianus in tit.
Abolitio quando imped. accuſ. num. 97.
libro 3.
Sed nos aduertamus quod quamuis
hæc ſuperius adducta communi Doct.
calculo recepta ſint, Attamen contro-
uertitur, quod minime procedunt in
præſenti indultus materia, quiquidem
vt paulò antè in principio recenſuimus,
eſt gratia, At verum, quod gratia Prin-
47 cipis, cum ea nemo potiri poſſit, niſi il-
lam oſtendat ſcriptam, & ex omni parte
abſolutam, videtur enim fieri illo acto,
vt inde conficiatur ſcriptura, ſecundum
Bald. in c. 1. col. 2. per quos fiat inueſt.
Gem. in proœm. 6. num. 5. in verbo. vni-
uerſitati. Affl. in dec. 243. num. 4 Boſſ.
in tit. de remed. ex ſola clem. princ. nu.
55. Videtur inde requirere ſcripturam.
Actamen cum veridicam ſupra con-
ſtituerimus opinionem, quod non re-
48 quiratur ſcriptura, niſi ad probationem
per tex. in l. contrahitur. ff. de pignor.
voluit Caſt. in priuilegio Principis. in l.
1. C. vt lite pend. & Ang. in l. 1. C. de
ſent. paſſ. in fine recenſitus in d. dec. 253.
49 nume. 5. verſ. in contrarium, quamuis
alij dixerint, quod non valeat gratia, ni-
ſi adſit ſcriptura Alex. in d. l. contrahi-
tur. Gloſa in conſt. Regni incip. ſi du-
bitatio, & alij quos affert idem Afflic. in
præcitata deciſ. num. 3. in fine. Nihilò-
minus ſic poſſumus eam conciliando
decernere.
Quod aut loquimur quò ad effectum
50 gratiæ, & indultus tam reſpectu Regis
con-

Digitized by Google

concedentis, quam reſpectu compræhenſorum in indultu, & abſque dubio ſcriptura non requiritur, ex quo ſtatim, & eò ipſo quod Rex dixit, Indulgentiã
51 concedimus, gratia perfecta eſt, hinc aſſenſus conceſſus per verbum fiat non requiritur ſugillationem prout deciſum in S.C. dixit Afflict. in deciſ. præmonita 253. Quo in loco ſub num. 8. tradidit
52 notatu quidem dignum, quod ſicut aſſenſus poteſt probari per teſtes per ea quæ tradidit And. in cap. 1. de prohib. feudi alienatione per Loth. & Lucas de Penna in l. ſi quos. in verbo conſenſum.
53 C. de decur. lib. 10. Pari modo, & certa Principis ſcientia etiam per teſtes probari poteſt, ſecundum Bald. in cap. 1. in princ. per quos fiat inueſt. And. in conſtitutione Regni. dignum.
54 Aut verò quò ad obſeruantiã, & quod indultu valeant comprehenſi gaudere, vtique ſcriptura requiritur ad eius probationem, at quia eius effectu nemo potiri poſſet; niſi illum oſtenderet, proin-
55 de dicendum ſcripturam in hoc indultu fuiſſe neceſſariam non pro forma ſubſtantiali, ſed bene accidentali, Cui ſubeſt probatio facilior, & hoc pacto reſoluta remaneat hæc præſens quæſtio.

SVMMARIVM.

1 *Num petens gaudere præſenti Principis indultu cenſeatur fateri delictum.*
2 *Bipartita recenſetur opinio.*
3 *Priuatio præſupponit habitum.*
4 *Non entium nullæ ſunt partes.*
5 *Indulgentia præſupponit delictum.*
6 *Vbi nulla culpa ibi nulla pœna.*
7 *Venia præſupponit culpam.*
8 *Reus in indutio videtur quaſi cõtrahere.*
9 *Negatiua opinio vti veridior fundatur.*
10 *Gloſæ authoritas in c. exhibita, extrà. de homic. comprobatur.*
11 *Recenſetur Couarruuias intellectus ad dictam gloſam.*
12 *Defenditur glo. præcitata per authorem à Couarr. conſideratione.*
13 *Traditur diſtinctio pro quæſtionis reſolutione in caſu nempe tranſigibili, vel non tranſigibili, & num. 36.*
14 *Compoſitio nullam inducit criminis confeſſionem.*
15 *In petitione iudiciali num fiſcus cenſeatur fateri delictum.*
16 *In extraiudiciali petitione num cenſeatur quis fateri delictum num. 36.*
17 *Venia quando petitur ad cautelam licet in iudicio petita ſit nullam inducit delicti confeſſionem.*
18 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*
19 *Actus agentium non debent operari cõtra intentionem.*
20 *Veniam petens ad cautelam non confitetur quicquam de intentione aduerſarij.*
21 *Hanc cautelam in praxi adhuc conſuluit author.*
22 *Iudex non poterit dicere reo veniam petenti fatearis prius delictum, & poſt modum gaudeas indultu, quod ampliatur etiam ſi commiuetur num. 23.*
24 *Nulla cadit criminis confeſſio ſi venia miſericorditer petatur.*
25 *Idem ſi ob vitandam vexationem.*
26 *Confeſſio ſub ſpe veniæ extorta nulla eſt.*
27 *Cuilibet licitum eſt ſanguinem redimere ſuum.*
28 *Abſolutio non probat quem excommunicatum.*
29 *Limitatur in his quæ ſunt parui præiudicij.*
30 *Præſumptiua probatio ſufficit in his quæ ſunt parui præiudicij.*
31 *Petens abſolutionem ab excommunicatione non fatetur ſe excommunicatum.*
32 *Poterit tamen ad cautelã abſolutio peti.*
33 *Excommunicatio deleri debet in eo loco in quo de ea apparet.*
34 *Clauſula ad cautelam non venit de natura abſolutionis.*
35 *Allegatio cauſæ excommunicationis nõ exigitur.*
36 *Abſolutio ad cautelam multò magis requiritur ſi de nullitate excommunicationis dubitetur.*
38 *Bonorum mentium eſt ibi culpas ſuas agnoſcere, vbi culpa non eſt.*
39 *Sæpe ſine culpa agitur, quod venit ex culpa.*

40 *Et quod malum eſt, & quod ſpeciem mali habet à viris perfectis eſt euitandum.*
41 *Deciani doctr. recenſetur conſulentis reum petentem veniam à Principe debere fateri delictum.*
42 *Deciani documentum deſuper traditum huic indultus caſui adaptari non poſſe demonſtrat author.*

QVAESTIO VIII.

Num petens indultum confiteatur delictum.

1 SVbiungitur quæſtio nõ ſutilis, num petens gaudere pſenti Principis indulgẽtia, ac beneficio videatur cõfiteri delictum. Pro cuius quidem reſolutione conſtituamus in ea bipartitam fuiſſe opinionem.
2 Quidam enim dixerunt ex indulgentia Principis petita induci confeſſionẽ delicti, fundantes ſe in primis in regu-
3 la, quod priuatio præſupponit habitũ. l. decem. ff. de verb. oblig. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cert. per. cap. ad diſſoluendum. de deſponſ. impub. D. Anna filius in conſi. 53. nu. 29. aliàs ſequeretur,
4 quod non adeſſet eſſe, inde non entium nullæ partes forent ſecundum philoſophum, & probatur in l. manumiſſiones.
5 ff. de iuſtitia, & iure, ſed ſic eſt, quod petens indulgentiam pręſupponit delictũ non eſſet pęna, Nam vbi nulla culpa ibi
6 nulla pęna l. cum ratio. ff. de bon. damn. l. maximum vitium. C. de lib. præt. deciſio Peruſ. 80. num. 7. & ex conſequenti non opus foret Principis petere indulgẽtiam; ergò cum petit ſequitur, quod videatur fateri delictum, cũ venia præ-
7 ſupponat culpã. l. ſi ideò. C. de his quib. vt indig. c. verum. 8. diſt. cap. nerui 13. diſtinctione.

Quam quidem concluſionem multò magis aſſeuerant præfati procedere ſi
8 contra reum petentem indulgentiam fuerit formata inquiſitio, ac proceſſus cum eo compilatus, nam tunc quia in iuditio videtur quaſi contrahere. l. 3. §. idem ſcribit. ff. de pecul. multò magis videtur dicendum, quod is fateatur delictum.

Qua ratione motus Paris de Puteo huic ſe ſubſcripſit opinioni in tract. de ſindic. in verſiculo pone, quod aliquis.
9 Verumtamen non defuere, qui negatiuam amplexi ſunt opinionẽ, quod immò petens indulgentiam non videatur fateri delictum ducti autoritate glo: ſingularis in verſ. poſtulaſti tex. in cap.
10 exhibita. extrà. de homic. eamq; vti anteſignanã ſecuti ſunt in Primis Rom. & Alex. in l. 1. §. nunciatio ille ſub num. 3. verſic. circa primum hic ſub numer. 7. verſiculo & qui petit veniam. ff. de noui oper. nunc. Idem Alex. in l. decem, nu. 33. & ibi Iaſ. ſub num. 50. ff. de verbor. oblig. Felin. in cap. literis. num. 19. verſ. adde tamen; quod petens veniam. extrà. de præſumpt. Io. Mon. & ibi Probus in cap. peccati venia. de reg. iur. in 6. Hypp. in pract. crim. in §. diligenter. num. 186. Carr. in §. circa. num. 383. folio 138. in fine, & in tit. de indicijs, & tort. verſ. trigeſimum primum iudicium. nu. 3. in fine. Guido Papa in deciſ. 495. incip. ille, qui ſe. Alex. in conſ. 70. nu. 10. verſ. nec etiã obſtat vol. 1. Pariſ. in conſ. 1. num. 87. cum ſeq. vol. 4. cum alijs recenſitis per Boſſ. in tit. de Remedijs ex ſola clem. Principis, num. 29. verſ. & an qui petit veniam. per Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 1. q. 8. numer. 37. per Blancum in tract. de indicijs. num. 308. Gigans. de crim. læſæ Maieſt. libr. 2. tit. quomodo & per quos crimen læſæ Maieſtatis probetur. q. 23. num. 4. & 5. per Maſcard. in tract. de probat. lib. 1. concluſione 502. num. 1. & alij ferè innumeri quos adducit nouiſſimè ordinatiſſi-

mus. Farinac. in tit. de inquiſitione. q.
5. vol. 1. num. 25.

Ex quorum dictis negari haud qua-
quam poteſt, quin ea communis ſit opi-
nio, eamque vti veriſſimam admictendã
nobis neceſſarium arbitramur.

Sed aduertendum eſt, quod talis cõ-
cluſio non videtur fundari poſſe in præ-
citata gloſæ authoritate in d. verſ. po-
ſtulaſti. tex. in cap. exhibita. de homicid.
11 ex quo gloſa loquitur in petẽte veniam
ad cautelam ſecundũ Couarr. in conſt.
alma mater. parte 1. §. 12. num. 1. verſic.
quidquid autem ſit in hac controuerſia,
quo quidẽ caſu nulla põt cadere diſpu-
12 tatio, quod petens non fateatur deli-
ctũ, vt ex ſeq. apparebit, quod ſalua pa-
ce tanti Doct. falſum redditur ex lectu-
ra eiuſd. gloſæ, ex qua apertè colligitur
non loqui de petente veniam ad caute-
lam, pro cuius elucidatione formalia
verba eiuſdem gloſæ hoc in loco tran-
ſcribere non piguit.

Inquit enim glo. in d. verſic. poſtula-
ſti; Pro hoc videbatur culpabilis, ſed nõ
eſt verum, quia hoc fecit ex benignita-
te, & humilitate. Hæc gloſa, ſi eius ver-
ba trahunt ſecum veniæ petitionem ad
cautelam, Nec verbum vnquam, quod
hanc conſequentiam admictat perpen-
di nequaquam poſſe, non videmus, pro
inde vera ſit huius gloſæ authoritas in-
quam omnes rectè conuenerunt, vt ſu-
perius demonſtrauimus, vnde ſi qui re-
periantur, qui gloſæ ſententiæ aſſentiri
nolunt, vel difficiliter, infraſcriptam Fa-
rinacij diſtinctionem in parte, & parti-
bus ipſius per nos roboratam inſerere
decreuimus pro q. noſtræ reſolutione.
13 Quod, aut quis ſupplicat in caſu de iure
tranſigibili, aut in caſu non tranſigibi-
li, Primo caſu hæc ſtatuatur concluſio,
quod nemo ſit, qui anceps reddatur in
concludendo, quod per talem ſuppli-
cationem nulla penitus ſubſequatur de
licti confeſſio, vti in tranſactione crimi-
num communis eſt opinio in l. tranſi-
gere. C. de tranſ. de cuius maximæ de-
claratione latè per Farin. in d. q. 25. &
per Blancum in d. tract. de indic. & tort.
num. 308. in fine. verſ. in hoc caſu con-
cluderem.

Hæc prima diſtinctionis pars poteſt
meo quidem iudicio roborari non inu-
14 tiliter ex eo, quod dicimus de compo-
ſitione, quæ à criminoſo obrempta nul-
lam inducit criminis confeſſionem, ex
quo videtur ſe compoſuiſſe ad euitan-
dam vexationem tex. eſt in l. fin. ff. de
præuaric. l. eius qui delatorem. ff. de iu-
re fiſci cum alijs ſimilibus per Farin. re-
portatis in lib. 1. ſub tit. de inquiſitione.
q. 5. num. 18. fol. mihi. 25.
15 Si vero quis ſuplicat in caſu non tran-
ſigibili, tunc iterum ſubdiſtinguendum
erit, quod aut talis veniæ petitio eſt iu-
dicialis, & ſollemnis, aut verò eſt ex-
traiudicialis, & non ſollemnis. Primo
16 caſu plene infertur criminis probatio,
eiuſdemq; cõfeſſio, ſic Blanc. Car. Maſc.
Gig. nume. 36. Petrus à Bonacoſſa in
communi opin. verſic. veniam petens
parte 1. in locis præcitatis, qui ſic à Io.
And. Hoſt. Burrio. Card. Abb. Ioanne
de Anania, & Anch. num. 5. edoceri aſ-
ſeuerarunt, & voluit Decianus in lib. 3.
ſub tit. abolitio, quando impediat ac-
cuſ. num. 82. verſ. meminiſſe etiam.

Verum ijdem hanc limitarunt con-
17 cluſionem, non eſſe veram, ſi venia ad
cautelam petatur, vel ex benignitate,
vel ad ſe eximendum à moleſtijs, vexa-
tionibusque, & ex his ſimilibus. Hoc. n.
in caſu quamuis venia in iudicio peti-
ta ſit, tamen non per hoc inducitur
criminis confeſſio, idque concluden-
dum ex abſurditatis ratione euitanda,
nam ſi reſultaret criminis confeſſio ſe-
queretur operario, eiuſque oppoſitum
contrarium, quod reus intendit facere,
vice enim liberationis conſequendæ
ſub oriretur criminis confeſſio, ꝙ qdẽ
nõ admictit regula, quod nemo eſt dñs
membrorum ſuorum. l liber homo. ff. ad
18 l. Aquil. & induceretur operatio effe-
ctus contraria agentis intentioni. cõtra
19 tex. in l. non omnis. ff. ſi cert. pet. quod
maxime in criminalibus abnegandum
penitus eſt, ex præcitata regula.
20 Quin immò vtens prædicta cautela
non

non exiſtimabitur confiteri, quicquam
de intentione aduerſarij cum quo agi-
tur, iuxtà iureconſulti reſponſum in l.
non vtique. ff. de excep. per Ciuiliſtas,
& Canoniſtas in hac materia expen-
ſum; hi in c. venerabilem. extrà. de ex-
cept. ij in l. decem, vbi Bart. cæterique
ſcribentes. & in ſpecie Alex. col. pen. &
fi.n. ff. de verb. oblig. Poterit ergò reus
petere criminis veniam, eiuſq; indulgē-
tiam inſtans vti innocentiſſimus velle
gaudere huius indultus beneficio ad
euitandam carceris vexationem, & alia
quæ per ſolertem Aduocatum in com-
paritione apponi poſſunt, nam nulla ex
tali comparitione, & inſtantia infertur
criminis confeſſio, vt paſſim inquam
pluribus indultus huius caſibus nos cō-
21 ſuluimus, praxim hanc deſumentes ne
dum ex ſupra adductis, verum quoque
ex gloſæ doctr. & poſt eam annotarunt
ſcribentes in l. ſi quidem. C. de except.
& in d. l. non vtique. ff. eod. ex eadem
gloſa. in l. Iulianus. vbi Bart. col 6. cæte-
riq; Doct. ff de cond. indeb. & ante eum
dixerunt Specul. & Io. And. in tit. de ex-
cept. §. viſo. Idem Bart. in l. fin. §. idem
quæſiit. ff. de cond. ind. Alex. in l. prima.
in princ. col. 2. ff. ne quis eum, qui iniuſ.
voc. & in cōſ. 141. incip. viſo teſtamēto.
col. 4. vol. 2. cum alijs per Dec. recolle-
ctis in l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur. &
admonuit Paris. (ne tacito authore per
tranſeamus) in d. conſ. 1. num. 70. vol. 4.
per tex. in c. inter dilectos. §. cæterum.
extrà. de fide inſtr.

22 Iſthæc autem adeò veritate nituntur,
vt adhuc certi iuris ſit, quod Iudex nul-
lam habeat in ſe poteſtatem dicendi cri
minoſo veniam petenti, fatearis primo
delictum, & poſtmodum gaudeas indul-
23 gentia, immò, etſi comminetur, & dicat
nolo, quod indultu gaudeas, niſi prius
confitearis delictum, certè non cogitur
fateri delictum. ſic edocuit. Affl. in c. 1.
verſic. & bona commictentium crimen
læſæ Maieſt. verſ. an autem delinquens.
num. 146. quæ ſint reg. & in c. 1. §. natu-
rales. not. 4. ſi de feudo fuer. contr. de
quo meminit Boſſ. in præcitato tit. de
remedijs ex ſola clem. princ. num. 29.

24 Idem tamen erit in caſu veniæ miſe-
ricorditer petitæ. d. c. exhibita. vel ad
25 vitandam vexationem. d. l. tranſigere,
ſicut confeſſio ſub ſpe veniæ facta nulla
eſt. prout edocuit Gomeſ. in lib. 3. var.
reſolut. c. 12. num 6. & in l. 2. Tauri. num.
26 4. Nam in his nulla cadit criminis con-
feſſio, ex quo illa reſultat ratio, Id pro-
27 pterea verum, quia cuilibet licitum eſt
ſanguinem ſuum redimere. d. l. tranſi-
gare, & l. 1. ff. de bon. eorum qui ante
ſent. mor. ſibi conſcin.

Hiſce pro eorum cōprobatione ſub-
necti poteſt, quod de abſolutione ab
excommunicatione tradidit Alex. in d.
l. 1. nu. 6. ff. de noui oper. nunc. ex cuius
doctr. deducitur, quòd quamuis per
abſolutionem nullatenus probetur quiſ
piam excommunicatus. Card. in c. per-
28 pendimus. col. fin extrà. de ſentent. ex-
comm. latè Dec. in c. in præſentia. nu.
63. extrà. de prob. & in conſ. 321. incip.
29 in cauſa, quæ Alexandriæ agitatur.
num. 10. in his tamen in quibus agitur
30 de paruo præiudicio, nam probata di-
citur excommunicatio ſaltim præſum-
ptiuè, quæ præſumptiua probatio ſuffi-
cit in his quæ ſunt parui præiudicij. c. li-
cet. de ſentent. excomm. in 6. Dec. poſt
Abb. in c. prudentiam. §. ſexto. num. 36.
cum ſeq. de offic. deleg. Rom. in conſil.
349. incip. dum quæritur cum alijs per
Maſcardum adductis, & per Farin. d. q.
5. num. 26. vbi ſic diſtinguit pro contra-
riarum opin. reconciliatione.

31 Et huius concluſionis ratio illa erit,
quia abſolutionem petens ab excom-
municatione non fatetur ſe excommu-
nicatum. ſecundum Innoc. Collectaneū
Abb. & alios in c. venerabilem. extrà. de
elect. Bertaz. in conſ. 77. incip. viſo pro-
ceſſu cauſæ. nume. 30. vol. 1. vbi plures
cumulat, & Crau. in conſ. 896. incip. in
dubijs. nu. 30. vol. 5. Verum non ſequi-
tur propterea non poterit peti abſolu-
tio ad cautelam, vt ex ſupra citatis de-
32 ciditur, maximè quando excommuni-
catio eſt nulla, Steph. à Coſta in repet.
c. ſolet. nu. 1. de ſentent. excom. in 6.

Quæ

Quæ quando conceditur excommu-
33 nicatio, debet deleri in eo loco, in quo
de ea apparet. voluit Crau. in conſ. 613.
incip. de anno. nu. 7. vol. 4. Bell. in conſ.
55. num. 31. vol. 1.

34 Vnum tamen, quod ſingulare nobis
viſum fuit, vt hic addamus, neceſſe eſt,
quod talis clauſula ob cautelam non ve-
nit ex natura abſolutionis, inde eam, ad
cautelam obtemptam fore ſpecificè in
abſolutione deduci, & ex primi requiri-
tur. tex. eſt vbi glo. in c. ad præſentiam.
de app. in c. capitulum S. Crucis. extrà.
de reſcr. Dec. in cap. præterea. num. 23.
de offic. deleg.

35 Et ſi tamen verum ſit quod ſicut clau-
ſula ob cautelam neceſſaria eſt in abſo-
lutionis impetratione, ita, & allegatio
cauſæ excommunicationis ſuperuaca-
nea cenſebitur ſecũdum Rotam in an-
tiquis 60. incip. nota quod vbi pars. ſe-
quitur etiam Paris. in conſ. 28. incip. ad
reſolutionem. num. 47. vol. 4.

De cuius excommunicationis nulli-
36 tate ſi dubitetur maior caſus eſt abſolu-
tionis ad cautelam. ſic Puteus in deciſ.
98. vol. 2. & Criſcentius in deciſ. 56. in
deciſionibus Rotæ.

Reliquum eſt, vt vltimã diſtinctionis
37 partem expleamus, & ſic quãdo ſumus
in caſu non tranſigibili, & quando peti-
ta eſt venia extraiudicialiter, & proſe-
quendo dicamus, quod nulla reſultat
delicti confeſſio, ac inde nullum indi-
cium, & ratio quia potius ad cautelam
cenſetur quis petiiſſe indulgentiam,
quam ad confitẽdum delictum, ſic col-
ligitur ex Romano in d. l. 1. in ptinc. 2.
not. & ex Alexan. ſub col. 3. & poſt eum
Iaſ. ſub num. 50. in d. l. decem. ff. de ver.
oblig. & alij per nos ſuperius allegati,
quibus nunc ſuper addimus. Cæpollam
in conſ. crim. 21. numer. 11. Oſalcum in
deciſ. Pedem. 133. numer. 16. Alciat. in
conſ. 108. num. 10. cum ſeq. vol. 5. & cõ-
munem etiam eſſe ex Suarez, Bonacoſ-
ſæ, & Maſcardi relatis recitat Farin. in
loco, & num. ſæpè citatis.

Ex quorum authoritate decerptum
ſit, iſthæc omnia optimo iure firmari,
quippe bonarum mentium eſt ibi etiam
38 culpas ſuas agnoſcere vbi culpa nõ eſt,
quia ſæpè ſine culpa agitur, quod venit
39 ex culpa. c. ad eius. 5. diſtin. & bonarum
mentium eſt ibi timere culpam, vbi cul-
pa minime timetur. c. conſilium. §. cum
autem. de obſeruatione ieiun. & non ſo-
lum, quod malum eſſe dignoſcitur, ſed,
40 & omne, quod ſpeciem habet mali ſit à
viris perfectis ſpecialiter euitandum.
clem. exiui. §. verum quia. de verb. ſignif.

Propterea rationabiliter concluſum
eſt petentem veniam, & hoc indultus
beneficium non fateri delictum, licet
Decianus loco, & num. antedictis con-
ſuluerit, quempiam reum petentem ve-
41 niam à Principe debere fateri delictũ,
vt facilius à Principe gratia obtineatur,
nam ſi pertinaciter negaret magis in-
flammeretur animus Principis qui con-
ceperat crimen ab eo fuiſſe cõmiſſum,
42 quod in hac indultus materia non eſſe
admittendum putamus, cum ratio De-
ciani paulo ante mentionata nullo pa-
cto conſiderari poſſit in tãto Principe.

SVMMARIVM.

1 *PRæſens quæſtio in duobus conſiſtit, conſiderat author num requiratur ſcientia an ſufficiat ſimplex notitia, & 2. num attendatur dies datæ, vel promulgationis.*

2 *Quando priuilegium redundat incommodum priuilegiati ſufficit ſimplex notitia.*

3 *Capiens bannitum ignorans ſtatuti diſpoſitionem num habeat præmium à ſtatuto promiſſum.*

4 *Certus certificari non debet.*

5 *Denunciatio quando non eſt de ſubſtantia citatio non requiritur.*

6 *Notitia poteſt haberi etiam per actum nullum.*

7 *Citatio quando fit ad effectum inducendi ſcientiam, quamuis nulla ſit non per hoc comparitio eſt nulla.*

8 *Citatio quando requiritur ad ſimplicem ſcientiã, ſi omittatur actus nõ eſt nullus.*

9 *Citatio vitioſa in actu non neceſſaria non*

reddit

reddit actum nullum, & vitioſum.

10 *Actus non inualidatur per ſtipulationē minus ſollemnem ſi non erat neceſſaria.*

11 *Teſtium adhibitio in actu ſuperfluè obſeruata non reddit actum nullum.*

12 *Tempus datæ attendi debet.*

13 *Promulgationis dies, quòd ſit attendenda pluribus comprobatur medijs.*

14 *Leges tunc valent cum ſunt inſtituta, & firmatæ.*

15 *Leges eſſe inſtitutas, & firmatas quando dicatur.*

16 *Homines non debent præuaricari leges ipſarum ignorantia.*

17 *Leges ſacratiſſimæ ab omnibus debent intelligi.*

18 *Principum conſtitutiones nec ignorare, nec diſſimulare permictendum.*

19 *Nulli licet ignorare, quæ publicè facta ſunt.*

20 *Publicè poſitum non licet ignorare.*

21 *Quæ nam ſit publica l. manifeſtatio.*

22 *Pœnæ contra legum ignorantes indicta recenſentur.*

23 *Publicatio attēditur, & requiritur ſcientia, nec ſufficit ſimplex notitia.*

24 *Priuilegium quando redundat in priuilegiati beneficium, quod ſufficiat ſimplex notitia duobus declaratur modis per authorem. num. 25. & 26.*

27 *Regula certus certificari non debet declaratur per plures caſus.*

28 *Denunciatio requiritur quando eſt de ſubſtantia actus.*

29 *Scientia ſufficit ſi ea eſt de ſubſtantia actus.*

30 *Denunciatio non requiritur, quando ſit ad aliquem certificandum dumtaxat.*

31 *Denunciatio quando ſit non ſolum ad certificandum aliquem, ſed ad alium finem requiritur de neceſſitate.*

32 *Denunciatio eſt neceſſaria, quando tendit ad commodum denunciantis.*

33 *Denunciatio non eſt neceſſaria, quando tendit ad commodum aduerſarij.*

34 *Scientiæ effectus, quando eſt in conſideratione non curatur de modo.*

35 *Caſus dubius exigit ſcientiam tantum.*

36 *Subiungitur Bart. doctr. in l. denunciaſſe §. quod ergò nu. 2. ff. de adult.*

37 *Hic indultus quo ad Regem ſuum porrigit effectum ſiuè ſit generelis ſiue particularis.*

38 *Quod iuris eſt de toto quò ad totum idem erit de parte quò ad partem.*

39 *Concluſio ſuperius firmata comprobatur ex authoris conſideratione in dolo fundata.*

40 *Sciens pragmaticam ſanctionem promulgandam, quod triticum viliori precio vendatur ſi vendat cariori precio num teneatur ad intereſſe.*

41 *Is num tutus ſit in conſcientia.*

42 *Menochij deciſ. per authorem recenſita etiam in ſtricti iuris contractibus procedere arbitratur author.*

QVAESTIO IX.

A quo die indultus huiuſmodi delinquentibus proficiat num à die datæ, vel à die publicationis.

QVæſtio hæc, Nū indultus criminoſis proſit à die datæ, vel à die promulgationis ex eius vtilitate maximi momēti eſſe ex infraſcriptis facilè cognoſci poterit. itaque eam conabimur enodare diligentiſſime prout eadem met cauſa expoſcit. ad tex. in l. legaui. ff. de liberatione leg.

Propterea pro eius reſolutione di-
1 cēt, quòd hæc quæſtio, vt iuridicam habeat reſolutionem neceſſe erit diſſerere, primo num ſufficiat ſimplex notitia, vel ſcientia; à quo 2. reſultabit deciſio, num à die datæ vel à die promulgationis.

Quo

1 Quo ad primum videtur dicendum,
quod ſufficiat ſimplex huius indultus no-
titia; nec requiratur eius publicatio in
hoc Regno, à qua haberetur ſcientia, Id-
que ex eo, nam quando priuilegium re-
dundat in priuilegiati commodum tunc
2 ſufficit ſimplex eiuſdem notitia, vt ex
doctr. Bart. in l. omnes populi. numer. 37.
vbi cæteri ſcribentes ff. de iuſtitia, & iure
colligitur.

3 Immò eo loci tradiderunt, quod qui
bannitum capit debet habere præmium
à ſtatuto promiſſum quamuis ſtatuti diſ-
poſitionem ignorauerit, vt per Crotum
in d. l. omnes populi. numero 127. etſi ca-
noniſtæ in cap. cognoſcentes. extrà. de
conſt. varia dixerint, de quo per Erudi-
tiſſimum Menoch. in lib. 2. de arbitr. iud.
cent. 2. q. 185. per totum, & talis conclu-
ſio fundata iacet ſub præcitata ratione,
ergò multò magis, quando quis habet
notitiam priuilegij dicendum eſt, quòd
priuilegium in priuilegiati beneficium
vires capit à die datæ non autem à die
promulgationis.

4 Subdamus quod ſi quis huius indultus
beneficio certus eſt ad quid requiritur
publicatio, cum certus certificandus ne-
quaquam ſit. cap. eum qui certus. de reg.
iur. in 6. l. 1. §. fin. ff. de act. empti. cum alijs
5 coaceruatis per Menoch. loco, & caſu
præcitatis. num. 16.

Pro cuius fundamento poſſumus vlte-
rius adducere. Quod quando denuncia-
tio non eſt de ſubſtantia non eſt opus ci-
tationem exercere, cum ſufficiat ſola no-
6 titia ſecundum Bal. in cap. primo colum.
pen. de milite vaſſ. qui cont. eſt, cum ea
requiratur dumtaxat, quæ dum poteſt
7 haberi, ſufficit, quod fiat etiam ſi citatio-
nis actus eſſet nullus. glo. vbi Doct. in l.
1. ff. de fer. vbi Bald. inquit, quod quando
citatio fit ad effectum inducendi ſcien-
tiam quamuis ea nulla ſit tamen valet
8 comparitio. eum ſequitur Felin. in cap.
illud. col. 4. de præſcript. quos recenſet.
Affiict. noſter. in deciſ. 2. numero 7. eaque
quando requiritur ad ſimplicem ſcien-
tiam ſi omictatur actus inde non fit nul-
lus, ad tradità per eundem Affl. in tract.
Prothom. in §. 2. col. 2. verſic. ſed pone, &
per Io. Vinc. de Anna in alleg. 58. ex qui-
bus inferatur, quod citatio ſi in actu in
9 quo de eius ſubſtantia non requiritur in-
terponatur non reddit actum vitioſum,
& nullum. l. 1. in princip. C. de rei vx. act.
glo. in l. vinum. ff. ſi cert. pet. eadem glo.
in §. multis. inſt. de libert. per plura com-
probat Romanus in conſil. 497. numero
5. verſ. 3. Peregr. in tract. de fideicommiſ.
art. 2. num. 21.

10 Propter quam rationem actus, in quo
ſtipulatio non erat neceſſaria, ſed inter-
ponitur, at minus ſollemniter non inua-
lidatur. l. ſi ſtipulator. §. fi. ff. de verborum
oblig.

11 Et ſecundo notatu dignum eſt, quod
adhibitio teſtium in aliquo actu ſuper-
fluè obſeruata actum nullum nullatenus
reddit. l. cum tabulæ. ff. de his quibus vt
indign. glo. in l. qui cum teſtamento. §. per
contrarium. ff. de teſtam. Felin. in cap. cũ
ordinem. col. 3. circa medium. extra. de
reſcr. & alij per addentes ad dictum Ro-
mani Conſilium recenſiti.

12 Demum quod tempus datæ attendi
debeat allegamus regulam, quod in gra-
tioſis tempus datæ attenditur. c. capitu-
lum S. Crucis. de reſcr. & diximus ſupra
in q. 7. num. 17. cum ſeq. At nulli dubium
eſt, quin hic generalis indultus habeatur
ad inſtar Generalis Principis priuilegij,
vt ſæpius demonſtrauimus, ergò à primo
ad vltimum concludẽdum videtur, quod
attendi debeat dies datæ, & non dies
promulgationis.

13 Sed his non obſtantibus firmiter di-
cendum eſt, quòd immò à die promul-
gationis, & non à die datæ incipit pro-
deſſe, ex quo ſequitur, quod non ſufficit
ſimplex notitia, ſed requiritur publica-
tio inde ſcientia. Quod infraſcriptis me-
dijs probabimus.

Adducitur primo tex. in cap. primo
extrà. de poſtul. Prælat. dum in eo deci-
ditur his formalibus verbis, cum Cardi-
nalis idem ſententiam interdicti præſen-
tibus multis ſollemniter edidit, ac publi-
cè promulgauit, & iterum ibi, nec ſit ne-
ceſſarium, cum conſt. ſollemniter edidit,

aut publicè promulgatur ipſius notitiam
ſingulorũ auribus per ſpeciale mandatũ
vel literas inculcare, ſed id ſolum ſuffi-
cit, vt ad eius obſeruantiam teneatur, qui
nouerit eam ſollemniter editam, aut pu-
blicè promulgatam. Colligitur ergò ex
his, quod ad l. obſeruantiam exigatur
promulgatio ergò requiritur ſcientia,
quę ab ipſa promulgatione ortum habet,
nec ſufficit ſimplex notitia.

14 Secundo affertur maxima, quòd tunc
leges valent, quando ſunt inſtitutæ & fir-
matæ. cap. in iſtis. quarta diſtinct. & S. P,
15 inibi admonuit, quod l. tunc inſtituun-
tur, cum promulgantur, tunc firmantur,
quando moribus vtentium approban-
tur, Ergò requiritur promulgatio, inde
ſcientia.

Tertio adducitur tex. in §. primo. in
auth. vt nouæ factæ conſt. dum ibi dici-
tur, licet factæ ſint, leges tamen non ſunt
cognitæ, aut prouincialibus, aut etiam
hic non dum forte propoſitæ, nulliq; ma-
nifeſtatæ, & in eodem tex. rurſus ibi, ſan-
cimus igitur ex illo noſtras conſtitutio-
nes, quæ pro teſtamentis ſunt valere, ex
quo in commune factæ ſunt manifeſtæ, in
prouincijs autem ex quo diſcretæ per
Metropolitas palam factæ ſint, vel po-
ſteà factæ fuerint, quorum imperator
reddit rationem ne legum ignorantia,
(ſecundum quod dudum tenuit) teſta-
menta homines facientes videantur prę-
uaricari legem.

16 Quarto adducitur tex. in l. annus. ff. de
requir. reis, annus ex inde computandus
eſt, ex quo ea annotatio facta eſt, quæ vel
edicto, vel etiam literis magiſtratuũ fa-
ctis publicè innotuit, inde eſt, quod le-
ges ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt ho-
17 minum vitas intelligi ab omnibus debẽt,
vt vniuerſo earum manifeſtius cognito,
vel inhibita declinent, vel permiſſa ſe-
ctentur. l. leges ſacratiſſimæ. C. de leg.
Principũ enim conſtitutiones, nec igno-
18 rare quemquam, nec diſſimulare permi-
ctendum. l. conſtitutiones. C. de iur. & fa-
cti ignor. Nam nulli licet ignorare ea,
19 quæ publicè facta ſunt. l. ſi filium. C. de li-
ber. cau. cap. qui, & humanis. 12. quæſt. 2,
cap. licet. 8. quæſt. 1. cap. curæ. 8. q. 3. cum
alijs per glo. allegatis in cap. quod dictis.
16. diſt.

20 Ideò requiritur publicatio vt habea-
tur ſcientia, cum publicè poſitum igno-
rare non liceat arg. tex. in l. iubemus, in
fine. C. de teſtam in l. ſi quis in graui. §. ſi
quis. ff. ad ſillan. l. ſi ignorãs. ff. locati. glo.
in l. fin. ff. de decr. ab ord. fac.

Ad quarum legum ignorantiam vitan-
21 dam Iureconſultus propterea tradidit
formam quæ nam publica manifeſtatio
legis habeat vigorem. in l. ſed ſi pupillus.
§. proſcribere. ff. de inſtit. act. inquit pro-
ſcribere palam ſic accipimus claris lite-
ris, vt de plano rectè legi poſſint, ante ta-
bernam ſcilicet, vel ante eum locum, in
quo negociacio exercetur non in loco
remoto, ſed in euidenti. Literis vtrum
Græcis, vel Latinis? puto ſecundum loci
conditionem, idque non propter aliud
ſtatuit Vlpianus inibi ſubſeqnitur, ne
quis cauſari poſſit ignorantiam litera-
rum, & non audietur, inquit, certè ſi quis
dicat ignoraſſe ſe literas, vel non obſer-
uaſſe, quod propoſitum erat, Cum multi
legerent cum palam eſſet propoſitum.
dixit Boſſ. in tit. de rapinis. nume. 25. cum
ſequent. de cuius materiæ intellectu vi-
deas tradita per gloſ. in verſic. publicè.
text. in cap. exceptionem. extrà. de ex-
cept. & in clemen. prima verſic. publicè,
de ſepult. & his aſſentitur text. in l. re-
petita promulgatione, C. de Epiſcop. &
cler.

22 Contra quos l. ignorantes, quæ pœnæ
indictæ ſint habemus text. in l. fin. ff. de
decr. ab ord. fac. dixit Bald. in d. l. leges
ſacratiſſimæ. num. 3. Abb. & Berous in d.
cap. cognoſcentes. de conſt. hic ſub num.
51. ille ſub num. 10.

Et demum per tex. in l. damus. C. de
inceſt. nupt. in Auth. ibi ex qua. l. fuerit
publicè inſinuata.

23 Ex quibus videtur dicendum, quod
ipſa promulgatio actendenda veniat, &
ſic reſultat, quod requiritur ſcientia, &
non ſufficit ſimplex notitia, nam alias at-
tenderetur tempus datæ.

Quæ concluſio ſic firmata ex contra-
reſo-

reſolutione verior reddetur. Nam non
obſtat primo id quòd diximus, quod
quando prinilegium redundat in priui-
legiati commodum tũc ſufficit ſimplex
notitia, quia reſpondetur, quod quam-
25 uis priuilegium ad alicuius commo-
dum conceſſum ſit, tamen priuilegiato
non eſt acquiſitum, niſi ſciat conceſſum,
& de eo notitiam habuerit, & ſecundo
debet intelligi de illis priuilegiis, quæ
26 mox vim ſuam habent, cum ad illos qui-
bus conceduntur perneniunt; hoc eſt
quod dednucitur ex.tex. in c.1.§. ex par-
te. de conc. præb. in 6. Dum inquit. ex
parte verò ſua extitit replicatum, quòd
hæc de illis prinilegijs, & indulgentijs
(æquitate ſuadente) debent intelligi,
quæ vim ſuam habent mox, cum ad il-
los quibns conceduntur perueniunt, &
comprobatur ex tex.in c.ſi tibi, de pręb..
in 6. ibi donec eam ratam habueris, &
rnrſus ibi, notificata collectione, & de-
mum eſt tex.in l.fin.C.de conſul. lib. 12.
confert tex. in l.abſenti. ff. de donat. l.
qui abſenti.ff.de acquir poſſeſſ.cum ſex-
centis alijs per Menoch. addnctis ſub
nu.3. loco præcitato.

27 Secundo nó obſtat regnla, quòd cer-
tus non eſt amplius certificandus, nam
ex infraſcriptis caſibus per nos diſtin-
ctè deſcriptis ab infracitandorũ doctr.
recollectis facilè demonſtrabitur, pro-
pterea pro clariori præcitatæ regulæ
enucleatione, hos caſus conſtituendos
eſſe excogitauimus.

28 Quorum primus eſt, quod aut de-
nunciatio erit de ſnbſtantia actus, tunc
ſimplex ſcientia non ſufficit, ſed requi-
ritur denunciatio.l. denunciaſſe.§. quid
ergo.ff.de adult.

29 Secundus caſus, quando ſcientia eſt
de ſubſtantia, ſed non denunciatio, &
tunc ſufficit ſcientia, & non requiritur
denunciatio. l. 1. §. ſi intelligitur. ff. de
adil. edic.l.1.§.fin.ff.de act. empt.

30 Tertius caſus, quando deanuciatio
fit ad certificandum aliqnem dumta-
xat, & non ad alium finem, & tunc cer-
tus certiorari non debet.

31 Quartus caſus, quando denunciatio
non ſolum fit ad certificãdum aliquem,
ſed ad alinm finem, vt in caſu euictionis
paſſæ iuxtà tex. in l.emptor, cum mare-
ria. C.de euict. in l. qui abſentem. ff. de
procur. tunc certus certificari debet, &
requiritur denunciatio nedum notifi-
catio.

32 Quintus caſus, quando dennnciatio
tendit ad commodum dennnciantis tã-
tum, & tunc neceſſe eſt dennnciare, nec
ſufficit ſimplex ſcientia.

33 Sextus caſus, quando denunciatio
tendit ad commodum aduerſarij, eiuſq;
ſimplicem inſtructionem tunc non eſt
neceſſe, qnod ſcienti denuncietur, ſed
tunc cadit regnla, quod certus certifi-
cari non debet. Bald. in cap. 1. in fine. ſi
de feudo vaſſall. interpell. fuer. quo in
loco huius concluſionis reddit rationẽ
ex qua ſic decernendum putauit, quia
34 in hoc caſu ſufficit, quòd habeatur effe-
ctus ſcientiæ, nec curatur de modo l.
quoties.§.ſi quis nomen. vbi Imola.ff.de
hæredib. inſtit.l. item veniunt. §. à quo.
ff.de petit. hæred.

35 Septimus, & vltimus caſus, quando
ſumus in actu dubij, quando non poteſt
diſcerni, ſi requiratur ſcientia, vel ſuf-
ficiat ſimplex notitia, & tunc quamuis
videatur requiri ſcientia ad certioran-
dnm tautum ſecundum Doct. in c. fin.
extrà. de emptione, & vendit. Bart. in
d.l.emptor.nume. 1.C.de enict.& Bald.
36 in d. cap. 1. in fine, Tamen diſtinguen-
dum eſſe arbitramnr ex mente Bart. in
d.l. dennnciaſſe. §.quid ergo.num. 2. ff.
de adult. & in l.1.§ fin.ff.de act. empti.

Quod quando denunciatio fit ſolum
ad hoc, vt quis ſciat aliquid de præſen-
ti, nec fiat àliquid de nouo tunc requi-
ritur denunciatio.d.§. quid ergo.

Sed qnando vltra certitudinem actus
reqniritur explicatio alterius actus de
futuro, quòd aliqnid fiat tunc requiri-
tur ſcientia. latè Bart. & alij in l.2.§.1.ff.
ſolu. matrim. in l.non ſolùm. ff. de noui
oper. nunc.in l.item veniunt.§. peritam.
ff.de petit.hæred. glo.& poſt eam Card.
in clem.1.de appell. Alex. in conſil. 24.
vol. 4. meminit Præſes de Franchis in

decif. 514. núm. 7. & iuxtà prædicta in-
telligantur tradita per Bart. in l. quidam
decedens. ff. de admin. tut. & in l. no-
37 men. C. quæ res oblig. poſſ.
Ex his plenè diſcuſſis decidẽdum pu-
tamus, ꝙ in hoc indultus caſu nõ ſuffice-
ret ſimplex notitia, ſed requiritur ſcien-
tia, quæ ex promulgatione ſaltem ne-
ceſſaria quoad eius obſeruantiam, vt
diſſeruimus ſupra latè in q. 7. num. 52.
Maximè, quod vmus in indulgentia
Principis generali in qua, & ſi eius reſ-
38 pectu ſtatim ſuum porrigat indultus ef-
fectum, ſiuè eſſet particularis, ſiuè gene-
ralis, quia quòd iuris eſt in toto quò ad
partẽ. l. quæ de tota. ff. de rei vendicatio-
ne. l. an pars ff. de relig. & ſumpt. fun. la-
tè Accurt in l. qui ſcit. ff. de vſur. tamen
reſpectu reorum non à tempore datæ,
ſed à die promulgationis vim ſuam in-
dulgentia extẽdet, ac proderit, de quo
per Bellugam in ſpeculo Princ. rubr. 47.
de publicatione for. §. ſciendum. nu. 15.
39 Alias ſequeretur, quod ſi quis animum
delinquendi habuiſſet, & haberet noti-
tiam indultum eſſe promulgaturum ſub
ea ſpe fortaſſe deliquiſſet, non ne ab-
ſurdum foret aſſeuerari talem indultus
beneficio gaudere decernendum eſſe?
ita quidem, cum dolus in eo non poſſit
controuerti, quin magnus conſideretur,
adeò quòd ſi ſufficeret ſimplex notitia
ad huc indultus beneficio is non mæ-
reret gaudere. ſic concludimus ex Bart.
doctr. in l. contra legem, vbi glo. ff. de
leg & in l. quæro. num. 1. ff. de act. empt.
Vbi quærit de q.
40 Quid ſi quis in palatio continuò ver-
ſans cognouerit legem etiam factam,
ſed ad huc non promulgatam, quòd
frumentum viliori prætio venderetur,
ſi alicui non certiorato de lege ſancita,
& propè diem promulganda vendide-
rit triticum cariori prætio num tenea-
tur ad intereſſe, & Bart. determinauit,
quod ſic ratione doli, ac fraudis in tali
venditore conſiderata. Bart. ſecuti ſunt
Ang. & Caſtr. in l. 1. §. fin. ff. de act. empt.
Rom. in ſingulari ſuo 282. incip. num-
quid ſi. & Dec. in conſil. 115. incip. pro
tenui facultate. col. 3. verſ. 3. non obſtat.
Quæ quidem, & ſi Menoch. in caſu ſæ-
pius citato. num. 22. intellexerit proce-
dere in cõtractibus bonæ fidei vti æqui,
& boni qualitate exuberantibus, ita vt
41 talis venditor non teneatur propalare
immò in conſcientia tutum eſſe affir-
mat ex D. Thomæ. authoritate in 2. 2.
q. 77. art. 3. relato per Couarr. in cap.
peccatũ. ĩ 2. parte. §. 4. nu. 6. de Reg. Iur.
in 6. quamuis adhuc cenſeat iſthęc om-
42 nia denunciare perfectioris hominis eſ-
ſe, atamẽ, quia inficiari minimè poteſt,
quin is actus ſapiat quid fraudis, & do-
li ſaltim politicè omnia conſiderando,
proptereà Bart. doct. veram putamus
ſiuè ſimus in contractibus bonæ fidei, ſi-
uè ſtricti iuris ſalua pace Menochij, viri
quidem eruditiſſimi, & de ciuili facul-
tate benemeriti.

SVMMARIVM.

1 NVm ſufficiat publicatio huius indultus facta in hac Ciuitate, an verò requiratur promulgatio in prouincijs.

2 In conſt. S. P. ſufficit vnica publicatio generalis ſecundum Io. And.

3 In conſt. Principis publicatio etiam in prouincijs eſt facienda.

4 Ratio diuerſitatis adducitur, ſed ea refellitur. num. 5.

6 Papa conſtituit Archiepiſcopum, & Epiſcopum in Ciuitate, & prouincijs.

7 Papa diſcurrit prouincias repreſentatiuè per Epiſcopos, & Archiepiſcopos.

8 Qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur.

9 Quando ius canonicum nil diſponit ſtandũ eſt iuri ciuili.

10 Quod requiratur publicatio in prouincijs comprobatur per authorem nouem medijs, vt in num. 11. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20.

21 Alternatiuæ natura eſt cadere inter diuerſa in intellectu, ſed ſimilia in qualitate.

22 Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet æqualiter determinari.

Con-

23 *Concluſio deſuper firmata ſub num. 10. vti communior recenſetur.*
24 *Adducitur deciſio Almi Senatus Neapolitani.*

QVAESTIO X.

Num requiratur promulgatio indultus in Prouincijs.

1 EX proxima quæſt. præcedenti ex oritur altera quæſtio, num ſuffi-ciat huius indult' publicatio in hac fœliciſſima vrbe emanata, an vero requiratur, vt etiam promulgetur in prouincijs huius Regni?

Et videretur diſtinguendum ex mé-
te Io. And. in data lib. 6. vbi glo. quod
2 aut loquimur in conſt. S.P. & tunc ſuffi-
cit vnica publicatio generalis facta Ro-
3 mæ, aut vero in coſt. Principis, & tunc
neceſſaria ſit publicatio in prouincijs,
cuius diſtinctionis rationem afferebat
4 inquiens, quòd Papa non diſcurrit pro-
uincias, ſicut Imperator, inde videtur,
quod ſufficiat vnica publicatio, & ge-
neralis.

5 Hanc tamen rationé reſpuunt Abb.
& Berons in cap. cognoſcentes, hic ſub
nume. 52. illic ſub nume. 2. verſ. ſed pul-
chrum dubium eſt, extrà. de conſtit.
aſſerentes non eſſe veram Ioannis An-
dreæ opinionem, qui dicebat, quod Pa-
pa non diſcurrit per Prouincias, immò
quòd diſcurrit per prouincias, quia in
qualibet prouincia Archiepiſcopum,
6 & in qualibet Ciuitate Epiſcopum con-
ſtituit. cap. 2. & per totum. 99. diſt. & per
totum. 22. diſt. qui dum S. P. vices ge-
runt eum repræſentant, & ſic Papa vi-
detur prouincias diſcurrere, cum qui
8 per alium facit per ſe ipſum facere vi-
detur. l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi, & vi arm.
cum ſimilibus.

Eam ſecundo reprobarunt conclu-
dentes, ſi certi iuris eſſe fatetur Io. And.
conſt. ab Imperatore factas ligare à die
publicationis factæ in prouincijs, vt in-
ferius vberrimè de iure fundabimus,
quare contrarium erit ſtatuendum in S.
P. in quo ſi conſtat de iure canonico ne-
dum contrarium iuri ciuili non eſſe de-
cretum, immò nil eſſe deciſum, quare
iuris ciuilis diſpoſitioni nos reddi con-
formes recuſamus? Sequitur pro inde
9 ſubnectendam regulam, quòd ſtandum
erit iuri ciuili. c. 1. & 2. cum ibi notatis.
extrà. de noui oper. nunc. At de iure ci-
uili attenditur publicatio facta in pro-
uincijs, vt ex ſequentibus liquebit, ergo
ſiue ſimus in conſt. per ſummum Pon-
tificem promulgata, ſiuè in conſtitutio-
10 ne per Principem emanata, Conclu-
dendum, quod attendi debeat publica-
tio facta in prouincijs, quam concluſio-
nem conabimur, vt veram demóſtrare.

11 Primo per tex. in §. 1. in auth. vt factę
nouæ conſtitutiones poſt inſinuationes
earum poſt duos menſes. Cuius tex ver-
ba hoc in loco tranſcribere voluimus.
Inquit enim Imperator, ſancimus igi-
tur ex illo, noſtras conſtitutiones, quæ
pro teſtamentis ſunt valere, ex quo in
commune factæ ſunt manifeſtæ. in pro-
uincijs autem ex quo diſcretæ per me-
tropolitas palam factæ ſunt, vel poſtea
12 factæ fuerint, Ne legum ignorantia (ſe-
cundum quod dudum tenuit) teſtamé-
ta homines facientes videantur præua-
ricari legem, vt autem apertius ad hue
cauſa declaretur ſancimus ſi ſcripta fue
rit aliqua. l. hanc poſt duos menſes dati
ei temporis valere, & in Republica tra-
ctari ſiuè in hac fęliciſſima ciuitate, ſiuè
in prouincijs poſt inſinuationem ſuffi-
cienti hoc tempore omnibus manifeſtú
eam conſtituere, & tabellionibus eius
cognoſcentibus virtutem, & ſubiectis
agnoſcentibus, legemque ſcribentibus.

Hunc

Hunc tex. ponderemus primo ibi, in
prouincijs autem. ſecundo ibi, ſiuè in
hac fœliciſſima Ciuitate, ſiuè in prouin-
13 cijs poſt inſinuationem, ergo inſinuatio
eſt neceſſaria ad finem ligandi, & vt col
ligitur eſt neceſſaria fieri in ciuitate, &
in prouincijs. Tertio in principio eiuſ-
dem tex. dicit Imp. Sancimus igitur ex
illo noſtras conſtitutiones, quæ prote-
ſtamentis ſunt valere, ex quo in com-
mune factæ ſunt maniſeſtæ. Modo infe-
ratur, vult Imperator, quod conſtitutio-
nes ſint in commune ſactæ maniſeſtæ,
quando l. ſunt promulgatæ in ciuitate
non ſunt effectæ maniſeſtæ in prouin-
cijs, quòd demonſtrat, idem Impera-
tor, Dum inquit, in prouincijs autem
ex quo diſcretæ ſunt per metropolitas
palam ſactæ ſunt, vel poſtea ſactæ ſue-
rint, ergo requiritur publicatio in pro-
uinciis. Id itidem colligitur ex princ.
d. tex. Dum Imperator ait, quia licet
factæ ſint leges tamen non ſunt cogni-
tæ, aut prouincialibus, aut etiam hic
non dum forte propoſitæ, nullique ma-
niſeſtatæ, modo ſic, dum loquitur per
dictionem alternatiuam, aut, innuit, ꝙ
tam in ciuitate, quàm in prouincijs eſt
ſacienda promulgatio, nam quamuis
14 alternatiuæ natura ea ſit cadere inter di
uerſa in intellectu, ſed ſimilia in quali-
tate, vt dixit Bald. in l. 4. C. de collat. Ta-
men quãdo vnico verbo regitur, & vni-
ca ratione determinatur debet recipe-
re æqualem determinationem ex regu-
la, quòd vna determinatio reſpiciens
15 plura determinabilia debet æqualiter
determinari l. iam hoc iure. ff. de vulg.
& pup. meminit huius regulæ, integer-
rimus Anna filius in conſ. 37, nume. 1.
Et ſic ex hoc tex. probatum eſt, quod
publicatio ſit ſacienda in prouin-
cijs.

16 Adducitur 2. tex. in §. fin. in d. auth.
vt nouæ ſactæ conſtitutiones, dum ſcri-
ptum per Imp. reperitur in hunc mo-
dum, quę igitur placuerunt nobis, & per
hanc ſacram declarata ſunt. l. præceptis
proprijs ſua eminentia omnibus ſa-
ciat maniſeſta, & qui in hac maxima Ci-
uitate, & qui foris inhabitant, quatenus
omnibus fiat palam, quæ à nobis pro
omnium cautela ſancita ſunt.

Defluit inde, quod dum requirit Im-
per. præcepta omnibus fieri maniſeſta,
& his qui in ciuitate, & his qui foris in-
habitauit, quod non ſufficiat publica-
tio ſacta in Ciuitate, ſed requiritur fa-
cta in prouincijs, quod quidem illa ver-
ba, & his qui foris ſunt collectiuè de-
monſtrant.

Tertio affertur tex. in c. 1. extrà. de
17 poſtulatione Præl. eum duplici in parte
penſando, primo ibi. cum Cardinalis
idem ſententiam interdicti prçſentibus
multis ſollemniter edidit, ac publicè
promulgauit, ſecundo ibi. Nec ſit ne-
ceſſarium, cum conſtitutio ſollemniter
editur, aut publicè promulgatur ipſius
notitiam ſingulorum auribus per ſpe-
tiale mandatum, vel literas inculcare,
ſed id ſolum ſufficit, vt ad eius obſer-
uantiam teneatur, qui nouerit eam ſol-
lemniter editam, aut publicè promul-
gatam. Tertio ibi canonica tradat au-
thoritas, quod eis non facilè ſacultas
credendi tribuitur, cum idem penes il-
los in ſuis regionibus actum ſuerit, &
receptum, ponderetur verbum illud in
ſuis regionibus. Quarto, & vltimo ibi
cum nos terram totam Regis ipſius ſu-
bijci mãdauerimus interdicto, & Card.
noſtrum interpretatus mandatum in
terram illam ſententiam promulgaue-
rit, quæ Regi tunc temporis adhære-
bat, & infrà.

Quarto allegatur tex. in c. quod dici-
18 tis. 16. diſt. vbi S.P. per hæc formalia ver-
ba inquit, quod dictis, neque Sardicen-
ſe Conſilium, neq; decreta alia vos ha-
bere Sanctorum Patrum, vel recipere
non facilè vobis facultas credendi tri-
buitur, maximè cum Sardicenſe Conſi-
lium, quod penes vos in veſtris Regio-
nibus actum eſt, & omnis Eccleſia reci-
pit, qua ratione conueniat, vt hæc San-
cta Conſtantinopolitana Eccleſia abij-
ceret, & (vt dictum eſt) non reciperet.
19 Quintò eademmet concluſio funda-
tur ex tex. in c. cum ſingula. de præb. in
6. ibi,

6. ibi, dum ait, circa eos autem, qui plures prioratus, vel Eccleſias huiuſmodi nunc detinent prouidemus, vt intra menſem, poſtquam præſens conſtitutio peruenerit ad eoſdem, & quæ ſequuntur. ex quo reaſſumit Gloſa, quod non currit tempus, niſi a die publicationis etſi non peruenerit intra duos menſes adhuc tempus non currit.

20 Sexto id colligitur ex tex. in §. 1. in in auth. vt in priu. dom. ſacra miſteria non fiant. ibi, ſi autem, & aliquos contingat tale aliquid in ſuis habere domibus ſciant, quòd niſi intra tres menſes, ex quo hæc. l. inſinuata fuerit, hæc correxerit &c.

21 Septimo adducitur tex. in c. quia in cunctis. Circa medium. de conc. præb. in 6. dum in eo ſtatutum conſpicitur, nec obſtaret, quòd l. ſeu conſtitutio, & mandatum nullos aſtringunt, niſi poſtquam ad notitiam peruenerint eorundem, aut niſi poſt tempus intra quod ignorare minime debuiſſent &c.

Hæc notitia non poterit haberi, niſi per promulgationem in prouincijs factam, ergò requiritur publicatio in prouincijs.

22 Octauo adducitur tex. in c. nouerit. extrà. de ſent. excom. vbi S. P. per formalia verba inquit, niſi ea de capitularibus ſuis intra duos menſes poſt huiuſmodi publicationem ſententiæ fecerint amoueri, ex quo inferatur, quod conſt. ligat à die publicationis, vt per eum tex. dixit glo. in verſ duorum menſium, & in verſ. ſpatium præſcriptum. tex. in in cap. ſuper ſpecula. extrà. ne cler. vel mon.

23 Nono, & vltimo, quòd requiratur publicatio in prouincijs expendimus tex. optimum in §. ſint igitur. in auth. vt neque miles, neque Feder. in quo dicitur, ſint igitur omnes ſcientes, qui milites, aut fęderatos aliquos in ſuis habent domibus, aut poſſeſſionibus, aut qualitercunque obſeruantes, & quaſdam eis proprias implentes vtilitates, quod niſi intra 30. dierũ dilationẽ computandorũ ab inſinuatione per loca præſentis noſtræ diſpoſitionis eos expulerint, &c. ſi inſinuatio eſt facienda per loca præſentis noſtræ diſpoſitionis ergò non ſufficit vnica promulgatio, ſed requiritur publicatio in prouincijs, hunc tex. citat glo. in verſ. anno quarto, quæ hanc tuetur opinionem in data 6. lib. & eſt à Canoniſtis cõmuniter recepta, vt ex Abb. Beroo, & alijs liquidò conſtat, de quo latè diſſeruit Belluga. in Spec. Princ. rubr. 47. de publ. for. num. 15. cum ſeq. Boſſ. in tit. de rapinis. num. 22. cum ſeq. & per Menoch. in lib. 2. de arbitr. Iud. cent. 2. q. 185. per totum eaq; ſic interpretata fuit in hoc noſtro almo Neapolitano Prætorio in cauſa Fuluij Caracioli, vt deciſum teſtatur Præſes de

24 Franchis In deciſ. 360. Ex quibus ſatis roboratam credimus, ac iuribus fultam hanc præſentem quæſtionem, ad tex. modo tranſeamus.

PHILIPPVS
DEI GRATIA
REX &c.

DON Ferdinandus d Caſtro, & Andradæ Comes de Lemos, & Andrada Marchio Sarriæ, & Comes Villaluæ, & in præſenti Regno prædictæ Regiæ, & Catholicæ Maieſtatis ViceRex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis, &c.

Illuſtribus, ſpectabilibus, Ma-

Magnificis, nobilibuſque viris, Magno huius Regni Camerario, Prothonotario, Magiſtro Iuſtitiario, eorumque Locatenẽtibus, Sacro Regio Conſil. Caſtri Capuanæ, Præſidentibus, & Rationalibus Reg. Cam. Sum. Regenti, & Iudicibus M. C. V. Scribæ Portionum, ſeu id officium Regenti, Theſaurario generali, Aduocatis quoq;, & procuratoribus Fiſcalibus, cæteriſq; demum vniuerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis Regijs maioribus, & minoribus in hoc Regno cõſtitutis, & conſtituendis ad quos, ſeu quem ſpectabit, præſentes peruenerint, & fuerint quomodo libet præſentatæ Regijs fidelibus dilectis gratiam Regiam, & bonam voluntatem.

Nuper per Sacram Regiã, & Catholicam Maieſtatem fuit expeditum, & nobis trãſmiſſum priuilegium indultus omni qua decet ſollemnitate vallatum tenoris ſequẽtis v3.

Philippus Dei gratia Rex Caſtellæ Aragonum Legionis vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Portugalliæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Gallatiæ, Maioricarũ, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubę, Corſicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbij, Algezirę, Gibraltaris, Inſularum Canariæ, nec non Indiarum Orientalium, & Occidẽtalium Inſuluram, ac terræ firmæ, Maris Oceani, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Mediolani, Athenarum, & Neopatriæ, Comes Haſpurgi, Flãdriæ, Tyrolis, Barcinonæ, Roſſilionis, & Ceritanię, Marchio Oriſtanni, & Goceani. Poſtquam Diuini numinis benignitate in ampliſſimi Hiſpaniarum Regni, aliorumq; poſſeſſionem noſtro ſucceſſionis iure peruenimus, poſtquam etiã exoptatiſſimas nuptias, matrimoniumque fęliciſſimis auſpicijs abſoluimus cum Sereniſſima MARGARITA ab Auſtria Dilectiſſima, atq; amantiſſima noſtra coniuge, quæ ſanè res cęlebrata eſt incredibili quodam Regnorum noſtrorum gaudio, vt facilè ex cuiuſque obſequio inditijſq; cognoſcimus, Primum Diuinam bonitatem, clementiamque ad quam omnia referimus ante oculos habuimus, illiq; quibus potuimus

pro

pro noſtra fragilitate gratiarum actionibus ſatisfecimus, deinde quò eadem fœlicitate, ꝗ ſummopere exoptamus vniuerſa procedant. Viſum eſt, vt in omnes nobis ſubditos benignitas, & clementia noſtra propagetur, quam cum multi experti fuerint, & plurimis à nobis gratijs, ac beneficijs diuerſis in locis cumulati hilari animo exultent, eandem nimirum munificentiam noſtrã duximus oſtendendam erga fideliſſimum Noſtrum citerioris Siciliæ Regnum, cuius in nos adeò præclara merita, grataq; obſequia exiſtunt, vt illud in primis ſingulari beneuolentia, & amore proſequamur, eiuſque commodo ornamento, & fœlicitati ex animo prouideri cupiamus. Volumus itaq; vt exules, nec non qui in cuſtodijs, ac vinculis detinētur in eodem Regno iucundiſſimis noſtri Regni auſpicijs, & omni pietate perfruantur.

Huc vſque viſum nobis eſt aliquid pertractandi non fuiſſe locum; ex quo materia non ſugerit quicquam differendi, etſi quid fortaſſe ponderari potuiſſet circa cauſas, ex quibus Rex noſter inuictiſſimus motus ſit hunc generalem indultum huic Regno concedere, de quibus, cum ſuperius in q; latè diſſerui‑mus hoc in loco non licet repetere; ideo his contenti ad vlteriora progredi conſtituimus.

SVMMARIVM.

1 *PRinceps eſt ſolutus legibus.*
2 *Princeps debet viuere ſecundum leges.*
3 *Princeps eſt Dominus legis, immò maior ipſa l. mortua, & ipſa conſuetudine.*
4 *Par eſt poteſtas l. mortuæ, & viuæ contrahentis, & conſuetudinis.*
5 *Princeps non dicitur dominus morum, nec eſt abſolutus à dictamine rationis.*
6 *Princeps habet plenitudinem poteſtatis.*
7 *Princeps non præſumitur velle vti plenitudine poteſtatis.*
8 *Princeps non debet vti plenitudine poteſtatis, niſi ex magna cauſa.*
9 *Princeps ſi vteretur plenitudine poteſtatis abſq; cauſa peccaret.*
10 *Principis diſpenſatio abſq; cauſa potius diſſipatio, quam diſpenſatio appellatur.*
11 *Præfato caſu non diceretur plenitudo Maieſtatis, ſed tempeſtatis.*
12 *Princeps num abſque cauſa poſſit rem alieni auferre.*
13 *Princeps poterit derogare iuri illius, qui habet ius in ſpe.*
14 *Princeps non præſumitur velle vti plenitudine poteſtatis, quando actus valede per ſe ſecundum poteſtatem ordinariam.*
15 *Actus qui poteſt fieri duplici ex poteſtate ſi ſimpliciter fiat intelligitur factus ex ea poteſtate ex qua ſubſiſteri poteſt.*
16 *Princeps tunc videtur velle vti poteſtate abſoluta, quando actus non poterat aliter valere, niſi ex poteſtate abſoluta.*
17 *Limitatur niſi errauerit in facto.*
18 *In his caſibus videtur omnia facere ex certa ſcientia.*
19 *Princeps quando ex certa ſcientia concedit non eſt neceſſe facere mentionem de aliquo iure.*
20 *Principem exprimere ſe velle vti poteſtate abſoluta, vel gerere actum ſupra poteſtatem abſolutam paria ſunt, ac ſi apponeret clauſulam non obſtante.*

F *Taciti,*

21 Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus.

22 Poteſtas abſoluta eſt arbitrij plenitudo nulli neceſſitati ſubiecta, nulliſque publici iuris regul is limitata.

23 Princeps videtur velle vti plenitudine poteſtatis quando concedit cum clauſula motu proprio ; & de ratione num. ſeq. 24.

25 Duo ſunt poteſtates in Principe.

26 Contra hunc indultum motu proprio conceſſum nihil opponi poteſt.

27 Nec poteſt dici, cur ita facis ?

28 Factum ex certa Principis ſcientia non debet in dubium reuocari.

29 Diſpenſatio facta cum clauſula, Motu proprio, includitur ſub regula quicquid Principi placuit l. habet vigorem.

30 Conceſſio facta ex certa ſcientia æquiperatur clauſulæ de plenitudine poteſtatis.

31 Princeps concedens cum clauſula, ex certa ſcientia, præſumitur velle.

32 Princeps concedens cum clauſula, ex certa ſcientia præſumitur velle vti poteſtate abſoluta.

33 Clauſula ex certa ſcientia ſupplet defectum ſollemnitatis, ſed non ſubſtantialia.

Si verò loquimur de retorqutione iu-
ris extra corpus iuris, & tunc iuris ini-
qui facienda eſt retorqutio, & procedāt
tex. in l. die ſabati, & in d. l. 2. §. ſed ſi
agant. ff. de iudic.

123 Hoc autem in loco controuerti po-
teſt, num hic generalis indultus dicatur
clauſus in corpore iuris? & nos non am
bigimus quod ſic, ducti ex eo, nam qñ
lex eſt impreſſa dicitur clauſa in corpo-
124 re iuris, arg. tex. in l. metum autem. §.
ſed quod prætor. ff. de eo quod met. cau.
quem allegauit Bald. in l.leges, & gene-
rales. num.2.verſ. ſextum ſignum. C. de
legibus, ſignum, quòd ponderat ad de-
monſtrandam legis generalitatem, at
negari minimè poteſt hunc generalem
indultum impreſſum eſſe; ergò conclu-
dendum eſſe clauſum in corpore iuris,
& ex conſequenti nulla iuris ſit facienda
retorqutio, vt ex ſuperius annotatis ſa
tis probatum de iure credimus.

125 Tertius effectus clauſulæ motus pro-
prij erit. Nam priuilegium conceſſum
alicui motu proprio lite pendente ex-
tenditur etiam ad litem pendentem cū
eo, cui conceditur, quod ſecus foret ſi
ad partis poſtulationem conceſſum eſ-
ſet. glo. ſingularis. in l. qui autem. ff. ſi
quis caut.

Ex cuius glo. doctrina moti Caſtr. &
Alex. limitando tex. in cap. fin. extrà. vt
126 lit. pend. & tex. in l.2. C. eod. tit. dixe-
runt; quod ſi Princeps concedat priui-
legium motu proprio vtique eo priuile-
gio pars vti poterit, quamuis emanaue
rit lite pendente: ſed huius contrarium
ſubſtinuit Iaſ. in d. l. 2. innixus canoni-
ſtarum doctrina in c. cauſam quæ el 2.
extrà. de teſtib. & Io. Andr. in additione
magna. Spec. in §. fin. verſic. porrò. de
dolo, & contumacia conſiderans tale
priuilegium redundare in præiuditium
tertij, cuius intereſſe Princeps non præ-
ſumitur derogare vulgatis iuribus.

Et ex hac ipſa ratione hanc ſenten-
tiam ſunt amplexi canoniſtæ, quam ex
127 mente Spec. in tit. de diſpenſatione. §.
qualiter autem. verſ. diximus tunc ergo.
Poſſumus reconciliare diſtinguendo.

Quod tunc priuilegium motu pro-
prio conceſſum lite pendente valet, &
parti prodeſt, quando nulli affert præ-
iudicium, quod ſi alterius conſiderare-
tur intereſſe ſecus eſſet.

Et hoc quidem axioma fulciri poteſt
euidenti ratione, nam nulli dubium eſt,
quin leges generales fiāt motu proprio
ipſius Principis. l. humanum. C. de legib.
Bart. in auth. quas actiones. col. 2. C. de
Sacroſ. Eccleſ. & tamen certi iuris eſt,
128 quòd non trahuntur ad lites pēdentes.

l.leges,

l. leges, & conſtitutiones. C. de legib. §.
1. in auth. vt cum de appellatione cogn.
129 Niſi tamẽ hoc ſperialiter dicatur, quod
etiam ad negotia pendentia conſt. tra-
hatur noua. clem. diſpendioſam. in fine.
de iud. clem. 1. ad finẽ de ſequeſtr. poſſ.
& ex his rectè in fallimur colligi poteſt
huius effectus quid itas, ac ipſa veritas.

Quartus effectus erit, quod motus
130 proprius excludit diligentiam proceſ-
ſus, hinc inter duos expectantes eiuſdẽ
datæ is erit præferendus, qui habet gra-
131 tiam motu proprio, quamuis ſit diligen
tior in proceſſu. tex. eſt in c. duobus. de
reſcr. in 6.

Ex quo Io. Andr. præfatam colligit
maximam, declarans ibi, tex. illum pro-
cedere in gratijs ſimilibus, & eiuſdem
qualitatis, ſecus vero in diſſimilibus,
qualis erit gratia cõceſſa motu proprio
ab alia ſimplici.

132 Diſtat enim gratia conceſſa motu
proprio ab ipſa ſimplici, nam prima vti
fauorabilis iudicanda, & vti talis am-
plianda, ac latiſſimè interpetranda erit,
vt pluribus in locis ſuperius demonſtra
uimus.

Secunda verò vti odioſa erit haben-
da, & ſic reſtringenda. c. quamuis. de
præb. in 6.

Propterea ex his Io. Dom. in d. cap. ſi
duobus tradidit habentem canonicatũ
133 cum ambitione præferendum habenti
canonicatum ſine ambitione.

Conſequens inde erit arguere à for-
tiori, ſi pręcedentia ſunt vera eò impen-
ſius firmandum erit in gratia conceſſa
motu proprio, & ſucceſſiuè fauorabili.
Hæc tamen vera intelligamus quatenus
de iure communi loquamur, ſecus ta-
men de regula motus proprij.

134 Quintus, & vltimus effectus erit, quod
clauſula motus proprij ſupplet defectũ
ætatis, etenim quamuis neceſſe ſit impe
135 trantem debere eſſe legitimæ ætatis, tã
tempore vacationis, quam tempore
datæ. c. ſi eo tempore. de reſcr in 6. Ta-
136 men id non eſt neceſſarium quando fo-
ret facta gratia motu proprio. d. c. ſi eo
tempore. vbi Domin.

Et ratio eſt in promptu, quia talis
clauſula tollit vitium ſubreptionis: vide-
licet ſi ſuboritur ætatis diſpenſatio.

Verumtamen non defuere qui præ-
dicta falſa aſſerentes contrarium tenuẽ
runt, nam certum eſt inquiunt, quod in
conceſſione gratiæ factę alicui non legi-
timæ ætatis de alio non contingit diſce
ptari, niſi de defectu ætatis, & ſic de de-
fectu, qui cauſatur ex perſona illius pro
quo ſcribitur, at in hoc caſu vitium ſub-
reptionis non eſſet ſuper defectu inha-
bilitatis, ſed intentionis quo quidem
caſu cognouimus clauſulam motus pro
prij non operari, ergò per talem clau-
ſulam non tolli ætatis inhabilitatem ſa-
tis conſtat, vti ſequẽdo Archid. & Lap-
pi dicta in c. ei cui. de præb. in 6. arbitra-
tus eſt Anchar. in conſil. 20. incip. viſo
prædicto punto.

137 Quod quidem ſecus foret adiecta
clauſula ex certa ſcientia, vel clauſula
non obſtantibus vt recollegit Anch. in
d. conſil. 20. & ex ſuperius per nos diſ-
cuſſis ſatis clarè dignoſci poterit.

Non abs re propterea annectemus,
138 quod paria ſunt aliquid fieri ex certa
ſcientia, & quod fiat mentio non obſtã-
tibus ſecundum glo. in verſic. noſcatur.
tex. in c. 1. de conſtit. in 6. Panor. in c.
fin. extrà. vt lite pend. & hæc de effecti-
bus clauſulæ motus proprij, de quibus
hactenus.

Verum enim verò vlterius notãdum
139 erit, quod hæc clauſula motus proprij
nõ poterit tertio præiudicare, Princeps
140 enim ſemper cenſetur concedere abſq;
tertij pręiudicio. l. nec auus C. de emãc.
anc. lib. l. 2. §. ſi quis à Principe, & §. me-
ritò. ff. ne quis in loco publ. cum ſimil.

Hinc Bart. edocuit, quod ſi Princeps
141 conceſſerit vnirem, & deinde eandem
alteri concedat motu proprio hæc 2.
conceſſio non valeat, ne illi primo in
cuius beneficium ius quidem quæſitum
erat. l fin vbi Iaſ. C. de pact. idem in l.
3. C. ſi ſeru. expor. ven. præiudicium in-
ferretur. Bart. in l. prædia. in verſ. ſponte
donauerit. C. de locatione præd. ciuil.
lib. 11. Hanc doctr. valdè comendans

meminit

meminit Corſ. in ſuis ſingularibus incip. Princeps el 3. fol. 160.

142 Hoc autem Bart. dictum ex mente eiuſdem ibidem limitemus, ſuum non poſſe ſortiri effectum, ſi Princeps conceſſerit huic ſecundo cum clauſula non obſtante primæua conceſſione alteri facta, tunc enim omnino derogat etiam cum alterius præiudicio ad tex. in c. 1. de conſt. in 6. vbi Archid. cap. pen. de Capp. mon. de teſt. c. nonnulli. de ætate, & qual. c. eam te. l. quod dictum. ff. de legib. Bald. in l. humanum. nume. 4. C. de legib. qua mentione ſpecialiter facta derogatur iuri tertij.

Hinc Imola poſt Calder. in c. mandatum. col. penul. de reſcrip. & ſentit. Dom. in c. duobus. eod. tit. de reſcr. in 6. tradidit, quod iſta clauſula motus proprij non facit ſiui impetrantem præferri primo, niſi de illo fiat mentio.

143 Sed quæritur, num nuper diſcuſſa procedant etiam in conceſſione facta cum clauſula ex certa ſcientia, præſumaturq; Principem velle alicui concedere in præiudicium alterius?

Et duplicem Doct. opinionem in hoc articulo reperiri non ignoramus.

144 Quidam enim dixerunt Principem concedentem cum clauſula ex certa ſcientia velle præiudicare illi, cui ius quæſitum erat. Pro qua opinione adducitur glo. in cap. ad hæc de reſcr. voluit Caſtr. in conſ. 178. nume. 2. incip. Don. vol. 1. Dec. in conſil. 198. col. 7. in fine in conſil. 269. & 272. col. 3. & in conſil. 390. col. 6. Anan. in conſil. 8. incip. viſo. Alex. in conſi. 295. col. 6. verſ. ſextò confirmatur vol. 2. poſt quos Rolan. in cõſil. 3. incip. deuenio. vol. 1. num. 130.

Contrarium tamẽ opinati ſunt. And. in prælud. feud. nu. 37. vbi Bald. Zabar. in conſil. 96. Corn. in conſil. 189. num. 6. lib. 4. Alex. ſibi contrarius in conſi. 111. num. 9. vol. 6. idem in conſil. 155. num. 3. eod. vol. 6. in conſil. 215. numer. 5. vol. 7. Socc. Sen. Socc. Iun. Gozad. Paris. & alij, quos adducit Molina in libr. 2. de primog. Hiſp. c. 7. num. 23. cum ſeq. de quo articulo ſummatim tractauimus ſupra in præſenti met parte. in 2. differentia. num. 57. ex quibus quamuis primæuam poſſemus atteſtari veriorem opinionem, vt certa Principis ſcientia aliquid operetur, tamen poſſumus etiam ita diſtinguere.

145 Quod aut præiudicium tertij eſſet graue, & enorme, & proculdubio vera erit hæc ſecunda opinio, quod etiam ex clauſula ex certa ſcientia Princeps nolit concedere in præiudicium tertij cui ius erat quæſitum. cum Principis priuilegia intelligi debeãt ita, vt nemini afferãt iniuriam. d. l. nec auus. & l. ex facto. D. de Anna in d conſ. 62. nume. 24. Aut vero præiudicium non eſſet graue, ſed modicum, & tunc dicendum priorem opinionem eſſe veram.

146 Cuius diſtinctionis veritatem oſtendit illa concluſio, nam etiam ſi Princeps vellet expræſsè aliquid facere cum tertij præiudicio, intelligitur de modico, non de graui. glo. fin. in l. ſed cum ab hærede. ff. ad Trebell. eadem gloſa in verſ. incommodo. tex. in l. ſeruitutes. §. publico. ff. de ſeruit. Ioannes de Platea, & Rebuff. in d. l. prædia. C. de locatione præd. Ciuil. lib. xj. Iaſ. in l. fin. num. 24. ff. de conſt. Princ. Gozad. in conſ. 14. num. 20. & ita concludi poſſe iudicamus.

147 Poſtremò notatu dignum illud erit, quòd hæc clauſula motus proprij nunquam ſub intelligitur, niſi in literis exprimatur, ſecundum glo. in d. c. ſi pluribus. & c. ſi motu proprio approbatam à Rota in deciſ. 131. incip. nota quòd in c. ſi motu proprio in antiquis, eam recenſuerunt Vitalis, & Staph. in locis ante dictis num. 12.

148 Inde dixit Bald. in l. eos. in princip. C. de appell. reſcriptum eſſe nullum ſi in eo non fuerit appoſita clauſula ex certa ſciẽtia, quamuis ſciuerit Princeps negotium, vel eius defectum, & de eo plenam habuerit notitiam.

149 Sed hoc quidem loco inſurgit quæſtio dubitabilis nũ clauſula motus proprij poſſit probari per teſtes?

150 Et in ea nos bipartitam opinionem adduci poſſe exiſtimamus.

Quarum prima erit negatiua hanc
nempe clauſulam nullatenus probari
poſſe per teſtes?

Pro qua affertur 1. tex. in l.probato-
rias.C.de din. off. lib. 12. in quo impe-
rator mandat memorialium probato-
rias præſtandas eſſe non ſolis authorita-
tibus, ſed ex autenticis tantum ſacris
probatorijs manu noſtra ſubſcriptis, &
151 noſtro arbitrio præſtandis &c. Elicia-
mus ex pręcedenti tex. dictionem illam,
tantum, cuius dictionis taxatiuæ pro-
prium dum eſt vnum includere cæteris
excluſis. l. in tantum. ff. de rerum diu.
ſequitur, quod mandans authenticis
tantum ſacris probatorijs memoriales
præſtari, excludat reliquā teſtium pro-
bationem.

Secundo pro hac opinione, adduci-
tur tex. in l. vnica. C. de mand. Princ. om-
nem enim ſciant (inquit Imperator)
nemini quicquam, niſi quod ſcriptis
probauerit eſſe credendum, nec vllius
dignitate terreri, ſiuè ille tribuni, ſiuè
notarij, ſiuè Comitis proferant digni-
tatē, ſed ſacras noſtras literas eſſe quæ-
rendas, ex quo quidem tex. affirmarunt
Doct. iuriſdictionem delegatam non
poſſe probari, niſi per ſcripturam.

152 Tertiò hęc in medium ratio affertur,
certi iuris eſt, quòd clauſula motus pro-
prij eſt fundata ſuper negatiua non co-
153 arctata loco, & tempore, nempe, quòd
nullus vnquam ſupplicauerit Papæ; vel
Principi, at talis negatiua, vel impoſſi-
bilis eſt ad probandam. l. actor. C. de
probat. c. quoniam contra. eod. tit. vel
eſt nimis difficilis. ſecundum glo. in d.
154 c. ſi motu proprio, & tantò difficilior,
155 quantò ei obſtat regula, quòd ſemper
præſumitur conceſſum priuilegium ad
partis poſtulationem. glo. in verſic. ex-
cluditur tex. in auth. quas actiones. C.
de ſacroſ. Eccl. vbi Bart. ſub num. 3. idē
in l. 1. num. 3. C. de bon. vac. lib. 10. not.
in c. 2. extrà de mut. petit. Ergò mirum
non eſt ſi dicimus, hanc clauſulam non
poſſe probari, niſi per ſcripturam, iuxtà
gloſæ fin. dictum in d. c. ſi motu proprio
authoritate communi Doct. omnium
calculo approbatum, vt teſtatur Rota
156 in deciſione. 131.

Hinc infertur ad Baldi doctr. in d.
157 auth. quas actiones. col. 1. quod ſi omni-
bus Eccleſijs concederetur priuilegiū
cenſeretur conceſſum motu proprio,
158 quia impoſſibile, vel difficile eſſet, quod
omnes Eccleſiæ mundi ſupplicaſſent,
niſi tamen pręceſſiſſent merita illius Ec-
cleſiæ, cui priuilegium conceditur, arg.
tex. in l. ſi verò non remunerandi. §. idē
Papinianus. ff. mand. Gugl. de Cuneo in
l. 3. §. 1. ff. quod quiſque iur. Felin. in c.
cauſam quæ. el 2. num. 9. verſ. 11. extrà
de teſtib. idem Bald. in l. nec damnoſa.
in princip. C. de precib. Imper. offer.
Rom. in l. ſi verò. §. de viro in fallentia.
31. ff. ſol. matrimonio. & ex his præce-
dētibus fundatur hæc opinio negatiua.

Secunda fuit opinio affirmatiua di-
centium hanc clauſulam motus proprij
probari poſſe etiam per teſtes.

Eo primum argumento, nam iure nō
reperitur cautum clauſulā motus pro-
prij per ſcripturam neceſſario probari
debere, ergò adhærēdum regulæ, quod
par eſt probatio teſtium, & inſtrumen-
159 torum. cap. cum Ioannes. extrà de fide
inſtr. l. in exercendis. C. eod. tit. facit
tex. in l. contrahitur. ff. de pignor. & ſic
quod tam per teſtes, quàm per ſcriptu-
ras huiuſmodi clauſula probari poſſit.

160 Secundo ponderatur, quod hic ca-
ſus clauſulæ motus proprij non eſt per
glo. aſcriptus inter caſus, in quibus re-
quiritur ſcriptura in c. 1. de cenſ. in 6. de
quibus d. Præſes de Franchis in deciſ.
279. ergò.

161 Tertio, & vltimo arguitur à ſimili,
nam itidem id videmus in clauſula ex
certa ſcientia, quam nedum per ſcri-
pturas, verum quoque per teſtes proba-
ri poſſe deciſum apparet in deciſ. Rotæ
332. & ad partes diſputat Bellamera in
deciſ. 746. incip. licet obſeruet ſic de-
niq; concludens reprobata gloſa in ver-
ſic. literarum tex. in c. ſtatutum. de re-
ſcr. in 6. & in clem. 2. in fine eod. tit. pa-
riter ergo dicendum in probatione
clauſulæ motus proprij.

Huic

Digitized by Google

Huic tamen arg. ſectantes primæuã
opinionem reſpondent præſentem ar-
guendi ſpeciem à ſimili non poſſe alle-
gari diuerſam tribuentes differentiæ ra
tionem in probatione clauſulæ motus
proprij, ac clauſulæ ex certa ſcientia, ſi
162 quidem in clauſula motus proprij, cum
contineatur negatiua coarctata loco, &
tempore videtur in ſe continere, quod
nullus vnquam Papæ, vel Principi ſup-
plicauerit vt ſupra perdocuimus, vel q
non fuerit de illo rogatus. Inde impoſ-
ſibilis, vel difficilis probatio. c. bonæ. el
1. extra de electione, ideoq; non admi-
ttit aliam probationem, quam per ſcri-
pturam; ſed in clauſula ex certa ſcientia
ſecus; cum in ea inſit pura affirmatiua,
quæ eſt probabilis; ac facilis quidem
probationis, ac proptetea poteſt pro-
bari per teſtes.

163 Sed huic diuerſitatis inſtantiæ facilis
poterit ſecundum aliquos tradi reſpon
ſio, ex qua diluto arg. eiuſquè rationè
reſultabit identitas rationis, qua ſtante
ius ſtatutum in clauſula ex certa ſcien-
tia ſeruabitur etiam in probatione clau
ſulæ motus proprij.

Non nè ergò verum eſt, quòd clau-
ſula motus proprij contineat negatiuã?
Certè quidem, ponamus modò, quòd
Papa non appoſuerit in reſcripro clau-
ſulam motus proprij, verum promulga-
uerit conceſſiſſe motu proprio; & iſtud
pars velit probare non nè continebit
meram affirmatiuam? profectò ita eſſe
negare nemo poterit, ergò dici poſſe
etiam affirmamus, quod ſicut clauſula
ex certa ſcientia probari poteſt per te-
ſtes, eodem modo, & ipſa clauſula mo-
tus proprij ſtante paritate rationis, ac
164 proprerea idem ius ſtatuendum eſſe. l.
illud. ff. ad l. aquil. l. à Titio. ff. de verb.
oblig. ſaltem ſubnectimus nos ex vi ex-
tenſionis.

165 Nam, etſi eſſemus in exorbitantibus,
in quibus nulla fieret extenſio. l. ſi verò.
§. de viro. vbi Rom. & alij. ff. ſol. matr.
c. quæ à iure. de reg. iur. in 6. differit dif-
fuſè Carroc. poſt hæc ſcripta viſus in
deciſ. 48. num. 6. cum ſeq. & ante eum
D. Anna filius in conſil. 84. num. 6. cum
ſequent.

Attamen cum non ſimus in materia
pœnali, ſed fauorabili (agitur enim de
166 amplianda limit. legis contrahitur. ff.
de pignor.) licebit nobis extenſionem
conſtituere ad notata per Bart. in l. ſi
conſtante in princ. in q. 8. ff. ſol. matr. &
per Doct. in d. §. de viro, cum alijs per
Imolam ſolidius demonſtratis in l. qui-
dam conſulebant. num. 15. ff. de re iud.
pro huiuſmet q. enucleat. de qua per
Cynum in l. nec quicquam. §. vbi decre-
tum. numer. 7. ff. de offic. proconſ. per
Bald. in c. 1. per quos fiat inueſt. indeq;
concludere, quòd ſicut clauſula ex cer-
ta ſcientia poteſt probari per teſtes eo-
dem modo, & clauſula motus proprij.

Nos autem qui à communi recedere
abhorremus, licet hanc poſtremã Imo-
læ opinionem deſuper adductis fulctam
amplecti non præter rationem minimè
diſpliceat, tamen habita pro vera gloſæ
concl. in d. c. ſi motu proprio, quod clau
ſula motus proprij non poſſit niſi per
ſcripturam probari, & admiſſa altera
contraria concl. in probatione clauſu-
læ ex certa ſcientia; quòd etiam per te-
ſtes, per tradita per Bellameram in d.
deciſ. 746. & reprobata glo. præcitata
in d. verſ. literarum. tex. in d. c. ſtatutum;
plures conſtitui poſſe caſus excogitaui-
mus ſic tamen diſtinguendo.

167 Nam aut loquimur in clauſula motus
proprij, aut in clauſula ex certa ſcien-
tia.

Primo caſu ſic erit ſubdiſtinguendũ,
quod aut talis clauſula motus proprij
eſt appoſita in reſcripto Principis, aut
in reſcripto alterius inferioris, ſed ha-
bentis poteſtatem diſpenſandi, aut non
habentis poteſtatem diſpenſandi.

168 In ſecundo caſu, quando eſt appoſita
in reſcripto Principis, & tunc iterum
ſubdiſtinguendum, aut tractatur de pro
batione ſcripturæ, & quòd in ea ſit in-
ſerta clauſula motus proprij, & tunc di-
camus nedum probari poſſe per ſcrip-
turas, verum quoque, & per teſtes. arg.
tex. in l. ſed ſi palam. §. fin. ff. de teſtam.

in l. cum proponeretur.ff.de leg. 2. cum
alijs per Bellamer.coaceruatis in mate-
ria probationis qualitatis reſcripti in d.
deciſ. 746.
169 Et horum quidem ratio afferri in prō
ptu poteſt;quia non tractatur de proba-
tione conceſſionis factæ motu proprio,
ſed qualitatis, de qua dum non poteſt
conſtare per ſcripturas,vt puta caſu for
tuito omiſſas, admictetur proinde pro-
batio per teſtes. l.teſtium.C. de teſtibus
cum agatur de probatione tenoris ip-
ſius conceſſionis.ad tex. in l. 1.C.de fide
inſtr. cum ſimilibus.
170 Aut verò tractatur de probanda cō-
ceſſione, quòd ſit facta cum clauſula
motus proprij, ea tamen in reſcripto
non expreſſa, & tunc ſiuè ſumus in re-
ſcripto Principis, ſiuè alterius inferio-
ris habentis poteſtatem diſpenſandi
non admictetur probatio per teſtes,ſed
dum taxat per ſcripturas. per tex. in l.
vnica C. de diuer. reſcr. & per tex. ſin-
gularem in l. 1.C.de diuer. offic. lib. 12.
cum alijs deſuper enunciatis.
171 Aut verò in reſcripto alterius infe-
rioris non habentis poteſtatem diſpen-
ſandi, & tunc agitur de re magni mo-
menti, & non poterit probari, niſi per
literas; aut verò de re parui præiudicij,
& parui momenti, & tunc talis clauſula
poterit probari etiam per teſtes.
172 Et ratio differentiæ ea ſit, nam in pri-
mo caſu Principis ſuprema poteſtas ex-
cludit hanc teſtium probationem vti im
poſſibilem, ſeu difficilem propter eius
authoritatem, ſecùs verò in ſecundo
caſu,in quo tanta non poteſt conſidera-
ri authoritas.
Hęc autem diſtinctio comprobari po
terit ex his quæ doct. tradidere in pro-
batione, coniugij carnalis vti ſcriptum
extat in §. illud.collat.6. in auth. quibus
mod. natur. effic. legit. quod æquipe-
173 ratur ſpirituali.l.de nobis.C.de Epiſc.&
cler. §. vlt. in auth.de nupt. Doct. enim
ſic diſtinxere in ea q. Nam ſi presbiter
174 tenens Eccleſiam domini, quàm dice-
bat ſibi collatam, ſed non haber literas
poſſit probare hanc collationem per te-
ſtes? De qua recenſuit Cynus in d. l.nec
quicquam.§.vbi decretum.num.8. verſ.
2. colligunt. ff. de offic. proconſ. & le-
gati.
175 Aut verò loquimur in conceſſione fa
cta cum clauſula ex certa ſcientia, &
tunc dicamus poſſe probari per teſtes,
176 vt dixit glo. in d. c. ſtatutum. ex quibus
reſultat differentia inter clauſulam ex
certa ſcientia, & clauſulam motu pro-
prio, cum hæc non poſſit probari, niſi
per ſcripturas, illa verò etiā per teſtes.
His tamen ſuperaddēdum putamus,
177 quòd geminatum reſcriptum ſicut ope-
ratur clauſulam ex certa ſcientia ſecun-
dum Io. And. in c. porrecta. de confir.
vtil. vel inut. Felin. in c. cauſam quæ. nu.
9. verſic. 10. in fine. extrà. de fide inſtr.
178 eodem modo reſcriptum geminatum
operatur clauſulam motus proprij. §. &
hoc verò iubemus. coll. 9. in authen. vt
nulli iud. ibi & ſecunda noſtra fiat de
hoc iuſſio. §. deinde competens. verſ. ſi
quis autem cui tale. in auth. de mand.
Princ. vbi glo. Felin. in c. ſi quando verſ.
geminatio 3. extrà. de reſcr. Bald. in l.
nec damnoſa. num. 1. C. de precib. Im-
per. offer. quem ſequuntur Alex. & Iaſ.
in l. ſi quis iniquum. ff. quod quiſq; iur.
hic ſub num. 6. ille verò ſub num. 4.
179 Hanc autem concluſ. intellexit Iaſ.
in d. l. ſi quis iniquum.num.6. nullam ha-
bere difficultatem, quando ſecundum
reſcriptum faceret mentionem de pri-
mo eum approbando tunc enim reſcri-
ptum geminatum haberet vim clauſulæ
motus proprij ſecundum Bald. ſingula-
riter in l.2. col. 2. verſ. item quod ſi im-
perator.C. de petitione bonorum ſubl.
lib.10.recenſuit Cotta in ſuis memora-
lib. in mem. incip. geminatio reſcripti.
180 Verum huic concluſioni videtur ad-
uerſari tex. in cap. conſtitutus.extrà.de
reſcr. in quo cognoſcitur de ſubreptio-
ne non obſtante reſcripto geminato,
ergò non operatur clauſulam motus
proprij,per quam vt ſupra vidiſtis tolli-
tur vitium ſubreptionis, ſed dicamus
huiuſmodi tex. non mææri allegari tri-
fariam reſpondendo.

Et

Digitized by Google

181 Et primo tex. ille non obſtat, quia
procedit fauore iuramenti, ſecundum
Iaſ. in d.l. ſi quis iniquum.

182 Secundo in eo tex. tractabatur de
præiudicio tertij, cui cum Papa non intendat
præiudicare.c. ſi propter. de reſcr.
in 6. cap. cum in Eccleſijs. de præb.
mirum non eſt, ſi cognoſcitur etiam de
ſubreptione.

Tertiò tex. ille nihil operatur, nam ſi
benè conſideretur ibi non tractatur de
ſubreptione duorum reſcriptorum, ſed
de ſubreptione vltimi reſcripti, & ſic ſumus
extra caſum geminationis; cuius
tex. autoritate penitus exploſa remanet
firma concluſio, quod geminatum
reſcriptum operatur clauſulam ex certa
ſcientia, & clauſulam motus proprij.

183 Et ratio ea eſt, quia actus geminatus
præſupponit reiterationem, & actus rei-
184 teratus præſupponit deliberationem.c.
ſi quis iratus.2.q. 3. cum alijs coaceruatis
per Dec. in conſ. 15. col. 1. & in conſ.
33. in princ.

185 Inde eſt, quod reddit etiam actus
diſpoſitionem efficaciorem. Bart. in l.
cum ſcimus. C. de agric. & cenſ. lib. 11.
idem Dec. in conſ. 10. num. 5. Gemina-
186 ta enim propoſitio nullo modo coar-
ctari poteſt. l. baliſta. ff. ad Trebell. l. 1.
§. fin. ff. quod quiſque iur. oſtenditque
187 maiorem voluntatem diſponentis. cap.
etſi Chriſtus. de iure iur. Caſtr. in conſ.
115. incip. ſuper primo nume. 1. in fine
vol. 1. Dec. in conſ. 113. incip. viſo tenore.
num. 4. 5. 6. Cran. in conſil. 101. incip.
præſupponitur. num. 42. Rota Auin. in
deciſ. 150. num. 3.

188 Itaq; cum geminatio ſit magni effectus.
d.l. Baliſta. vbi Doct. ff. ad Trebell.
& æquiparetur clauſulæ non obſtante
189 Butr. in c. 1. col. 4. verſ. ſaluari poteſt di-
ctum legiſtarum. de reſcr. & in c. quæ in
Eccleſiarum. col. pen. verſ. quandoque
eſt dubium. de conſt. Felin. in c. nonnulli.
col. 20. nume. 14. verſ. & ſic nota. extrà.
de reſcr. Dec. in d. conſil. 15. & 33.
in princip. & in conſil. 137. col. 1. circa
190 princip. Alexan. & Iaſ. in d. l. 3. ff. quod
quiſq; iur. & Cotta in d. memor. præcitato.
Propterea dicimus, quod geminatum
reſcriptum operatur clauſulā motus
proprij virture geminationis.

191 Quæ tanti eſſe ſolet, vt geminata cōfeſſio
faciat ceſſare exceptionem non
nnmeratæ pecuniæ. glo. in verſ. opponi
tex. in l. in contractibus. §. de illis. C. de
non num. pecun. eam exornat Iaſ. in §.
in perſonam. num. 50. inſtit. de action. licet,
quatenus hæc geminatio reſpectu
192 tertij promictentis operetur excluſionem
exceptionis non numer. pecuniæ
glo. opinionem ſibi diſplicere dicat, ſecus
verò reſpectu einſdem debitoris. de
cuius articuli diſcuſſione tractatur per
Aret. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus.
ff. de verb. oblig. num. 10. Socc. Senior.
in cōnſil. 67. incip. circa primam
in fine vol. 1.

193 Secundo geminata ratificatio facit
ceſſare tex. in l. 2. C. de reſcin. venditione.
glo. in d. c. ſi quis iratus. plura effundit
Dec. in conſil. 180. poſt numerum
194 quintum. Dummodo tamen ſit conſenſus
certus, determinatus, & particularis,
vt adnotauit Decius in conſil. 60. &
Ludou. Molina latè in lib. 2. de primog.
Hiſpan. c. 3. num. 18. cum ſeq.

195 Idq; exui actus geminati, ratificans
enim videtur deliberatè contrahere.

196 Quam conclnſionem obiter per nos
tactam limitabimns non procedere ſi in
vtroque contractu ratificatione approbaro
appareret delæſione, nam tunc
habita abſolutione inramenti ab vtroq;
iuxta tex. & ibi notata in cap. 1. de iure
iur. Porerit agi remedio tex. in d. l. 2.
per tradita per Iacobinum in l. 1. C. de
errore calculi, vt in hoc noſtro etiam
ſupremo Conſil. deciſum teſtatur Præſes
de Franchis in deciſ. 243.

197 Demum quamuis cautio ſine cauſa
ſit omnino inefficax. l. cum de indebito.
198 in fine. ff. de probat. Tamen quando eſt
geminata obligar, ex quo præſumitur
199 cauſa. Felin. in c. ſi cautio. nnm. 1. & 14.
de fide inſtrum. etiam ſi ſit obligario na-
200 turalis, ea erenim, & ſi non pariat actionē.
Alex. in rubr. ff. de verbor. obligat. &
201 in l. iuriſgentium. §. ſed cnm nulla. ff. de
pact.

202 pact. cum pactum nudum non obliget,
tamen quando obligatio naturalis eſt,
203 geminata parit act. Ang. in l. fin. C. ad l.
Falcid. & pactum nudum geminatum
204 operetur actionem. l. 1. §. debitum. ff. de
conſt. pecun. Bald. in d. l. fin. Ang. & Sa-
lic. in l. petens. C. de pactis plura tradit
Felin. in d. c. ſi cautio. à nu. 39. cum ſeq.
205 Poſtremò ſubiungendum non abs re
prædictis arbitramur quæ de certa ſcie-
tia ſuperius annotauimus ſatis referre
quid confirmari ex certa Principis ſcie-
tia, vel quid confirmari in forma cõi.
206 Primo enim caſu, id quod ex ſe ipſo
nullum eſt ſi ex certa conſcientia con-
ceditur validum erit. cap. primo. vbi
ſcribentes. extrà de tranſ. cap. veniens.
vbi glo. in verſ. confirmamus. eod. tit. l.
adoptio. ff. de adopt. Bart. in l. more. nu.
5. quem ſcribentes cõiter ſequuntur. ff.
de iuriſd. omnium iud. Felin. plura refe-
rens in c. inter dilectos. nu. 6. & Dec. nu.
16. de fide inſtr. in c. 1. de confirm. vtil.
vel inut. nume. Paris. multa receuſens in
conſ. 3. nu. 38. vol. 4. Gram. in conſ. ciuil.
115. nu. 4. Gozad. in conſ. 62. num. 15.
207 Secundo verò caſu ſecus, nam quando
cõfirmatio eſt facta in forma cõi tunc
actui valido tũ robur pſtat. c. fi. vbi glo.
& ſcribentes. de confir. vtil. vel inut. c.
diuerſitatem. vbi glo. & ſcribentes. de
conceſſ. præb. Specul. in tit. delegato.
§. nunc oſtendendũ. verſ. 11. nu. 8. Hoſt.
in tit. de confir. vtili vel inutili, verſ. quis
ſit effectus. Alex. in conſ. 123. num. 18.
& 22. vol. 4. Dec. in c. 1. nu. 5. vbi plura de
confir. vtili vel inut. Paris. in d. conſil. 3.
nu. 36. vol. 4. Molina de primog. Hiſp. c.
208 7. nu. 7. cum ſeq. lib. 2.
Reliquum eſt vt hoc in loco tradamus, quando elici poſſit vt Princeps
concedat ex certa ſcientia, & in forma
209 ſpeciali, & quando in forma communi?
Quò circa conſtituendum erit tunc
quid ex certa ſcientia, ac in forma ſpeciali conceſſum cenſeri, quando Princeps plenè informatus de facto, atque
210 eiuſdem facti circunſtantijs concedit,
vel quando tenor rei confirmatæ eſt in
confirmatione inſertus tex. eſt vbi Abb.
nu. 1. & 2. cæteriq; ſcribentes in c. venerabilis, de confirmatione vtil. vel inut.
& ibi Dec. ſub numer. 1. tex. vbi Felin.
ſub num. 6. & 7. in d. cap. inter dilectos.
de fide inſtr. Dec. in c. 1. de confir. vtili vel inut. latiſſimè Pariſ. in d. conſil. 3.
num. 46. cum ſeq. vol. 4. e docuit D. Anna filius in conſil. 51. num. 7. Etenim in
211 totum omnia quæ animi ſui deſtinatione agenda ſunt non niſi vera, & certa
ſcientia perfici poſſunt: verba ſunt iure
conſulti in l. in totum ff. de reg. iur.
212 Hinc inferendum, quod confirmatio
ſubreptitia etiam cum clauſula ex certa
ſcientia facta non valet ſecundum Bald.
in l. fin. num. 7. C. ſent. reſc. non poſſe.
213 In quo tex. etiam edocuit. quod clauſula ex certa ſciẽtia nihil operatur in his
quæ ſunt factis, & in his, quæ Princeps
214 pſumitur ignorare, ſed benè ſuũ porrigit effectum in his, quæ in iure conſiſtũt
de quibus præſumitur Princeps certam
215 habere ſcientiam. Conſuluit Corn. in
conſ. 189. num. 6. vol. 4. Alex. in conſil.
125. num. 13. vol. 2. Felin. in c. cum inter. num. 5. de except. & in c. 2. num. 56.
de reſcr. & in c. nonnulli. num. 12. circa
finem. eod. tit. Dec. in d. c. 1. num. 7. de
de confir. vtil. vel inutil. & in d. l. in totũ.
num. 6. ff. de reg. iur. idem in c. ad hæc.
num 5. de reſcr. & in conſ. 142. num. 70.
Paris. in d. conſ. 3. num. 59. cum ſeq. vol.
4. Curt. Iun. in conſil. 170. num. 31. Ripa
in lib. 2. reſponſ. c. 6. num. 10. in tit. de
reſcr. &. in lib. 3. c. 18. num. 6. cum ſeq.
Socc. Iunior. in conſil. 72. num. 126. vol.
1. Rol. à Valle in conſil. 2. num. 160. cum
ſequ. vol. 2. Quos recenſet doctiſſimus
Molina in præcitato c. 7. num. 15.
216 Tandem id omittendum non erit,
quod quando confirmatio fit cum clauſula motus proprii cenſetur confirmatio facta in forma ſpeciali. d. c. venerabilis. de confir. vtil. vel inut. quod quid
operetur paulò ante demonſtrauimus,
de qua materia tangitur per eruditiſſimum d. Fabium de Anna in conſil. 44.
num. 69. cum ſeq. & in conſil. 66. nume.
41. cum ſeq.

SVM-

SVMMARIVM.

1 Decernimus, ſtatuimus, & mandamus quid importent perpenditur.
2 Verbum decernimus, & verbum ſtatuimus idem important.
3 Ius nouum per vtrumque verbum inducitur.
4 Ius nouum num inducatur ſi per alia iura fuerit quid declaratum.
5 Verbum decernimus eſt iuris noui inductiuum.
6 Verbum ſtatuimus ius nouum inducit in Principis reſcripto.
7 Innouari tunc dicitur, quando quid per prius ſtatutum erat.
8 Princeps quando debeat vti verba innouamus in reſcripto.
9 Pronunciatum, & ſtatutum dicere idem eſt.
10 Pronunciaſſe, & ſtatuiſſe vſus promiſcuus eſt.
11 A proprietate verborum non erit recedendum.
12 Statui quando propriè dicatur.
13 Pronunciari quando propriè dicatur.
14 In dubio verbum ſtatuimus propriè eſt intelligendum.
15 Merum habens Imperium poterit vti verbo ſtatuimus.
16 Eſt caſus qui eſt de Imperio.
17 Verbum decernimus importat neceſſitatem.
18 Verbum ſtatuimus importat neceſſitatē.
19 Verba prædicta num quandoq; importēt Conſilium.
20 Subiecta materia indicabit num importet neceſſitatem, vel conſilium.
21 Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda dicendi.
22 Non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus.
23 Verbum mandamus num importet neceſſitatem.
24 Lex quando eſt præcepti ſi quis contrauenerit peccat mortaliter.
25 Num peccet mortaliter contrauenieus legi quando eſt de Conſilio.
26 Diſcutitur doctr. Diui Thomæ in 2. 2. q. 186. art. 9.
27 Omnis contrauentio non inducit mortem naturalem.
28 In dubio verba l. ſemper important præceptum.
29 In hoc præſenti indultus materia verba num ſint loco præcepti, vel conſilij diſcutitur.
30 Princeps dum vſus eſt verbis prædictis ius condit commune.
31 Verbum volumus per Principem in reſcripto num inducat legem.
32 Quicquid Principi placuit l. habet vigorem.
33 Diſpoſitio eſt iuris noui introductiua, quando Princeps vtitur verbo volumus.
34 Princeps quando ſtatuit per verbum mando facit legem.
35 Mandatum differt à conſtitutione.
36 Mandatum differt à Præcepto.
37 Mandatum morte expirat, ſecus verò præceptum.
38 Mors eſt mandati mandatum, morſque iubentis.
39 Verbum mādamus in Principis reſcripto inſertum poterit ius nouum inducere.
40 Subiecta materia ſuadebit an diſpoſitio ſit iuris noui introductiua, & num neceſſitatiua præcepti, vel conſilij.
41 Verbum rogo de ſui natura eſt deprecatiuum.
42 Verbum rogo aliquando ponitur præceptiuè.
43 Fidei commiſſum num inducatur per verbum rogo.
44 Verba potes, & debes num imponant neceſſitatem in contractibus, & quid in iudicijs.
45 Quid item in vltimis voluntatibus.
46 In caſu dubio quo nam pacto ſit diiudicanda diſpoſitio præceptiua, nè, vel conſilij.
47 Traditur in hoc regula generalis.
48 Indultus hic num ſit iuris noui introductiuus.
49 Quò ad materiam hic indultus non eſt iuris noui inductiuus.
50 Hic indultus quò ad effectum non eſt iuris noui introductiuus.

Hic

51 Hic indultus quo ad exercitium effectus non eſt noui iuris introductiuus.
52 Leges ad futura ſuum porrigunt effectũ.
53 Leges etiam ad præterita trahuntur, ſi nominatim, & expreſſè ſancitum ſit.
54 Indultus hic ad præterita delicta extenditur.
55 Indultus iſte excludit delicta futura.
56 Lex cum in præteritum quid indulget in futurum vetat.
57 Abolitio non comprehendit delicta futura.
58 Vtilitas publica non debet lædi.
59 Occaſio delinquendi non debet dari, & num. 60.
61 Recenſetur Catilinæ edictum.
62 Bannum non comprehendit delicta futura, ſed præterita, & præſentia tempore promulgationis banni.
63 Facultas nominandi non comprehendet delinquentes poſt bannum.
64 Bona futura non veniunt in publicatione.
65 Facultas nominandi intelligenda de eo in quem cadit nominatio.
66 Subnectitur diſtinctio ſubtilis, ac notabilis pro reſolutione prædictæ quæſtionis.
67 Indulgentia tunc erit cum præcedit ordinatio generalis.
68 Lex noua non prodeſt delinquentibus carentibus qualitatibus per bannum requiſitis.
69 Lex noua non porrigitur ad futuros homicidas.
70 Quod ignoratur non videtur remiſſi.
71 Differt ſecuritas obtempta de proceſſibus à ſecuritate obtempta de delictis.
72 Prohibitum eſt lege homines delinquere.
73 Delictorum materia præcedit hunc indultum.
74 Indultus iſte ad præterita, & non ad futura ſuum operabitur effectum.
75 Quando aliqua non præcedit ordinatio, & agitur de reformatione rei diſpoſitio trahitur ad futura.
76 Noua forma nouæ adaptatur materia.
77 Lex quando præcedit materia refertur ad futuros caſus.
78 Bannum contra vendentes bona vetera recenſetur, & deciditur.
79 Bannum inueniens materiam delicti de nouo non habet oculos retro.
80 Hunc indultum concernere delictorum præteritorum remiſſionem concludit author.
81 Indultus iſte num reſpectu cancellationis ſit noui iuris introductiuus, & num comprehendat futura.

Decernimus, ſtatuimus, & mandamus.

CAPVT II.

CVM Rex noſter
inuictiſſimus hũc
1 generalem im-
partiatur indul-
tũ adhibens ver
ba, Decernim⁹,
ſtatuimus, & mã
dam⁹ neceſſariũ
eſſe duximus p̃-
dictorum verborum naturam, vim, &
eſſentiam perpẽdere, nequid intactum
remaneat.
Propterea adnotandum eſt eandem
2 vim habere verbum, decernimus, & ver-
bum ſtatuimus, ſecundum Cardin.
in clemen. 1. de cauſa poſſ. & propriet.
Abb. in c. decernimus. num. 10. extrà.
de iudic.
Idque ea ratione, quia per vtrumque
verbum ius nouum inducitur, idẽ Abb.
3 in c. ſi quis contra clericum. numer. 14.
verſ. ad hoc alleg. extrà. de foro com-
pet. niſi tamen per alia iura fuiſſet de-
claratum, ita idem Abb. in c. cum ſuper.
in princ. extrà. de ſepult. citatus per Fe-
4 lin. in c. ſuper quæſtionum. §. verum. nu.
8. extrà. de off. deleg.
Diximus, quòd per utrumque verbũ
ius nouum inducitur; nam ſi primum
5 verbum, decernimus penſamus: non
ambigendum eſt, quin ſit verbum iuris
noui inductiuum, ſicuti tradidit glo. ex
eod. tex. in c. decernimus. extrà. de iu-
dic. eadem glo. in verſ. decernimus. ex-
trà.

tra: de iudic. eadem glo. in verſic. de-
cernimus. tex. in clem. fin. de ætate, &
qual. clem. 1. vbi Card. in princ. verſic.
quinto noto. de cauſa poſſ. & propr. de
ſuper citata glo. in verſic. decernimus.
tex. in clem. per literas de præb. eadem
glo. in verſ. decernimus. tex. in clem. 2.
de appell. glo. in verſ. deinceps. tex. in
clem. eorum. de regul. Card. in clem. 1.
q. 2. de reb. Eccl. alien. vel non. & tandē
Abb. & Felin. in d. c. decernimus. hic
ſub num. 10. Ille vero ſub numer. 20. ex
quibus deſtendit idem ius ſtatuendum
eſſe in verbo ſtatuimus.

6 Per quod quidem verbum ſi per Prin-
cipem reſcribitur, ius nouum induci-
tur. glo. eſt ſingularis in verſ. ſtatuimus.
tex in c. vt litigantes. de offic. ordin. in
6. quo in loco collegit, quod in caſu il-
lius tex. noua dicatur conſtitutio, cum
S. P. non vſus ſit verbo innouamus, ſed
vt verborum proprietas vſus deſeruiat,
7 ius antiquum habeatur, id enim dicitur
innouari, quod per prius ſtatutum erat:
arg. tex. in c. ſi quis Romipetas. & cap.
paternarum. 24. q. 3.

8 Et hoc caſu Princeps reſcribens de-
bet vti verbo innouamus. extrà. de tre-
gua, & pace. aſſeuerat clarius glo. in ver.
ſtatuimus. tex. in clem. literas. de retcr.

9 Et quando dicitur quid ſtatutum vi-
detur dici pronuntiatum, cum pronun-
tiatum, & ſtatutum idem nuncupari
poſſe ex Vlpiani reſponſo in l. pronun-
ciatum. ff. de verb. & rerum ſign. excce-
ptum eſt.

10 Promiſcuè enim inquit Vlpianus, &
pronunciaſſe, & ſtatuiſſe ſolemus eos
qui ius habent cognoſcendi.

Idem quoq; colligitur ex tex. in l. ex
ſtipulatione. & in l. poſt ſententiam. C.
de ſent. & interlocut. omn. iud. etenim
in tex. in l. ex ſtipulatione Imperator
vtitur verbo pronunciatum eſt, ibi, qua
propter ſi nihil cauſa cognita ſecundū
iuris rationem pronunciatum eſt, & in
tex. in l. poſt ſententiam adhibet verbū
ſtatuta, ibi de quæſtione, quæ iam deci-
ſa eſt ſtatuta rei iudicatæ non obtinent
authoritatem, nam nec de poſſeſſione
pronunciata. Similis huic eſt tex. in l. ſi
vt proponis. C. de exec. rei iud. dum in-
quit Imperator ſi (vt proponis) rerum
iudicatarum executor datus partes ſibi
iudices vendicauit, & contra ea, quæ
pridem pro partibus ſuis fuerunt ſtatu-
ta, aliquid pronunciandum putauit ſen-
tentia ab eo dicta cum rei iudicatæ ob-
tinere nequaquam poteſt; & tandem
adducimus tex in c. in his. extrà. de ver.
bor. & rerum ſignificatione, & voluit
glo. in verſ. ſtatuimus. tex. in c. cum ab
vno. de ſenten. & re iud. in 6. Ex quibus
liquet promiſcuus horum verborum ad
inuicem vſus.

11 Quamuis ſi verum amamus, & ſi à ver
borum proprietate recedere nolimus.
ad tex. in l. non aliter. ff. de leg. 3. l. 1. §. ſi
is, qui nauem. ff. de exerc. actione, cum
alijs per Alciatum adductis in l. nepos
proculo vbi de huius regulæ enodatio-
ne. ff. de verb. & rerum ſignificatione.

12 Id propriè ſtatui dicitur, quod in cōi
generaliter decernitur. ad hoc expen-
dimus tex. in l. cum clericis. §. ſtatuimus.
C. de Epiſc. & cler.

13 Pronunciari autem propriè dicimus
in ſententijs, quæ inter partes feruntur,
vti tradidit glo. in d. c. pronunciatum.
Nota de tex. in d. l. ex ſtipulatione, & in
l. 1. ff. de re iud.

14 Sed aduertendum putamus, quod
quando propriè ſtatuendi verbum ſu-
mimus, ſicuti in dubio ſic ſumendum
eſſe conſulimus per tex. in l. 1. §. is quo-
que. ff. de actio. & oblig. Huius verbi
15 vſum illi conceſſum eſſe, qui merum ha-
bet Imperium, nulli enim qui ſtatuendi
non habet facultatem interdicere pa-
tria cuiquam permittitur. l. nulli. C. de
ſent. & interloc. omn. iud. notatur in l.
16 Imperium. ff. de iuriſd. omn. iud. Hic
eſt caſus qui eſt de Imperio. l. illicitas.
§. qui vniuerſas ff. de offi. præſ. nimirum
ſi ſolus Princeps vtatur.

17 Hiſce ſubnectendum erit, quod quā-
uis verbum decernimus importet ne-
ceſſitatē c. denique. §. hæc & ſi legibus.
ibi decretam neceſſitatem importat. 4.
diſt. vbi Archid. idem Archid. expreſſè

notat. in c. 1. verſ. decernimus. 76. diſt.
Abb. Butr. & cæteri inter quos præci-
puè Felin. ſub num. 8 verſ. item quia. in
c. nam concupiſcentiæ extrà. de con-
18 ſtit. & eandem neceſſitatem importet
verbum ſtatuimus, vt ex ſuperius addu-
ctis colligi poteſt, tamen id non vſque
quaque admiſti verum eſt, cumquan-
19 doque non importet neceſſitatem, ſed
conſilium, vt conſiderauit glo. in verſ.
ſtatuimus declarando tex. in cap. ſuper
quæſtionum. §. verum, vbi Abb. in fine.
num. 4. & Felin. ſub num. 8. verſ. glo. in
verſ. ſtatuimus extrà. de offi. & pot.
20 iud. deleg. qui concludunt ex ſubiecta
materia totum decernendum eſſe, num
quid veniat inferre conſilium, vel ne-
ceſſitatem.

Quòd clarè quidem colligitur ex in-
terpetratione glo. & Doct. in c. 1. extrà.
21 de vita & hon. cler. & comprobatur re-
gula iuris, quod intelligentia dictorum
ex cauſis eſt aſſumenda dicendum, quia
22 non ſermoni res, ſed res eſt ſermo ſub-
iectus. c. intelligentia. extrà. de verb. &
rerum ſignific.

Ex qua ſubiecta materia elicietur, quod
quamuis verba ſtatuimus, & decerni-
mus importent neceſſitatem, ſicut eun-
dem neceſſitatis effectum parit verbum,
23 mandamus, ſecundum glo. in verſ. ne-
ceſſitatem, tex. in l. ſæpe. ff. de offic. Præ-
ſid. Abb. Imola. Butr. & Felin. in d. cap.
nam concupiſcentiam. hic ſub nume. 5.
Attamen ſi ſubiecta materia indicabit
vnumquodq; verbum poteſt importare
conſilium, vti latè exornauit Felin. in d.
c. nam concupiſcentiam.

Adeò, quod ſicuti quis peccat mor-
taliter ſi contrauenerit l. diſpoſitioni,
24 quando tamen eſt præcepti, pari modo
excuſabitur, quando l. erit conſilij, vti
25 diſtinctè dilucidat Felin. loco antedi-
cto & ſi tamen in caſu, quo nõ cõſtat an
materia. l. ſit præcepti, vel conſilij, &
poteſt ad vtrumque ſe habere. veputa ſi
loquatur per verba communia, nempe
26 ſtatuimus. decernimus. vel quid ſimile,
D. Thomas in 2. 2. q. 186. art. 9. voluit
contrauenientem non obligari ad mor-
tale, idq; ea ratione, nam ſicut non om-
nis contrauentio inducit mortem na-
27 turalem, ita non debet inducere mortẽ
æternalem.

Cuius contrarium Felin. in d. c. nam
concupiſcentiam. num. 8. verſ. 3. limito.
videtur tenere ex eo, quia quoties ra-
tio ſubiectæ materiæ, vel verba ipſa non
demonſtrant, num l. ſit loco præcepti,
28 vel conſilij ſtatuta in dubio ſemper im-
portant præceptum, quod ex Archid. in
d. §. hæc etſi legibus Butrio, & Imola ex-
cerpſit. Inde ex regula tex. in c. ſi quis.
extra. de maior. & obed in verſic. non
obedient. & in c. qui reſiſtit. 11. q. 3. con-
cludit, tranſgreſſores mortaliter pec-
care.

At cum in huius indulcus interpetra-
tione id non veniat diſputandum, cum
de publico tractetur beneficio, & ſic nõ
de contrauentione in hoc articulo no-
ſtrum, & ſi exiguum non interponemus
iudicium contenti hæc perfunctoriè
meminiſſe.

Maximè, quòd in hoc generali indul-
tu non erit dubitationi locus, quin ſint
29 loco præcepti adiecta, quibus dum Prin-
ceps vtitur ius condic commune. ſecun-
dum Innoc. in c. fin. extrà. de his, quæ
30 fiunt à maiore par. cap. cuius dictum re-
cenſet Felin. in loco præmonito, c. de-
cernimus. in fine.

Denique præfatis quæ nos deduxi-
mus ad demonſtrandum nouum ius in-
duci per diſpoſitionem præcedentibus
verbis circumſcriptam, Adijcimus eiuſ-
31 dem effectus eſſe verbum volumus per
Principem in reſcripto adhibitum, nam
per tale verbum nedum vult oſtendere
32 indultum hunc eſſe legem, ex quo quic-
quid Principi placuit l. habet vigorem.
l. 1. in princ. C. de conſt. Princ. §. ſed &
quod Princ. inſtit. de iure natur. gent. &
ciu. l. 2 §. nouiſſima. ff. de orig. iur. Bald.
in c. 1. col. 7. verſ. volumus, vt regalia. de
pace conſt.

Verum quoque quod ſit l. iuris noui
33 introductiua, vt per glo. in clem. 1. de
offic. Vicar. & in clem. 1. de rerum per-
mut. in c. fin. de verb. & rerum ſignifica-
tione

tione in 6. latè per Abb. in c. fin. extrà.
qui fin. ſint legit. in c. cum te. de re iud.
& in c. ex ratione. col. 1. vlt. not. extrà de
appell. eiuſdem legis ſignum erit ſan-
ctio per verbum, mandamus, ordinata.
34 Nam, & ſi mandatum differat à con-
ſtitutione. l. annonam. in princ. ff. de var.
35 & extraord. cogn. & mandare differat
36 à præcipere. & ſic mandatum à præce-
pto, vt per glo. in verſ neceſſitatem. tex.
in l. ſæpe. ff. de offic. præs. quia man-
37 datum morte expirat, præceptum ve-
rò nequaquam. cap. fin. autem. extrà. de
reſcr. c. quoniam Abbas. extrà. de off.
deleg. glo. in l. & quia. ibi, vel præce-
pto. ff. de iuriſd. omn. iud. notatur. in c.
cum venis ſent. extrà. de teſtib. glo. in
c. quod præcipitur. 14. q. 1. & c. dudum.
18. q. 2. Specul. in tit, de iud. deleg. §. re-
ſtat. ver. quid ſit, & Innoc. in c. licet. de
offic. deleg. Nacta in clem. ſæpè. num.
66. de verb. ſignific. inde verſus.

Non cadit Imperium per mortem
præcipientis.

38 Mors eſt mandati mandatum, morſq;
iubentis. Abb. in l. mandatum. C. mand.
Tamen quando verbum mandamus
eſt inſertum in Principis reſcripto vtiq;
poterit ius nouum introducere.
39 Præterea cum controuerti poſſit.
quando per præcitata verba ſtatuimus,
decernimus, mandamus, volumus, in-
ducatur nouum ius nec ne? operepre-
tium eſſe duximus hoc in loco aliquas
conſtituere concluſiones, ex quibus ha-
bebitur vera huiusq. interpetratio.
40 Itaq; illud in primis aduertendum
eſt, quòd ſubiecta materia eſt illa quam
inſpiciendam eſſe ſuademus. hæc eſt
quæ deſignabit, num diſpoſitio ſit iuris
noui introductiua, & num neceſſitatiua
præcepti, vel conſilij.
Hinc dependet, quod ſi materia eſt
noua erit diſpoſitio iuris noui inducti-
ua, ſi verò eſt antiqua tunc ex materia,
& verbis diiudicandum eſſe cenſemus
in ſequentes gloſæ doctr. in verſ. cenſe-
mus. tex. in clem. 1. de conceſſ. præb. &
in clem. exiui. de verb. & rerum ſignifi-
catione.

41 Hanc primæuam concluſionem com
probant, quæ doctores voluere de ver-
bo, rogo, quod quidem, quamuis de ſui
natura non ponatur niſi deprecatiuè. l.
ſerui mei rogatu. ff. de neg. geſt. tamen
42 aliquãdo præcip tiuè ponitur, arg. ſum-
pto à materia, ita edocuit glo. in verſic.
rogo. tex. in c. rogo. 11. q. 3.
Proximus his caſus erit tex. in l. cum
pater. §. rogo ff. de leg. 2. in l. vnum ex fa-
milia. §. rogo ff. eod. tit. in l. ex facto. §. ſi
qs rogat⁹. ff. ad Trebell. in quibus quidẽ
43 tex. patet per verbum, volo, à teſtatore
adhibitum induci fideicommiſſum. ex-
plicauit ſimili modo. glo. in c. humanũ
ius. 1. diſtin.
Id & 2. comprobemus, quod quam-
44 uis verba potes. & debes appoſita in cõ-
tractibus, & iudicijs non imponant ne-
ceſſitatem. d. l. ſæpe audiui Cęſarem, vbi
45 glo. ff. de offic. præs. quod ſecus erit in
vltimis voluntatibus. l. fideicommiſſa. §.
ſi quis ita. ff. de leg. 3. vbi Accur. tamen
ratione ſubiectæ materiæ ſolam hone-
ſtatem, non neceſſitatem importabunt.
c. 1. vbi glo. in verſic. omnino debet.
vbi Abb. de deſp. impub. glo. in verbo
debeant. tex. in clem. attendentes. de
ſtatu Monach.
Et propterea aliquando exponitur
pro poteſt. glo. in verſic. debet. tex. in
l. obſeruare. §. fin. ff. de offi. proconſ. glo.
in l. creditores. C. de pignor. cum alijs
tam in hoc verbo poteſt, quam in verſ.
debet allegatis per Marſ. in l. 1. numer.
234. cum ſeq. C. de raptu virg. ſubiecta
igitur materia eſt illa, quæ antedictis
verbis tribuet iuris noui introductio-
nem.
46 Secunda erit concluſio in caſu dubi-
tabili, & tunc eò fortius recurrendum
erit ad materiam ſubiectam, nec non
ad proprium verborum ſignificatum,
ſicuti elicitur ex Bart. in l. omnes popu-
li. num. 58. & 59. ff de iuſt. & iure.
Tertio ad æthimologiam, vt in l. 1. ff.
de teſtam. in c. cum ſecundum. de præb.
Et quarto ad ius de eo expreſſum,
Abb. in d. c. decernimus num. 20. extrà.
de iudic. & hæc quò ad regulam gene-

ralem, dicta ſint.
Nunc autem quò ad hunc noſtri in-
47 dultus caſum ſi quæratur, num is ſit iu-
ris noui introductiuus, nec ne? nos no-
ſtro quidem iuditio ita diſtinguendo
reſpondendum putamus.
Quod aut conſideramus ſubiectam
48 materiam, aut eiuſdem abolitionis effe-
ctum: ſi conſideramus cauſam, ſeu ſub-
iectam materiam, & tunc erit fatendũ,
hunc noſtrum indultum non eſſe iuris
noui introductiuum, ex quo vt ſuperius
fundauimus in q. 1. hæc noſtra genera-
lis indulgentia æquiperatur generali
abolitioni, quæ quidem generalis abo-
litio iam per noſtras ſacratiſſimas leges
nobis tradita fuit, toto tit. ff. de abolit.
& C. de gener. abolitione, ex quo ſe-
quitur, quod materia ſit antiqua, reſpe-
ctu cuius hic indultus non poteſt legiti-
mè dici, quod ſit iuris noui inductiuus,
arg. notatorum in ſimili per gloſ. in ver.
cenſemus tex. in clem. 1. de conceſſio-
ne præb.
50 Aut verò conſideramus abolitionis,
ſeu eiuſdem indultus effectum, & tunc
vtique ad huc poterit dici non eſſe iuris
noui introductiuus ex ſuperius per nos
annotatis, ſed quatenus eiuſdem indul-
51 tus effectum in exercitium deductum
introſpicimus, quod reus Principe per-
mictente non puniatur, & quatenus eũ
à quolibet reatu, & à qualibet delicti
pęna ex iuris diſpoſitione, ac prouincia-
lium ſanctionum abnoxium Regis inui-
ctiſſimi beneficio relaxatum conſidere-
mus erit vtique hic indultus iuris noui
introductiuus.
Ex primo itaque huius diſtinctionis
capite inferendum eſt, quod cum hic
indultus ſit in ratione antiqua funda-
tus, ipſeq; à retrò actis legibus inuentus
52 ſub abolitionis vocabulo, & certi ad huc
iuris ſit, legem non ad præterita, ſed ad
futura ſuum porrigere effectum, leges
enim, & conſtitutiones futuris certum
eſt dare formam negotijs. l. leges, & con
53 ſtitutiones. la 2. C. de leg. Non autem ad
facta præterita reuocari, niſi tamen no-
minatim, & de præterito, & adhuc de
pendentibus negotijs cautum ſit. d. l. le-
ges, & conſtitutiones, de quo latè per
Bart. cæteroſq; in l. omnes populi. q. 5.
principali. ff. de iuſt. & iure, ſequetur,
54 quòd ad huc conſtituamus hunc gene-
ralem indultum reſpectu huius caſus eſ-
ſe iuris noui introductiuum, tamen a-
ctenta ratione ipſius antiqua deſuper
ponderata, & propterea ad delicta præ-
terita extendi, cum quoque quia indul-
tus ipſe ſpecificè caueat de delictis ha-
ctenus à die publicationis perpatratis,
vt ex verbis illis eiuſdẽ indultus liquet,
ibi, in quibuscunque criminibus, ac de-
lictis ad hodierna die retrofactis, vel
commiſſis; proinde iuxta glo. doctr. in
d. clem. 1. de præb. neceſſe eſt vt fatea-
mur hunc indultum ad præterita deli-
cta extendendum eſſe.
55 Sed reſultat ex hac concluſione alia
notabilis concluſio, quod dum hic in-
56 dultus hunc caſum præteriti temporis
includit, excludit caſum futurum, lex
enim cum in præteritum quid indulget
in futurum vetat. l. cum lex. ff. de legi-
bus. ſicq; in noſtra materia deciſum re-
liquit Imperator in l. 1. & 2. C. de gen.
abolitione, dum in l. 1. inquit cũ eo tẽ-
pore quo indulgentia noſtra crimina
extinxit, accuſatio à te inſtituta non
fuerit publicæ abolitionis præſcriptio
ceſſat. in l. 2. qui potentatus, & uis alio-
rumq; criminum reum fecit, ſi poſt abo-
litionem ex forma ſolita reorum factã,
& poſt edicta propoſita intra diem ſta-
tutum repetere ſuperſederit proſequi
crimina volens nõ eſt audiendus, & hoc
communi calculo per Doct. admictitur,
inter quos primo Cynus in d. l. leges.
la 2. C. de leg. Bart. in l. cum lex. ff. eod.
tit. Anch. in c. canonum ſtatuta circa fi-
nem. extrà. de conſtit. Fulg in l. 3. C. de
Epiſc. & cler. Ang. in conſil. 67. Dec. in
conſil. 67. incip. ex themate. Clarus in
§. fin. lib. 5. q. 59. Nellus in tract. banni-
torum. in 2. parte primi temporis. q.
vlt. & in 3. parte 2. temporis. num. 38.
cum ſeq. ex noſtris voluit Foller. in cõ-
ment. Prag. de exulibus. num. 7. & inibi
per Carau. ſub num. 100.

Et

57 Et ratio eſt, quia abolitio non com-
prehendit delicta futura.l.ſi vnus.§.illud
vbi omnes notant. ff. de pact. Bald. in l.
reſcripta.col. 2. verſ. vlterius oppono,
vbi Iaſ. numer. 8.& Caſtr. C. de præcib.
58 Imper.offer.& ratio q.a læderet publicã
vtilitatem, & daretur occaſio delinquẽ-
59 di, contra tex.in l. conuenire.ff.de pact.
dot. exornatur per Decianũ in tit.abo-
litio quando imped. accuſ. lib.3.nume.
48.& 84. & per Farin. in tit. de inquiſi-
tione.q. 6. num.57.
60 Ideo Catilina de vi damnato, & ho-
ſte cum Manlio iudicato, cæteræ mul-
titudini, quæ eum ſecuta erat, parcens
ſenatus diem ſtatuit, antequam ſine
fraude liceret ab armis diſcedere citra
condemnatos rerum capitalium. Petr.
Gregorius Syntag. iur. ſub tit. de abo-
litione crimin. c.20. num. 13. verſ. ideo
Catilina.f. mihi 285.
61 Hinc eſt, quod bannum emanatum
non comprædẽdit niſi remiſſionem de-
lictorum præteritorum, & præſentium
tempore tamen ipſius publicationis
banni, non autem interpetrationem ca-
piet quò ad delicta futura. Bart. in d. l.
cum lex.ff.de legibus.
61 Propterea deciſum in Regno fuit te-
ſte Præſide de Franchis in deciſ. 360.
quod tributa facultate nominandi de-
linquentes poſt bannum vigore banni
generaliter loquentis non licet eos no-
63 minare, quia ſicut in publicatione bo-
norum non veniunt futura, ſingularis
eſt glo. in l.nam ad ea ff.de cond.& de-
monſtr. Bald.in l.1. nume. 22. C.de hæ-
red. inſtitnend. pari modo non com-
præhendit reos futuros; idque duplici
ratione.

Prima eſt ratio delicti excluſiua, nam
ſi aliter decerneretur daretur materia
delinquendi, contra tex. in d. l. conue-
nire. concordantes allegat Iaſ. in d. l. ſi
vnus. §. illud. verſic. 2. adde. ff. de pact.
Ioannes Crotus in repetitione. l. omnes
populi. nume. 154. verſ. 2. concluſio. ff.
de iuſt. & iure, quos citat Francus in d.
deciſ. 360. nume. 1. & Felinus in c.fin.7.
fallentia. de conſtit. per eundem Fran-
cum citatus in deciſ. 468. num. 1. ratio
do quidem per Bart. in d.l. cum lex. põ-
derata cæteroſq; deſuper mentionatos
approbata.
64 Secunda erit ratio; nam talis nomi-
nandi facultas tributa ſit intelligenda
de eo in quẽ cadit nominatio arg. tex.
in.l. vt gradatim. ff. de muner. & honor.
l.ſi quando. C. de inoff. teſtamento, &
per hæc ita deciſum in S. C. vt teſtatur
idem Præſes de Franchis in deciſ. 468.
65 Pro quorum omnium faciliori intell.
Baldi doctr. inſequentes in d.l. cum lex.
ſic diſtinguendum eſſe putamus.

Quod aut lex præcedit materiam, aut
materia præcedit legẽ, quando materia
66 præcedit legem, ſubdiſtinguendũ erit,
quod aut præcedit generalis ordinatio
in contrarium, & tunc voluit Bald. hanc
legem eſſe indulgentiam, & indulgen-
tiã præteriti temporis, lex enim eſt præ-
teriti temporis, & non futuri, inde edo-
67 cuit quod lex noua nõ prodeſſet delin-
quentibus carentibus qualitate per ban
num requiſita, vtputa, ſi lex loqueretur
de delinquentibus bannitis, nam ſi de-
linquens eſſet, ſed non bannitus legis
beneficio non muniretur, eadem l. non
porrigitur ad futuros homicidas, quia
68 quòd ignoratur non videtur remicti. l.
cum dominus. ff. de pec. eſt enim quæ-
69 dam diſpenſatio, quæ non refertur ad
ignoratos defectus, ex q.bus idem Bald.
refert, quemdam Bononiæ fuiſſe deca-
70 pitatum ex quo habebat ſecuritatẽ de
proceſſibus, ſed non de delictis, de qui-
bus non erat proceſſum. arg. tex. in l. ſi
de certa. & in l. cum aquiliana. C. de
trans.

Hanc diſtinctionis partem huic in-
dultui noſtro non eſſe difformem exiſti-
mamus ponderari poſſe, nam l. prohi-
bitum eſt homines delinquere, & eo ip-
71 ſo, quod quis delinquit pęnę ſupplicio
ſubijcitur.l.1.§.beſtias.vbi glo.ff. de po-
ſtul. cum ſimilibus, hinc ſequitur, quòd
72 hæc delictorum materia præcedat ge-
neralem hunc noſtrum indultum, adeò
73 vt generalis hæc ordinatio in contra-
rium, vti indulgentia, & vti lex ſicuti ad

præ-

Digitized by Google

præterita ſuum demonſtrabit effectum,
ita ad futura delicta tanquam ignorata
inanis,& vacua ex ſupra dictis diiudicā-
da erit.
74 Quod ſecus foret, ſi tractaretur de
reformatione rei in qua non præcede-
ret alia ordinatio, nam tunc ad futura
75 extenderetur, noua enim forma nouæ
materiæ adaptatur.l. ab Anaſtaſio. in fi-
ne. C. mand. & hæc ſit 2. diſtinctionis
pars.
76 Aut verò lex præcedit materiam, ſi-
cuti in banno emanato in hac noſtra al-
77 ma vrbe, & fideliſſima Ciuitate contra
eos, qui per Ciuitatem bona vendunt
ſub pęna triremium per annos tres, de
quo verba facit Præſes de Franchis in
deciſ. 434. & tunc pęna non refertur.
niſi ad futuros caſus.
78 Et ratio huius concluſionis eſt, nam,
ex quo bannum inuenit materiam deli-
cti de nouo non habebit oculos retrò.
79 ſic Bald. Latius in præcitato loco verſi.
ſi autem lex. ex quibus non ambigen-
dum, quin hic noſter generalis indul-
tus præteritorum concernat delictorū
remiſſionem.

A qua concluſione in lucem prodit
ſummi, ac incliti Regis noſtri inuictiſſi-
mi liberalitas, ac munificentia.

Reliquum eſt, vt tertium diſtinctio-
80 nis caput ſubnectamus, nempe reſpectu
cancellationis, ac extinctionis delicto-
rum,& tunc non comprehendit futura,
vti iuris noui introductiua, vti explicat
Bald. loco præmonito verſ. niſi in ſolu-
tione, cui nos aſſentimur, & hæc conſi-
deráſſe ſufficiat.

S V M M A R I V M.

1 *INdultus hic fauorabilis, & pro inde extendendus.*
2 *Indultus iſte bifariam operatur circa perſonas, & circa delicta.*
3 *In præſenti capite de indultu concernente perſonas tractari conſtituit author.*
4 *Dictio omnis nullum excludit.*
5 *Omne qui dicit nihil excipit.*
6 *Omnis eſt ſignum vniuerſale.*
7 *Omnis eſt ſignum omnium comprehenſium.*
8 *Omnis eſt nomen collectiuum.*
9 *Diſtributiua duplicis generis, diſtributiua ſimplicia, & diſtributiua duplicia.*
10 *Dictio omnis quando enunciatur in ſingulari tunc non collectiuum, ſed diſtributiuum nomen eſt.*
11 *Dictio omnis in ſingulari prolatum, idem ſonat ac ſi dictum foret, quilibet.*
12 *Dictio omnis non eſt nomen collectiuum ſi ſubiecta materia, vel intentio proferentis aliud demonſtrent.*
13 *Dictio omnis quadrifariam poni poteſt intellectualiter nu. 14. naturaliter 15. quandoque dubitanter 16. quandoque ciuiliter.*
17 *Dictio omnis à teſte prolata quomodo ponatur.*
18 *Dictio omnis à legislatore prolatum quonam pacto ſumatur.*
19 *Verbum omnis, in hoc indultu adiectiuum ſit nomen collectiuum vel diſtributiuum.*
20 *In hoc generali indultu omnes comprehenduntur, niſi quos ipſe indultus excludit.*
21 *Indultus hic vti iuris noui introductiuus latiſſimam debet recipere interpetrationem.*
22 *Dictio omnis reſtringitur propter cōmunem vſum loquendi*
23 *Dictio omnis reſtringitur propter fraudis euentum.*
24 *Dictio omnis reſtringitur ex eo quod præceſſit.*
25 *Dictio omnis reſtringitur ratione eius, quod agitur.*
26 *Hæc dictio omnis in hoc indultu appoſita num reſtringenda.*
27 *Exceptiones firmant regulam in contrarium.*
28 *Exceptiones firmant regulam in contrarium in auxilium regulæ.*
29 *Reſtitutio facta per Principem ad omnia exceptis bonis alienatis non operabitur quo ad excepta, & ibi de ratione numero 30.*
31 *Incluſio vnius eſt excluſio alterius.*
32 *Dictio ſinguli, ſingulas includit perſonas*

Sin-

33 Singulæ perſonæ videntur ſingulariter deſignatæ per dictionem ſinguli.

34 Indultus hic num comprahendat etiam fœminas.

35 Fœmina comprehenditur ſub diſpoſitione lata per dictionem quicunq;.

36 Fœmina num comprehendatur ſub diſpoſitione lata per dictionem omnis.

37 Maſculinum num concipiat fœmininum in materia exorbitanti, & pœnali.

38 Maſculinum num concipiat fœmininum in materia pœnali, & correctoria.

39 Quid in odioſis.

40 Tregua num cenſeatur rupta per raptũ filiæ fœminæ.

41 Maſculinum num concipiat fœmininum in materia fauorabili.

42 Sed quid in ſtatutis.

43 Maſculinum concipit fœmininum etiam in materia odioſa ſi odium eſt rationabile.

44 Statutum odioſum extenditur ſi redundat in fauorem Reipublicæ.

45 Maſculinum concipit fœmininum ſi ſumus in diſpoſitione legali licet materia ſit odioſa, & pœnalis.

46 Maſculinum concipit fœmininum in materia indifferenti.

47 Statutum per quod prohibetur, vt nemo vadat de nocte ſine lumine num comprehendat fœminas.

48 Statutum puniens violentiam cum armis num comprehendat fœminas.

49 Statutum dicens, quod quis non teneat capras num comprehendat tenentes hircos.

50 Tex. in l. 1. C. de raptu virg. num comprehendat mulieres rapientes viros.

51 Subnectitur deciſio Angeli.

52 Conſtitutio loquendi de fratribus mendicantibus num extendatur ad Moniales Mendicantes.

53 Tex. in c. Regni ad hoc num comprehendat fœminas.

54 Mulieres num ligentur ſtatutis pœnalibus, ſicut viri, & num. 55.

56 Mulier num comprehendatur ſub diſpoſitione tex. in l. ſi quis in tantam C. vnde vi.

57 Indultus hic comprehendit fœminas duplici ratione per authorem conſideratã. num 58.

59 Ciuitas, Municipium, Corpus, Collegiũ, & Vniuerſitas num comprehendantur ſub hoc indultu. & num. 60.

61 Vniuerſitas, & Collegium, &c. poſſunt delinquere dupliciter, collegialiter, & non collegialiter.

62 Vniuerſitas poteſt delinquere, & condemnari.

63 Vniuerſitas ſiue Ciuitas poteſt banniri vti contumax.

64 Vniuerſitas num poſſit excommunicari.

65 Vniuerſitas eſt corpus ſeparatum à ſingulis non habens animam.

66 Singuli de vniuerſitate num poſſint excommunicari.

67 Excommunicatio num teneat ſi contra corpus, & non contra ciues emanetur.

68 In dubio quo nam pacto præſumetur emanata contra ciues an contra corpus.

69 Vniuerſitas poteſt condemnari vigore ſtatuti.

70 Vniuerſitas quomodo delinquit, & num. ſeq 70. & quo nam pacto condemnetur.

71 Collegialis deliberatio requiritur vt Ciuitas tanquam rebellis puniatur.

72 Sindici villarum an poſſint abolitionem impetrare.

73 Ratio concluſionis annectitur per authorem.

74 Contrariorum eadem debet eſſe diſciplina.

75 Sindici vniuerſitatis num poſſint accuſare nomine vniuerſitatis, & ſindicario nomine num. 76. cum ſeq.

77 Vniuerſitas eſt corpus intellectuale, nec poteſt corporaliter comparere.

78 Vniuerſitas eſt nomen iuris, & non facti.

79 Vniuerſitas videtur accuſare quando ſindicus nomine vniuerſitatis accuſat.

80 Quod facit officialis facit dominus iuris intellectu.

81 Accuſare alieno nomine poteſt quis tripliciter.

82 Accuſat quis nomine alterius vt deſignet actum nudi miniſterij

83 Accuſat quis vt deſignetur actus mixti miniſterij.

84 Accuſat quis tertio cauſa demonſtrandi

propter

Digitized by Google

propter quod ſit.

85 *Iuriſdictio in extraneis non ſubiectis non exercetur.*

86 *Omnis diſpoſitio eſt intelligenda in terminis habilibus.*

87 *In generali ſermone ea eſt facienda interpetratio quæ actus habilitatẽ reſpiciat.*

88 *extraneus in hoc indultu ſumitur ratione originis.*

89 *Ciuitas loci delicti non originis offenditur.*

Omnes, & ſingulos in dicto noſtro citerioris Siciliæ Regno, tam nobis ſubiectos, quàm extraneos.

CAPVT III.

QVòd dictũ
1 eſt ſupra
fauorabilẽ
eſſe hunc
noſtrũ indultum tũ
ratiõe materiæ, tum
ſubiecti ac
propterea
amplificã-
dum, id longè clarius patebit ex eo, quod
non modo ſubiectos ſuo imperio viros
comprehendere, ſed etiam ad extraneos
voluit extendi Rex noſter clementiſſimus,
his verbis, omnes, & ſingulos.
2 Pro quorum explanatione aduertimus
generalem hunc indultum bifariã
operari poſſe, nempe primo circa perſonas,
& ſecundo circa delicta, de hoc
ſecundo in ſequenti tex. parte, ibi, qui
de quibuſcunque delictis, ac criminibus,
3 Deo Duce pertractabimus, nam in
præſenti parte indultus declarationem
proſequemur circa perſonas, quas omnes
4 in eo comprehendi voluit, & neminem
excludi adhibito verbo vniuerſali
omnes cum qui omne dicit nihil excludat,
5 nec excipiat l. Iulianus. ff. de leg. 3.
l. cum pater. §. fin. ff. de leg. 2. l. hoc articulo.
ff. de hæredib. inſtit. l. à procuratore.
C. mand. c. ſolitæ extrà de maior. &
obed. c. 2. vbi Hoſt. de obſeruieiun. cap.
6 ſi Rom. anorum 10. diſt. cuius quidem
concluſionis ratio eſt, quia eſt ſignum
vniuerſale. cap. diſpendia vbi Hoſt. ſub
num. 3. de reſcr. in 6. eſtq; ſignum om-
7 nium comprehenſiuum. l. ſi ſeruitus. ff.
de ſeruit. vrb. prædiorum. l. damni. §.
emptor. ff de damno infecto. l. ſi cui om-
8 nes. in princ. ff. de leg. 1. & deniq; nomẽ
collectiuum. l. non diſtinguemus. §. cum
in plures ff. de receptis arb. l. neratius
ff. de verb. & rerum ſignificatione dixit
Bart. in l. quod nerua num. 8 verſ. ſecundo
quæro ff. depoſ. & latius notatur per
Bart. in d. l. hoc articulo à num. 4. cum
ſeq. ff. de hæred. inſtit. quo in loco tractat
etiam de diſtributiuis, eorumq; na-
9 tura, eaque tradit duplicis generis eſſe,
nempe diſtributiua ſimplicia, & diſtributiua
duplicia, quæ qualia ſint ad eum
ſtudioſos remictimus, ergò mirum non
eſt, ſi dictio omnis neminem excludat.
10 Hanc concluſionem dupliciter intelligendam
eſſe arbitramur, primo enim
tunc dicemus verbum omnes eſſe nomen
collectiuum, quando enunciatur
in plurali numero, & ſic intelligatur glo.
in l. ſi pluribus. ff. de leg. 2. Quod ſi in
ſingulari tunc non erit verbum collectiuum,
ſed diſtributiuũ, vt eſt glo. notab.
11 in l. 3 ff. de ſtatu homin. & erit ac ſi dictum
eſſet omnis quilibet. ſic Bart. in l.
moſchis. num. 2. ff. de iure fiſci.
12 Secundo talis concluſio recipit limitationem,
niſi aliud intentio proferentis
demonſtret, vel ſubiecta materia indicet,
ex traditis per Bart. in d. l. hoc articulo,
& id colligitur quoq; à Baldo in
13 c. cum omnes in princ. extra de conſtit.
dum inquit, quod dictio omnis quan-
14 doque ponitur intellectualiter, quandoque
naturaliter, quandoq; dubicanter
15 quorum ſignificationes, quamuis idem
16 Bald. inibi declaret dicens in caſu illius
tex. verbum omnis interpetrari in ſiguram.

ra intellectualiter expoſita,quo caſu ſuf-
ficit maior pars; quod ſecus in figura
naturalirer prolata,& in tertio caſu ſub
diſtinguat,quod ant verbum omnis pro
17 fertur à teſte, aut à legislatore nam in
teſte naturaliter eſt intelligendum, in
18 legislatore ciuiliter ſumendũ, tñ in hoc
nr̃o generali indultu ſiuè nãliter,ſiuè in-
tellectualiter,ſiuè dubitanter, ſiuè ciui-
19 liter dictio oĩs interpetretur erit verbũ
vniuerſale, ac collectiuum comprehen-
dẽs omnes perſonas, ſicuti ex ſupra ad-
ductis edocuit Paris. in perſonis loqnẽs
in conſil. 22. num. 79.vol.2.
20 Itaq; conſtituamus, quod ſub hac ge-
nerali indulgentia omnes comprehen-
dantur, ſed ſubijcimus omnes compre-
hẽdi, niſi qnos idem indultus excludat,
vt inferius edocebimus, nam quãuis is
21 latiſſimè interpetrandus ſit,cũ ſit mate-
ria iuris noui introductiua quò ad exer-
citium, licet quoad materiam, & ſubie-
ctum non noui iuris,ſed antiqui inducti-
uus,vt in præcedenti capite demonſtra-
uimus, & in vtroque caſu latiſſimam
debet recipere interpetrationem per
tex.in l. nec mandantes.§.pen ff.de tut.
& curat. datis ab his.voluit Aret.in l. 1.
§.item nunciatio.ſuper verbo,omnibus
diebus.ff.de noui oper. nunc.
22 Actamen ſi verum eſt, ꝙ dicitur, ꝙ
communis vſus loquendi, aliud ſuadens
huius dictionis omnis reſtringit natu-
ram,vt patet in l.inter omnes.ff.de ſurt.
& in l. ex mille. in fine. ff. de euict. in
l. inter omnes.ff.qui ſatiſd. cog. in l. fin.
23 C.quorum bonorum cum ſimilibus, ſi
verum quoque eſt,quòd aliquando pro-
pter fraudis euentum reſtringitur.l.cre-
ditor.§.fin.ff. mand. quandoq; ex eo, ꝙ
24 præceſſit.l.ſeruo manumiſſo.ff de pecul.
l.& interdum ratione eius, quòd agitur
25 adhuc reſtrictionem patiatur. l. tres fra-
tres,& l.emptor.§.1.ff de pact. arg. tex.
in l.1.§. ſi conueniat. ff. depoſiti.qua ra-
26 tione fiet, vt ab hac indultus generali-
tate per verbum omnes, & ſingulos de-
monſtrata aliqui caſus non excipi con-
tendemus, quos ipſe Rex inuictiſſimus,
tam ratione qualitatis delicti, quam ip-
ſorum delinquentium, quos hoc bene-
ficio minimè dignos eſſe iudicauit, non
intellectualiter, ſed expreſsè excludit,
& ſancitum voluit.
27 Hinc exceptiones firmantes regulã
in contrarium.l.nam quod liquidè. §. fi.
28 ff. de pen. leg.quæq; erunt in auxilium
regulæ.§.vt autem in auth.de non alien.
29 aut petmut. per quem text. ſic edo-
cuit And. in princ. prælndiorum plura
Carroc.poſt hæc ſcripra viſus in caſu 48.
num. 30. Per quam regulam reſtitutio
facta per Principem ad omnia cũ clau-
30 ſula, exceptis tamen talibus bonis alie-
natis, non cenſebitur ad omnia alia bo-
na alienata teſtituiſſe, quia exceptio re-
gulam firmat in non exceptis Affl. in c.
1. in princ.6. notabilis. nume. 34. hic fi-
nitur lex. conſuluit Ruinus in conſil.60.
nume. 10.vol. 5. Decianus in præcitato
tit.Abolitio,quãdo impe d.accuſ.nu.61.
lib.3.illud operabuntur, vt præter caſus
exceptos cęteri quocunque delictorum
genere notati comprehendantur, cum
31 vnius incluſio ſit alterius excluſio l.cum
prætor. ff. de iudicijs. cũ ſexcentis alijs
ſimilibus, & ſucceſſiuè, vt omnes com-
prehendat præter exceptos.
32 Hæc de ſuper narrata concluſio iterũ
comprobatur per dictionem ſingulos à
Rege noſtro inuictiſſimo adhibitam ex
cuius proprietate includuntur ſingulæ
perſonæ, vt tradidit Bald. in d. c. cum
33 omnes. num.16.extra.de conſtir. illæq;
videntur ſpecialiter, & ſingulariter de-
ſignatæ.c.vt circa, vbi Archid. de elect.
in 6. & ſic tam actenta natura verbi,om-
nes, collectiui, quàm dictionis ſingulo-
rum ſignificatione concludendum eſt
omnes, & ſingulos Regi nedum ſubie-
ctos,verum quoque,& extraneos in hac
34 generali gratia, & indultu comprehen-
ſos eſſe, & hoc vſque adeò verum eſt, vt
35 etiam fœminas comprehendat, nam ſi-
cut in diſpoſitione lata per dictionem
quicunq; fœmina comprehenditur Bar.
in l.ait diuus.§.quicunque.num. 1. ff. de
iure fiſci, & in d. l. hoc articulo, ex quo
dictio quicunque eſt nomen vniuerſale,
& collectiuum,vt in ſeq. parte dicemus

36 eodem modo fœmina comprehende-
tur ſub diſpoſitione per dictionem om-
nis concepta, ex quo verbum omnis eſt
nomen collectiuum, & vniuerſale.

37 Nam quamuis maſculinum non con-
cipiat fœmininum in materia exorbi-
tanti, & pœnali, vt placuit Alex. in conſ.
155. incip. circa primum. col. pen. & fin.
vol. 1. Cæp. in conſil. 26. incip. magni-
ficè, & generosè. Corn. in conſil. 14. in-
cip. in præſenti vol. 2. cum alijs allega-
tis per Dec. in l. ſi quis, id quod col. 2. in
princip. ff. de iuriſd. omn. iud. maximè
38 quando eſt pęnale, & correctorium iu-
ris. glo. in verbo eiſdem tex. in clem. vt
hi qui. de ætat. & qual. Iaſ. in l. cum qui-
dam. col. 2. ff. de lib. & poſth. Camp. in c.
Regni incip. ad hoc. num. 107. cum ſeq.
vel ſumus in odioſis. l. 1. §. quare. ff. de
ventre in poſſ. mict. l. iuxta. ff. de verb. &
39 rerum ſignificatione. in l. quis. q. s. C. ad l.
Iul. Maieſt. l. quicunque. C. de ſeru. fugit.
Bart. in l. 1. ff. de verb. & rerum ſignifi-
catione. latè Archid. in cap. ſi quis ſua-
dente diabolo. 17. quęſt. 4. cum alijs per
Marſ. cumulatis in l. 1. numer. 224. C. de
raptu virg. Adeò vt conſuluerit Alex. in
conſil. 113. incip. viſo inſtrumento tre-
guæ vol. 2. quod per raptum filiæ fœmi-
40 næ illius, cum qua eſt facta tregua non
dicatur rupta tregua, ex quo tregua
fuit facta ſub nominibus maſculinis, ta-
41 men quia ſumus in materia fauorabili,
propterea vera erit regula, quod maſcu
linū concipiat fœmininū. l. qui duus. in fi
ne. ff. de leg. 3. l. ſeruis legatis. ff. eod. tit.

Quod quidem verum etiam in ſtatu-
42 tis Bart. in l. iura. ff. de leg. Alex. in l. ſi
conſtante. §. fin. col. pen. in fin. ff. ſol. ma-
trimon. Quamuis ſtatutum ſit odioſum
43 dummodo odium ſit rationabile Caſtr.
Bald. Rom. & Alex. in d. l. ſi conſtante.
§. fin. Doct. in l. ſi quis in tantam. C. vnde
vi, notatur in c. ſtatutum. extrà. de offic.
deleg. in clem. 1. de electione. Gozad.
in conſil. 43. incip. videtur prima facie.
col. 1. vel redundaret in fauorem Rei-
44 publicæ, vt plura effundit Marſ. in d. l. 1.
num. 229. cum ſeqn. Immo etiam, quòd
eſſemus in materia odioſa, & pœnali ſi
tamen ſumus in diſpoſitione legali ma-
45 ſculinum concipit fœmininum, Odoffr.
& Cyn. in l. quicunque. C. de ſeruis fugi-
tiu. Alber. in d. l. ſi quis, id quod allegās
46 tex. in l. ait diu'. ff. de iure fiſci. His adde
quòd ſumus in materia indifferenti in
indultu, tam ad maſculos, quam ad fœ-
minas attinēti, pro inde certi iuris erit,
quod comprehendantur nedum maſ-
culi verum quoque, & fœminę. Bart. in
d. l. iura. ff. de leg. Bald. in d. l. quicunq;
num. 10. Ang. in l. 1. §. verba. ff. de pec.
Imola in l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg. 2.
Dec. in l. 2. col. 14. ff. de reg. iur. Gozad.
in conſil. 43. col. fin. verſ. non obſtat, quod
maſculinum. Rom. in conſil. 148. Incip.
viſis. Alex. in conſil. 125. incip. viſo pro-
ceſſu, vol. 2. col. 4. cum alijs recenſitis per
Marſ. loco pręcitato. num. 225.

47 Ex qua concluſione infertur primo,
quòd ſtatutum prohibens, vt nullus poſ
ſit ire de nocte ſine lumine comprehen-
dat etiam fœminam. Bart. & Bald. in d.
l. iura, & l. quicunque Imola in d. l. ſi ita
ſcriptum, & Ang. in d. §. verba. Cyn. in l.
1. C. quæ ſit longa conſ.

48 Secundo infertur, quòd ſtatutum pu
niens violentiam cum armis factam cō-
prehendet etiam mulierem. Alber. in
tract. de ſtatutis parte 1. q. 9.

49 Tertio ſi ſtatutum dicit, quod aliquis
non poſſit tenere capras in poſſeſſioni-
bus ſuis ſub certa pęna, quod quis tenēs
hircos incidat in pęnam propter ratio-
nis idenditatem, quia ita damnum dāt
hirci, ſicut, & capræ. Bald. in l. 4. §. cato.
col. 13. ff. de verb. oblig. Bart. in l. 1. col.
1. ff. vti poſſ. idē Alb. in præcitato tract.
in prima parte. q. 109.

50 Quarto infertur, quod mulier rapiēs
virum cadit in pęnam. tex. in l. 1. C. de
rap. virg. ſic Hyp. in d. l. 1. numero 274.
51 poſt Ang. qui dicit, ſe de facto vidiſſe
florentiæ quandam mæretricem com-
buſtam, quæ rapuerat quendam iuue-
nem, & eum ſequitur Bald. inibi, & in l.
raptores. in fine. C. de Epiſc. & cler. & in
l. ſi ita. ff. de inius. teſt. & in c. cauſā ma-
trimonij, circa finem. de probat.

52 Quinto conſtitutio pęnalis loquens
in

in fratribus mendicantibus extendetur
ad moniales mendicātes. Card. in clem.
1. q. 7. de regul.

53 Sexto inſertur, quod mulier furans
comprehendatur ſub diſpoſitione tex.
in c. ad hoc, in cuius pęnam à lege Re-
gni ſtatutam cadere per plura fundauit
Camp. in commentario. d. c. nume. 101.
cum ſeq. & dixit Alex. in conſil. 35. col.
54 4. vol. 1. recenſitus per Boſſ. in tit. de
furtis. nume. 29. in ſumma mulieres, ita
ligantur ſtatutis pœnalibus, ſicut uiri,
55 niſi tamen fuerint exceptæ. Bald. in l. ne
paſſim. C. de iuris, & facti ignor. Iaſ. in l.
cum proponas. col. 1. de trans. & in l. ſi
quis maior. col. 2. eodem tit. latè idem
Iaſ. in d. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict.
omn. iud. Adeò vt Iudex quidam fue-
rit condemnatus, quia iudicauerat mu-
56 lierem non comprehendi ſub pęna tex.
in l. ſi quis in tantam. C. vnde vi inquit
Bald. in ead. l. ex his itaq; conſequens eſt
57 vt fateamur ſub hoc generali indultu,
vti fauorabili, & indifferenti compre-
hendendos eſſe nedum maſculos, verū
58 quoque, & fęminas, tum quia ex conie-
cturis elici non poteſt, Principem con-
trariū ſentijſſe, nam ſeparatim de vtro
59 que ſexu egiſſet, cum quoque quia in-
dultus diſpoſitio, ita vni ſexui conuenit,
ſicut, & alteri. l. Lucius. §. quæſitum. ff de
leg. 3. Alciat. in d. l. 1. num. 5. ff. de verb.
& rerum ſignificatione. quamuis verum
adhuc cenſeamus, quod ſi ageretur de
pęna inferenda vigore ſtatuti contra
mulierem iudicis arbitrio, relinquendū
eſſe interpetrando bullam Sixti V. de
reſiſt. loquentem voluit Carroc. poſt
hæc ſcripta viſus in caſu 6. in quo plura
edocentur.

60 Secundo principaliter inſertur, quod
ſub hoc generali indultu nedum com-
prehenditur fęmina per ſupra narrata,
verum quoq; continetur ciuitas, muni-
cipium, Corpus, Collegium, & Vniuer-
ſitas. l. metum. §. animaduertendum. ff.
quod metus cauſa faciunt tradita in l. ſi
61 quis. de verb. oblig. & in l. ſi quis in tā-
tam. C. vnde vi. etenim ſicuti verum eſt,
quod vniuerſitas Ciuitas, &c. poſſunt
delinquere dupliciter, collegialiter, &
non collegialiter, vt recolligimus ex
62 Bart. doctr. in l. aut facta. §. fin. ff. de pę-
nis, & poteſt delinquere, & condemna-
ri. d. l. metum. §. animaduertendum. ff.
quod metus cau. & l. hæres dolo. §. 1. ff. de
63 dolo adeò, vt poſſit banniri vti contu-
max Foller. in ſua pract. verſ. banniantur
num 34. & ante eum Nellus in tract. de
bannitis parte 1. primi temporis. q. 5. &
64 ſi non poſſit proferri ſententia excom-
municationis, quia vniuerſitas tanquam
corpus ſeparatum à ſingulis non habet
65 animam, & ideò ligari non poteſt. cap.
Romana. §. in vniuerſitatem. de ſent. ex-
com. ſinguli tamen poſſunt ſub nomine
66 collectiuo excōmunicari priores nem-
pè, & omnes de tali vniuerſitate. Hoſt.
in tit. de contumacia. §. fin. verſic. ergo
ſi conſtat. Felin. in c. dilecte in Chriſto.
col. 1. de except. & in c. dilectus el 2. de
ſimon. ita vt Imola in cap. capitulum S.
67 Crucis. de reſcr. dixerit, quod ſi excom-
municans vtatur verbo collectiuo, vtpu-
ta Ciues tunc valebit excommunicatio,
ſecus verò ſi vellet excommunicare vti
corpus, in dubio enim, vt actus valeat
præſumetur voluiſſe excōmunicare vti
ſingulos arg. tex. in c. Abbate. de verb.
ſignific. Decianus in l. 5. tit. vniuerſitas
hæretica, an, & quom. pun. num. 7.

68 Diximus poſſe vniuerſitatem condē-
naris. intelligamus ſi vigore ſtatuti, de
qua delicti, ac condemnationis ſpecie
per Ang. & Bart. in l. 1. §. occiſorum. ff.
ad ſillan. & per Ang. de malef. in verbo.
quod fama publ. præced. q. 12. num. 68.
& 78. & per Bald. in l. cum rationibus.
69 num. 4. C. de ijs qui accuſ. non poſſ. & 2.
quando omnes de ciuitate communi-
cato conſilio, & præcedente delibera-
70 tione deliquerunt alias ſecus. ſic Bart. in
d. l. aut facta. §. fi. relatus per Abb. & An.
in d. cap. dilectus el 2. de ſimon. & in c.
in Geneſi col. 3. extrà. de elect. Ioannes
Andr. in c. fęlicis. § fin. de pęnis in 6.
vbi Gemin. col. 2. & Card. in clement. 1.
verſ. ciuitas q. 2. de pęnis. Ang. in conſil.
163. incip. cum multitudo, Aret. in
conſil. 119. incip. ſicut Ioannes. Iaſ. latè

in l. ciuitas. ff. ſi cert. pet. col. 1. Hyp. de
Marſ. in ſua pract. crim. §. conſtante. nu.
71 47. ob quam Bart. doctr. Hyp. in præci
tato loco admonuit Ioãnem de Ligna-
no in clem. 1. de pęnis dixiſſe ſe alias cũ
maximo honore defendiſſe Ciuitatem
Bononiæ coram Papa, vt non poſſet di-
cta Ciuitas tamquam rebellis puniri, ẽt
ſi homines ciuitatis feciſſent rebellio-
nem, ex quo non apparebat, quòd præ-
72 ceſſiſſet collegialis deliberatio, eodem
modo ſindici villarum poſſunt abolitio
nem impetrare. l. ab accuſatione. §. nun-
ciatores. ff ad Turpill. dixit Bald. in l. fi.
in princ. ibi accuſantibus. C. de abolit.
quem ſequitur Decianus in libr. 3. ſub
rubr. abolitio, quando impediat accu-
ſationem. num. 44. ſed non per tex. præ-
citatum.

73 Et ratio huius concluſionis meo qui-
dem iudicio illa in medium afferri po-
terit, quia ſicut vidimus vniuerſitates
illorum ſindicos, & officiales poſſe de-
linquere, & condemnari, ita poſſunt
74 abolitionem petere, vt contrariorum
eadẽ ſit diſciplina l. 1. ff. de his qui ſunt
ſui, vel alieni iuris.

75 Quod quidem comprobetur, quod
ſindicis vniuerſitatis licet accuſare vni-
uerſitatis tamen nomine Bald. in l polla.
76 num. 6. C. de his quibus, vt indign. puta
ſindicario nomine ſecundum eundem
Bald. in l. 2. nume. 8. C. de his qui accuſ.
77 non poſſ. cum vniuerſitas ſit corpus in-
tellectuale, & non poteſt corporaliter
comparere, l. tam collatores. C. de re
78 milit. lib. 12. eſt enim nomen vniuerſita-
tis iuris, & non facti ſecundum Innoc. in
c. grauem. de ſent. excom facit tex. in l.
mortuo. ff. de fideiuſſ & l. maritus. ff de
acq. rerum dom. mirum ergò non eſt, ſi
ſindicus comparens pro vniuerſitate
poſſit ſindicario nomine accuſare. Bald.
79 in d l. 2 num. 7 & in l. 2. ff. de accuſ. quo
quidem caſu videtur vniuerſitas accuſa-
re, quòd enim facit officialis iuris intel-
80 lectu facit dominus. l. oſſa. in fine. ff. de
relig. & ſumpt. fun. Sequitur propterea
ex his. quod ſicut ſindicus poteſt ſindi-
cario nomine accuſare, eodem modo
poterit ſindicario nomine abolitionem
petere.

81 Sed extrà rem propoſitam non eſſe
credimus, hoc in loco ſubnectere; quod
quis poſſit trifariam alieno nomine ac-
cuſare ſecundum Bald. in præcitata l. 2.
82 num. 4. verſ. hæc ergo verba. Primo mo-
do nomine alterius, vt deſignet actum
nudi miniſterij. l. pater ex prouincia. ff.
de man. vind. exempli gratia, ego nomi-
ne titij accuſo. Decianus in libr. 3. tit.
alieno nomine, quando liceat accuſ. nu.
83 18. Secundo vt deſignetur actus mixti
miniſterij, vt in l. huiuſmodi ff. de leg. 1.
vt in tutore, qui nomine pupilli poterit
84 accuſare. Tertio, & vltimo, vt inferant
in cauſa, non in forma, & ſic quando
adiectio nominis alieni ſit cauſa demõ-
ſtrandi propter quod fit, non in cuius
perſona ſumit originem, vtputa ſecun-
dum Decianum loco antedicto ſi dica-
tur, ego tutor, ideſt, quia ſum tutor no-
mine pupilli accuſo.

Reliquum eſt igitur, vt aduertamus,
quod dum hic indultus tam ſubiectos,
quam extraneos comprehendit, non vi-
deatur abſonum ſi dum menimit de ex-
traneis ſuperuacua inferatur eſſe huius
85 indultus diſpoſitio, cum iuriſdictio in
extraneis non ſubiectis non poſſit exer-
ceri, ad tex in l. fin ff. de iuriſd. omn. iud.
86 verumtamen, quia omnis diſpoſitio eſt
ſubintelligenda in terminis habilibus,
ad tex. in l. vt gradatim. ff. de mun. &
87 honor. l ſi quando. C. de inoff. teſt, adeò,
vt in generali ſermone adhuc ea de-
beat fieri interpetratio, quæ actus habi-
litatem reſpiciat ſicuti tradit Marſil. in
l. vnius. §. cogniturum. col. 5. verſ. ex quo.
88 ff. de quæſt. Ideò dicendum, tex. noſtrũ
loqui de extraneis, non ratione origi-
nis, ſed ratione delicti, vel domicilij l.
1. C. vbi de crim. agi oport. & ſic de ijs
qui in hoc Regno delicta patrarunt, Ci-
89 uitas enim loci delicti. non originis of-
fenditur, Ioannes And. in additio. ad
Specul. in tit. de compet. Iud. adit §.
primo, Marſ. in conſilio 110. incip. cor-
di meo, num. 18.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *IN præſenti capite tractatur de indultu circa perſonas.*
2 *Dictio omnis eſt nomen collectiuum, & vniuerſale*
3 *Lex generaliter loquens generaliter eſt intelligenda, & num. 7.*
4 *Ampliatur etiam in materia odioſa.*
5 *Quid in renunciatione.*
6 *Quid in diſpenſatione.*
8 *Sub l. generaliter loquente omnia quæ excogitari poſſunt continentur ſalua ratione recti ſermonis.*
9 *Locutio generalis nihil relinquit intactum.*
10 *Dictio quicquid importat vniuerſalitatem.*
13 *Dictio quicquid eſt præciſe vniuerſalis*
14 *Verba quoquo modo ſunt prægnantia augentq; vim prohibitionis.*
15 *Diſpoſitio expreſſa per dictionē quoquo modo ſolet includere maiora expreſſis.*
16 *Dictio quibuſcunque eſt nomen collectiuum neminem excipiens.*
17 *Diſpoſitio explicata per dictionem quibuſcunq; refertur ad omnes.*
18 *In diſpoſitione per dictionem quibuſcunque concepta num comprehendantur fœminæ*
19 *Num comprehendantur ciuitates, vniuerſitates, municipia, & collegia.*
20 *Dictio quibuſcumque eſt ſignum vniuerſale.*
21 *Sub dictione quibuſcunque multa comprehenduntur quæ alias non comprehenderentur.*
22 *Conceſſa poteſtate per Principem cognoſcendi de quibuſcunque cauſis nulla cenſetur excluſa.*
23 *Dictio omnis æquiparatur dictioni quibuſcumque*
24 *Dictio quibuſcumque licet ſit vniuerſalis tamen debet reſtringi*
25 *Generalitas reſcripti ratione reſtrigitur.*
26 *Dictio quibuſcunque licet vniuerſalis debet tamen recipere idoneam interpetrationem.*
27 *Indultus hic reſtringendus erit.*

Qui de quibuſcunq; delictis, ac criminibus.

CAPVT IIII.

DIximus in pcedenti capite, indultum ſuū patere effectū circa perſonas, & circa delicta, & cū in eo iam ſit pertractatū de eius generalitate circa perſonas ſequitur nūc vti polliciti ſumus, vt breuibus agamus de generalitate huius indultus circa delicta, quæ omnia, & quæcunque extingui, & aboleri decreuit dicens omnes, & ſingulos in dicto noſtro citerioris Siciliæ Regno, tam nobis ſubiectos, quā extraneos, qui de quibuſcunque delictis, ac criminibus ab hodierna die &c.

1 Quod quidem verum eſſe indubitanter conſtituendum erit. nam ſicuti in præcedenti capite interpetrati ſumus hunc indultum generaliter loqui circa
2 perſonas fundantes dictionem, omnis, eſſe nomen collectiuum, & vniuerſale, eodem modo, & in præſenti capite di-
3 cimus eſſe generaliter intelligendum circa delicta, lex enim generaliter lo-
4 quens eſt generaliter intelligenda, quāuis materia odioſa ſit, veluti ſi ageretur
5 de renunciatione. Bart. in l. quæſitum. numer. 2. ff. ſi quis caut. Aret. in conſil. 104. incip. breuitas. col. 3. verſ vltimo hoc clarè patet. Iaſ. in conſil. 98. incip.
6 accedo. num. 12. vol. 1. vel ſi ageretur de diſpenſatione, vt notant Doct. in l. ſi ſtipulatus fuero per te non fieri ff de verbo. oblig. vbi Iaſ. ſub numer. 2. & 3. Rom. in conſil. 142. incip. viſis. nume. 1.
7 Cald. in conſil. 6. incip. an ſi in reſcripto in fine ſub tit. de reſcript. vel in ſimilibus caſibus, etenim ſemper l. generalis

eſt

eſt generaliter intelligenda. cap. ſoli
citè. de maior.& obed. c.ſi Romanorũ.
8 10. diſt. l. Iulianus. ff. de leg. 3. eaque
omnia in ea continentur, quæ excogita-
ri poſſunt ſalua ratione recti ſermonis. l.
in fideicommiſſi. §. cum pollidius. ff. de
vſur. l. cum virum. C. de fideicommiſſ. l.
1. C de ſacros Eccl. Caſtr. in conſil. 333.
incip. dubium. numer. 2. lib. 2. Socc. in
conſil. 26. incip. conſului. lib. 3. Alex. in
conſil. 30. incip. ponderatis. num. 14. 15.
9 16. 17. vol. 5. Crau. in conſil. 209. incip.
Illuſtriſſimus. num. 6. & ratio quia elo-
cutio generalis nihil relinquit intactum
Bald. in conſil. 305. incip. verba. vol. 1.
per tex. in l. 1. §. generaliter. ff. deleg.
præſt. l. 1. §. 8. ff. de aleat. Rota Auin. in
deciſ. 14. num. 4. & in deciſ. 110. num.
10 2. Idq; per dictionem, quibuſcunque in
tex. appoſitam. Cuius dictionis ſignum
eſt vniuerſale. l. 1. ff. de iuriſd. omn. iud.
c. quia plerunq; de offic. ordinario in 6.
Dec. in conſil. 529. incip. Philippus. nu.
2. Paris. in conſil. 44. numer. 4. 46. & 48.
vol. 1.

11 Dictio enim quibuſcunque eſt dictio
vniuerſalis, ſicut eſt dictio, quicquid,
12 quæ importat vniuerſalitatem, ſub qua
omnia includuntur, quæ excogitari poſ-
ſunt. d. l. cum virum. C. de fideicomm.
vbi Bald. in 2. appoſitione annotauit
13 verba expreſſa cum dictione quicquid
eſſe præciſè vniuerſalia. c. cum cauſa in
fine. extrà. de officio deleg. c. fin. de re-
14 rum permut. cum alijs per Dec. conge-
ſtis in conſil. 29. incip. pro tenui. nume.
4. ſicut quoque eſt dictio quoquo modo
quæ vti verbum prægnans auget vim
prohibitionis. c. ad noſtram. extrà. de
probat. l. 1. ff. de milit. teſt. l. 2. ff. de pact.
dotal. cum alijs per Dec. adductis in
15 conſil. 37. incip. in cauſa. numer. 1. ob id
ergo ſolet maiora expreſſis includere.
d. l. Iul. ff. de leg. 3. dixit Bart. in l. genera-
li. §. vxori. ff. de vſufr. l. Crau. in conſil.
290. incip. egregij. numer. 4. & in conſil.
294. incip. verba. num. 1. Tiraq de retr.
conuent. §. 1. glo. 7. nu. 20. Rota Auin. in
16 deciſ. 133. num. 9. parte 1. eſtq; nomen
collectiuum neminem excipiens Rom.
17 in conſil. 31. incip. viſis, vbi latè adden-
tes num. 2. Ideoq; refertur ad omnes. c.
cum medicinalis. de ſent. excom. in 6.
18 tam maſculos, quam fœminas. d. l. ait
diuus. ff. de iure fiſci. l. quicunque, vbi
Bald. & Alb. latè. C. de ſeru. fugit. & ad
19 ciuitatem, municipium, corpus, colle-
gium, & vniuerſitatem. l. metum. §. ani-
maduertimus. ff. quod met. cau. cum
alijs plenè deductis in præcedenti ca-
pite. num. 60. cum ſeq.

20 Cuius concluſionis ratio eſt, quia eſt
ſignum vniuerſale, adeò, vt multa quo
ad generalitatem importet, ſecundum
ea, quæ tradidit Marſ. in conſil. 10. nu.
40. cum ſeq. cum ſub hac dictione mul-
ta comprehendantur, quæ alias non cõ-
21 prehenderentur. Dec. in conſil. 113. nu.
4 & in conſil. 599. nu. 2. & ſeq. Hinc eſt
quod data poteſtate per Principem ali-
22 cui cognoſcendi de quibuſcunque cau-
ſis nulla cenſetur excluſa, ſicuti conſu-
luit idem Marſil. in prædicato loco. Eſt
ergò ſignum vniuerſale, & ea quæ dixi-
mus in dictione omnis recẽſeri poſſunt
23 in explicatione dictionis quicunq; cum
vna æquipararetur alteri. l. ſi neceſſarias. §.
ſi annua. ff. de pignor. actione.

24 Attamen conſiderandum eſt, quod
non propterea quod ſit dictio vniuerſa-
lis non veniet reſtringenda. ad tex. in
c. cum in illis. de præb. in 6. l. qui autem
25 §. fin. vbi latè. Alb. ff de conſt. pec. quia
reſcriptum generaliter loquens nullum
excipiendo ratione reſtringitur. l. cum
pater. §. dulciſſimis. ff. deleg. 2. l. 1. in fin.
ff. de fonte vbi glo. l. fin. C. ſine cenſu, vel
reliq. Rota Auin. in deciſ. 150. num. 7. p.
26 1. nedum debet reſtringi, ſed debet re-
cipere idoneam determinationem. l. 2.
ſi. ff. de mun. & honor. Accur. in verſic.
quocunque. tex. in l. emancipari. ff. de
adopt. l. qui loco certo. ff. de cond. in-
deb. l. qui autem, in fine. ff. de conſt. pec.
ergò neceſſe eſt, vt fateamur ſub hoc
generali indultu omnia delicta, omneſ-
27 que criminũ ſpecies comprehendi pro-
pter eius generalitatem, præter tamen
excepta, quæ qualia, & quæ ſint inferius
videbimus Deo Duce.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *A Quo die indultus hic ligêt à die promulgationis factæ in vrbe Madrid, an verò à die promulgationis in hac Ciuitate.*

Ab hodierna die retroſactis, vel commiſſis.

CAPVT V.

1 HOC in loco diſceptari poſſet à quo nã die indultus ſuum pareret effectum à die ne publicationis factæ in vrbe Madrid Regis noſtri clementiſſimi curia, an verò à die publicationis, ac promulgationis in hac noſtra fęliciſſima, & vberrima Ciuitate factæ? At quoniam ſatis abundè de ea re peregimus ſupra in q. nona, ideò ad ea lectorem remictimus, ne actum agere videamur, vt eſt in prouerbio.

SVMMARIVM.

1 *AN ſit differentia inter delationem, & accuſationem.*
2 *Verbum delati deriuatur à verbo defero deferre.*
3 *Verbum deferre plures habet ſignificatus, num. 4. cum ſeq.*
8 *Secundum ſubiectam materiam præſentis indultus verbum deferre accipitur pro accuſare.*
9 *Accuſare, & deferre idem ſunt, cum promiſcuè his verbis vtamur.*
10 *Quod ſecus eſt inſpecta verborum proprietate.*
11 *Propriè enim deferre tunc videtur quãdo accuſatio non præcedit.*
12 *Sed accuſare tunc propriè eſt, quando quis delictum, & reum defert, ſed adhuc accuſat.*
13 *Duplex eſt delatorum ſpecies.*
14 *Quidam ſunt delatores bonorum, id eſt nunciatores bonorum fiſco, quidã ſunt delatores non bonorum, ſed criminum. num. 15.*
16 *Hos criminum delatores iniuſtos accuſatores appellitauit imperator in. l. ex varia, & in l. oẽs C. de delator. lib. 10.*
17 *Et de iſtis delatoribus loquitur præſens indultus.*
18 *Denunciatores non ſunt propriè accuſatores, ſed loco accuſatorum.*
19 *Differentia inter nunciatores ſeu delatores, & accuſatores conſtituitur.*
20 *Delator non dicitur propriè accuſator, ſed eſt dignus præmio.*
21 *Delator poteſt bifariam deferre, ſcꝫ deferre crimen, & reum deferre de crimine. & num. 22.*
23 *Qui modi deferendi quo modo intelligantur remiſſiuè.*
24 *Rei nomen tunc deferri dicebatur, cum delator, vel accuſator reum iudici nominabat.*
25 *Quando nomen delati dicatur inter reos receptum, & quomodo latè ex Tullio pluribus in locis deducitur.*
26 *Traditio Deciani conſtituentis differentiam graduum inter deferre, arguere, accuſare, & conuincere ab authore reprehenditur.*
27 *Alia verò differentia per authorem traditur.*
28 *Delator is dicitur qui ſpe præmij crimẽ alij obiciendo nunciat.*
29 *Accuſator is dicitur qui nõ ſpe præmij, ſed ratione vendictæ ob publicum, vel priuatum delictum defert.*
30 *Licèt delatores bonorum ſint digni præmio, tamen delatores criminum ſeu delictorum execrabiles homines cenſendi ſunt. & num. 31.*
32 *Concluditur per authorem ꝙ ſi quæritur de modo delationis, vel accuſationis & tunc diſtet delatio ab accuſatione.*
33 *Si verò conſideretur vtriuſq; verbi effectus tunc nulla cadat differentia.*
34 *Quid importet verubm indiciati, & de indicijs remiſſiuè.*
35 *Inditia ſæpe pro accuſatione deſumitur.*
36 *Stante ſtatuto quod arguẽti quem de Hæreſi*

Digitized by Google

reſi dentur certum ſi quis tantum accuſauerit, ſed non probauerit Hæreſim obiectam num debeat is habere certum concluditur, quod non.

37 *Ex his colligitur 1. ampliatio ad hunc noſtrum indultum, quod ſub eo comprędantur rei criminum ſiuè delati, ſiuè accuſati, ſiuè inditiati ſint.*

37 *Licèt ad accuſationes non dum inſtitutas de iure communi abolitio non porrigatur, tamen ad tales accuſationes præſens indultus ex Regis noſtri inuictiſſimi munificentia, & liberalitate porrigitur.*

Delati, accuſati, vel inditiati ſint.

AMPLIATIO I.

CAPVT VI.

COgnouimus huc vſq; quã generalis ſit huius indultus conſtitutio, cum ſub eo omnes, & ſingulos tam extraneis, q̃ ſubiectos cõprehendi velit. Modò huiuſmodi generalem diſpoſitionem Ampliat Rex Noſter Inuictiſſimus ex eo, dum vult etiam obtinere locum quamuis rei delati, accuſati, vel inditiati ſint.

1 Ex quibus quidem verbis differentia
videtur inſerri inter delationem, & ac-
cuſationem, quòd num contineat veri-
tatem nec nè, ex infra dicendis facillimè
dignoſcetur.
2 Propterea præmictendum putamus
iſtud verbum, delati, deriuari à verbo
3 defero, defers. Quòd quidem verbum,
4 quamuis plures habeat ſignificationes;
dicitur enim quis deferre ſi alijs honorẽ
defert illi aſſurgendo. l. vt gradatim. in
princ. & in l. honor. §. de honoribus. ff.
de mun. & honor. l. 1. & l. præsbiteri. C.
de Epiſ. & cler. dicitur quoque deferre,
5 quando quis aliquid offert, vti dicitur,
hæreditas de iure ciuili defertur. l. 2. C.
de Carb. edicto, & bonorum poſſeſſio.
6 de iure prætorio. l. 1. C. qui admicti. iura-
mentum deferri. l. ait prætor, & l. nam, &
7 poſtea. ff. de iure iur. dicitur quoque de-
ferre alijs modis. latè per glo. & Bald. in
rub. C. de delat. lib. 10. & per Lucam de
8 Penna in l. 1. num. 4. C. eod. tit. tamen in
hoc noſtro indultu accipiendum arbi-
tramur, pro accuſare, vt ſubiectæ mate-
riæ deſeruiamus, nam ita ſumptum vide-
mus in l. iubemus. ibi, in publicum pro-
deat, crimen deferat, delatum appro-
bet. C. ad leg. iul. repet. idem in l. pen.
ibi, cuiuscunque criminis delator, atq;
accuſator emerſerit. C. qui accuſ. non
poſſ. Imper. in l. qui de crimine. C. de
accuſ. dum inquit, qui de crimine publi-
co in accuſationem deductus eſt ab alio
ſuper eodem crimine deferri non po-
teſt, & iterum ibi, de altero non prohi-
betur ab alio deferri. Idem ſancitum eſt
in l. ſi tamen. §. ab alio. ff. de accuſ. ab alio
Marcellus ait delatum alius deferre nõ
poteſt, delatũ exponit Accurtius, ideſt
accuſatum, ſubiungit poſtea, ſed eum
qui abolitione publica, vel priuata in-
teruenięte, aut deſiſtente acccuſatore
de reis exemptus eſt, alios deferre non
prohibetur. Poſtremò adducimus tex. in
l. cum patronum. ff. de iure patr. in quo
quidem tex. per Iure conſultum ſic aſſe-
ritur, qui nomen detulit accuſaſſe intel-
ligendus eſt, niſi abolitionem petat, idq;
etiam Proculo placuiſſe ſeruius refert.
Ex quibus concludi poteſt, quod de-
9 ferre, & accuſare idem ſunt, cum ſæpe
pro accuſare verbum deferre ſumatur,
vt voluit Decianus in lib. 3. ſub tit. accu-
ſatio an, & quomodo differat à denun-
ciatione, & verbum defero ab accuſ.
verbo. num. 2.
Attamen quamuis diximus vnum ver
10 bum pro altero ſæpius aſſumi, & inferius
dicetur, tamen non admictimus vſque-
quaque ſi verborum proprietatem atten
11 dimus: ſi quidem deferre videtur tunc
propriè

propriè dici poſſe, cum accuſatio non
12 procedit, at ſi quis accuſat delictum, &
reum defert, dicitur accuſator, quod ſi
non accuſaret tunc propriè delator di-
ceretur.

Quam concluſionem ex ſeq. conſti-
13 tuendam prorſus affirmamus, & primo
dup. eſſe delatorum ſpecies, quidam
14 enim eſt bonorum delator, ideſt nun-
ciator bonorum fiſco, de quo loquitur
tex. in l. nulli. §. fin. C. de Epiſc. & cler.
tex. in l. intra. ff. de diuerſ. & tempor.
præſcript. l. 2. C. de his qui ſe deferunt.
lib. 10. & de hac delatoris ſpecie loqui-
tur totus tit. C. de delat. lib. 10.

15 Quidam, & secũdo ſunt delatores nõ
bonorum, ſed criminum, de quibus lo-
quitur tex. in l. fin. C. de delat. libr. 10.
16 quos iniuſtos accuſatores appellitauit
Imperator in l. ex varia, & in l. omnes.
C. eodem met tit. de delat. libr. 10. de
quibus intelligẽdum eſt, hunc noſtrum
17 indultũ verba facere, qui ſicut dicimus
bonorũ delatores .i. nũciatores, eodem
modò, & dicendum criminũ delatores,
ideſt nunciatores, & quamuis deferre
idem ſit, quod denunciare. c. licèt. vbi
Innoc. extrà. de accuſ. & denunciare
idem ſit quod accuſare, & delicta pro-
dere apud Iudices, colligitur vt ex tex.
in l. ab accuſatione. §. nunciatores. ff. ad
Turpill. in l. bona. §. 1. in fine. & in l. res
quæ. §. vlt. ff. de iure fiſci. in l. qui ſepul-
chra. C. de ſepul. viol. in l. ea quidem. C.
de accuſ. in l. 1. & in l. diuus. ff. de cuſtod.
reorum. latè Decianus in præcitato tit.
num. 10.

18 Tamen, etſi accuſatorũ loco ij ſint,
non tamen propriè accuſatores vocan-
di ſunt, ex quo non tenebantur libellũ
accuſatorium ſollemniter proponere,
ſed tantum notoria exhibebant Iudici,
notas quaſdam delictum, ac delinquen-
tes denotantes, de quibus loquitur in
ſpecie tex. in d. §. nunciatores, & in d. l.
diuus, propterea aſſignandam eſſe inter
19 nunciatores, ſeu delatores, & accuſato-
res differentiam ex his autumamus.

20 Dicimus, quod delator non dicitur
propriè accuſator, ſed dignus eſt præ-
mio. l. 3. C. de malef. in fine. l. nulli in fi-
ne. C. de Epiſc. & cler. & l. ſi quis in hoc
21 genus. C. eod. tit. de Epiſ. & cler. & po-
terit bifariam deferre, poterit enim de-
ferre crimen, de quo loquitur tex. in l.
iubemus. C. ad l. iul. repet. & 2. poterit
22 reum deferre de crimine, de quo allo-
quitur tex. in l. de crimine. C. de accuſ.
23 quod quo nam pacto intelligi debeat
declarat Decianus loco præmonito nu.
tertio.

24 Ex quo deducimus, qđ tũc rei nomẽ
deferri dicebatur, cum delator, vel ac-
cuſator reum iudici nominabat, quem
accuſaturus erat, in cuius quidem iudi-
cis poteſtate erat pro penſa accuſatoris
perſona, & accuſati, & etiam criminis
genere nomen datum recipere, vel nõ;
quod ſi recepiſſet, tunc dicebatur no-
men inter reos receptum, quo quidem
facto delator ipſum ſollemniter accuſa-
bat facta ſubſcriptione ſeruata forma
tex. in l. libellorum. ff. de accuſ. cuius
25 theoricæ comprobationem Decianus
loco antedicto pluribus Ciceronis au-
thoritatibus exornat, quas huc referre
non neglefximus.

Affert imp. Ciceronis locum inuer-
rem, vbi hæc ipſa verba ſunt, ſerui
cuiuſdam nomen defertur, is accuſatur,
ficti teſtes in eum dantur, rem cunctus
Senatus Catinenſiũ indicat. Secundo
in oratione pro Claudio idem Cicero
ſic ait. Atque vt intelligatis Cluentium
non accuſatorio animo, non oſtenta-
tione aliqua, aut gloria adductum, ſed
nefarijs inſidijs propoſito ante oculos
vitæ periculo nomen opianici detuliſſe.
Adducit tertiò Ciceronem in 4. inuer-
rem ſic inquiẽtem, palam de ſella, ac
tribunali pronunciat, ſi quis abſentem
ſthenium rei capitalis reũ facere vel-
let ſeſe eius nomen recepturum, & ſi-
mul, vt ad cauſam accederet, nomenq;
deferret Agathinum nouum affinem,
atque hoſpitem cæpit hortari. Hic tum
repente Pacilius quidam accedit, ait, ſi
liceret nomen abſentis deferre ſe velle,
iſte verò & licere, & fieri ſolere, & ſe re-
cepturum, itaq; defertur edicit ſtatim,

L vt

vt Cal. Decembris adſit Sthenus Syracu
ſis. Affert deniq; Decianus, quòd idem
Tullius de inuent. prodit, Dum inquit,
cũ venefici cuiuſdã nomen delatũ eſſet,
& quia parricidij cauſa ſubſcripta eſſet
extra ordinẽ nomen eſſet acceptum, &
quę ſequuntur, inquit poſtmodum, & ea
cã parricidij ſubſcripta, & ea re nomen
extra ordinẽ acceptũ eſſet. & reliqua.
Ex quibus vna cum Dec. colligimus,
quod prius deferebatur nomen rei, po-
ſtea ſollemni ſubſcriptione accuſaba-
tur. Quod itidem probatur per tex. in
l. cum patronum. §. fin. ff. de iure patr. in
quo iureconſultus ait, eum qui nomen
liberti detuliſſet accuſaſſe intelligendũ
etiam, niſi abolitionem petat. Inde ad-
notamus, quòd delatio eſt ſpecies ac-
cuſationis, quod præter tex. præcitatũ,
depromimus ex tex. in l. indicaſſe. ff. de
verb. & rerum ſignificatione, vbi Vlpia-
nus ait, indicaſſe eſt detuliſſe, arguiſſe,
accuſaſſe, & conuinxiſſe, quaſi quod is
indicaſſe dicatur ſecundum Decianum
26 in ſupracitaro loco. num. 4. Cui, & nos
aſſentimur, qui detuliſſet, mox arguiſ-
ſet, deinde accuſaſſet, & poſtremò con-
uiciſſet, & ſic primus gradus in gene-
re accuſationis conſtitutus videatur in
delatione nominis rei.
Sed vt quod ſentimus in medium ad-
ducamus; quamuis Decianus explican-
do dictum tex. in l. indicaſſe in prælle-
gato loco dicat, quod Iure conſultus
videatur ibi dicere, quod deferre reum
ſit libellum contra reum proponere, ar-
guere ſit argumentis, & probationibus
in libello narrata, & crimen obiectum
comprobare, accuſare cauſam ipſam ac
cuſando reum præſentem orare, & di-
cere, conuincere verò ſit efficere, vt
27 condemnetur? Tamen nobis ſatis arri-
det, quòd is dicatur deferre, qui ſpe
28 præmij crimen alij obijciendo nunciat,
accuſare autem qui non ſpe præmij, ſed
ratione vindictæ ob publicum, vel pri-
uatum delictum aliquem reum facit.
De primo loquitur Decianus ibi ſub
num. 5. fundans ſe in tex. in l. 3. C. de
maleſ. dum in eo dicitur, accuſatorem
autem criminis huiuſmodi non delato-
rem eſſe, ſed dignum magis præmio ar-
29 bitramur. Huic quidem tex. affinis eſt
tex. in l. nulli. in fine. C. de Epiſc. & cler.
ibi, nec delatoris nomen, ſuſpicionem-
que formident, hos quidem, cum præ-
mium inhient cum aliorum Iactura e-
xecrabiles omnibus lex conſiderat, vt
in d. l. ex varia. C. de delat. libr. 10.
ſcriptum eſt. Qui tex. & ſi loquatur de
bonorum delatore ſicuti prædiximus
loqui tex. in l. 1. & totam rubr. C. de de-
lat. & de his qui ſe deferũt, quibus addi-
mus quoque tex. in l. deferre. ff. de iure
fiſci, & tex. in l. inter quatuor. ff. de di-
uerſ. & tempor. præſcript. tamen magis
execrabiles exiſtimamus delictorum de-
30 latores, de quibus eſt tex. in l. fin. vbi ca-
ſus. C. de delat. libr. 10. cum agatur de
perſona, & non de rebus, quibus quan-
to perſona ſit nobilior edocuit tex. in l.
iuſtiſſime. ff. de ædil. edicto. quo fit, vt
ſtante maioritate rationis. Auth. multo
magis. C. de ſacroſ. Eccl. nouiter infe-
rendo tales criminum delatores exacra
biliores homines exiſtimandos eſſe ar-
bitramur.
Nunc autem de ſecundo puta accu-
31 ſationis capite dicendum nobis eſt, pro
qua re explicanda afferimus tex. in l.
noſtris. C. de calumn. inquit enim Impe
rator noſtris, & parentum noſtrorum
conſtitutionibus comprehenſum eſt,
eos qui accuſationem alienis nomini-
bus præſumpſiſſent delatorum numero
eſſe ducendos, atque ideo calumnioſiſ-
ſimum caput, & perſonam iuditio ir-
ritæ delationis infamiæ ſuppilcium ſe-
quatur, quo poſt hac ſinguli, vniuerſiq;
cognoſcant non licere in eo, quòd non
poſſit oſtendi iudicum animos commo-
ueri. Ex hoc tex. arguentes à contrario
ſenſu dicimus, ſi verum eſt ſuppoſitas
perſonas in accuſando delatorum nu-
mero eſſe annectendos, ita vt ij delato-
res etiam adhuc dicantur, qui accuſa-
tionem alienis nominibus præſumunt,
ergò accuſare dicitur quando quis ex
cauſa delicti publici, vel priuati aliquem
accuſat.

In

In quo delicto publico idem ſtatui-
mus, quò ad delictum priuatum, nam,
etſi in publico delicto publica ſit accu-
ſatio, cum quilibet de populo admicti
poſſit ad accuſandum, vt in l. 2. ff. de
publ. iud. nihilominus quò ad coer-
ctionem, non publicum, ſed vti priua-
tum erit exiſtimandum, licet in genere
quo ad pęnę inflictionem interſit Rei-
publicæ delicta puniri. l. ita vulneratus.
ff. ad l. aquil. l. congruit. ff. de offic. præſ.
de qua regula videatur quæſo Carroc.
in caſu 6. Propterea acquieſcẽdum eſſe
ſupra citatæ concluſioni arbitramur.

Quam 2. fundamus per totam rubr.
C. de delat. libr. 10. quo loci Imperator
ait, de delatoribus, & de his qui ſe defe-
runt, vnde apartè patet eum debere di-
ci delatorem, qui ſe defert, quaſi defe-
rat ſe vltrò, ſpontè abſque vindictæ in-
tuitu, ſiuè delictum ſit publicum, ſiuè
priuatum ipſum denunciando, innuit
idem tex. in d. l. ex varia ibi; eos ſolos
execrabiles nunciatores eſſe, qui fiſco
deferunt, & in l. penultima eod. tit. ibi,
delatores ſine fiſci aduocato denunciã-
tes, & voluit expreſſè glo. in verſ. defe-
runt præcitati tex. in d. l. ex varia, Sed
ſpe præmij ob aliquem pecuniæ quæſtũ;
vti bonorum delatore per Imperatorẽ
ſtatutum videmus, dum tertia pars bo-
norum delatorum pro præmio delato-
ri, & aliquando dimidia pollicetur in l.
2. C. eod. tit. C. de delat. libr. 10. & in l.
edicto. §. extat. vbi glo. ff. de iure fiſci.

32 Quamobrem ex his poſſumus ita cõ-
cludere, quod ſi quærimus de modo de-
lationis, & accuſationis, & tunc diſtat
delatio ab accuſatione, ſi vero conſide-
33 ramus vtriuſque verbi effectum; tunc
nulla cadit differentia, proinde defer-
re ſæpè ſumptum reperimus pro accu-
ſare, & è contrario, adeò vt eorum pro-
miſcuus ſit vſus. Ad quod probandum
denuò expendimus tex. in l. fin. C. de
abol. ibi. in quibus Iudex non minus ac-
cuſatorem ad docenda quæ detulit, quã
reum ad purganda, quæ negat, debet
vrgere, & probatum credimus in tex.
deſuper allegatis ſub num. 8. nempe ex
tex. in l. pen. & fin. C. qui accuſ. non poſſ.
in l. iubemus. C. ad l. iul. reper. in l. hi ta-
men. §. vltimo. ff. de accuſ. in l. eum pa-
tronum. in fine. ff. de iure patr. & dixit
Lucas à Penna in d. rubr. C. de delat. nu
mer. 2. Hæc quò ad explicationem ver-
borum delati, & accuſati dixiſſe ſuffi-
ciat.

34 Reliquum eſt, vt vltimum inditiati
verborum explanemus. Itaq; omiſſis
omnibus, quæ circa inditia potuiſſemus
pertractare, cum latè per Menoch. do-
ctiſſimum in tract. de præſumpt. & per
Maſcardum in tract. de probat. pertra-
ctentur, illud dumtaxat ex mente De-
ciani in loco ſæpius admonito. num. 11.
35 recenſebimus, quòd inditia dicta à ver-
bo indicare ſæpe pro accuſare deſuman
tur, ad quod allegat tex. in l. fin. §. 1. C. de
accuſ. in l. lege cornelia in fine. ff. de in-
iur. facit tex. in l. 2. ibi, argumentis con-
uictus. C. quorum app. non recip. & col-
ligitur de tex. in d. l. indicaſſe.

36 Ex quo tex. Doct. aſſumpſerunt re-
ſolutionem illius quæſtionis, ſi ſtat ſtatu-
tum, quod arguenti quem de hæreſi dẽ-
tur centum, ſi quis tamen accuſauerit;
ſed non probauerit hæreſim obiectam,
num debeat is habere centum? & com-
munis Doct. reſolutio eſt negatiua, tali
præmium non deberi, nec illud is con-
ſequi poterit, niſi conuicerit, ex quo lex
requirit probationem. tex. eſt vbi glo.
in verſ. arguerit in l. ſi quis in graui. §. ſi
ex ſtipulatu. & §. ſeq. ff. ad Sillan. l. 2. in
princ. ff. ad l. iul. de adult. & eſt tex. in d.
l. indicaſſe. Per quem tex. Alb. & Ang.
ſic tradidere in l. diuus. ff. de cuſt. & ex-
hib. reorum. idem Alb. & Bald. in l. 1. C.
ex quib. cau. ſerui in præm. lib. accuſ.
Bart. & alij in l. 3. §. ſi ex ſtipulatu. Bald. in
l. 1. C. de cond. ob turp. cau. Doct. in l. 4.
§. ſi tibi. ff. de cond. ob turp. cau. Clarus
in pract. crim. q. 27. & demum Decianus
in loco citato. nume. 9. neminem ex his
adducens.

37 Ex quibus reſultat ampliatio ad hũc
noſtrum generalem indultum, ꝙ ſub eo
comprehendantur criminis rei, ſiue de
lati, ſiue accuſati, ſiue inditiati ſint.

Et quia demonſtrauimus reum delatum non eſſe inter reorum nomen receptum, propterea hoc in loco eſt an-
38 notandum, quod quamuis abolitio nō comprehendat accuſationes nondum inſtitutas, l. 9. C. de gener. abolitione. Ibi accuſatio à te inſtituta nō fuerit publicæ abolitionis præſcriptio ceſſat, voluit Ang. de maleſ. in verſ. & ad quærelam. numer. 77. verſ. 4. de quo meminit Decianus in tit. abolitio, quando impediat accuſ. num. 25. & Farin. in lib. 1. tit. de inquiſit. q. 6. numer. 60. tamen adhuc quò ad tales accuſationes Rex noſter iuſtiſſimus indultum hunc extendendum voluit, quo largior eius munificentia, ac liberalitas in ſubditos oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *AMpliatur 2. diſpoſitio præſentis indultus etiam ſi confeſſi, aut conuicti fuerint.*

2 *Nulla maior probatio quam oris confeſſio.*

3 *Imò eſt melior probatio, omnibus probationibus.*

4 *Vbi probatio per teſtes, vel per inſtrumenta admitti non poteſt admittitur probatio per confeſſionem.*

5 *Ipſa autem confeſſio non eſt maior probatione, quæ fit per rei inſpectionem.*

6 *Confeſſio non eſt propriè probatio, & perinde non compræhenditur ſub ſtatuto faciente mentionem de probationibus,*

7 *In confeſſo partes iudicis non erunt, niſi in condemnando.*

8 *Paria ſunt quem eſſe confeſſum, & legitimè conuictum.*

9 *Item paria ſunt quem eſſe ſponte confeſſum, vel per torturam confeſſum, & ſponte ratificatum.*

10 *Reus conuictus, & confeſſus non eſt ſub fideiuſſoribus relaxandus, ſed in carceribus retinendus etiam, quod de re pecuniaria agatur.*

11 *Delictum ita probatur per confeſſionem, ſicut per conuictionem.*

12 *Conuictio fit teſtibus, vel inſtrumentis,*

13 *Reus conuictus teſtibus poteſt condemnari, licèt neget delictum.*

14 *Conuictus quis dicitur etiam per indicia indubitata.*

15 *Quatuor modis poteſt probari delictum per teſtes, per inſtrumenta, per inditia, indubitata, & per argumenta.*

16 *An ſit differentia inter conuictum, & confeſſum.*

17 *Et an ſtatutum loquens in vno procedat in alio.*

18 *Mitius an agatur cum confeſſo, quam cū conuicto & num. 19.*

20 *Paris qualitas conceditur confeſſo, & conuicto.*

21 *Appellatio nemini eſt deneganda.*

22 *Eſt enim commune litigatorum auxiliū, & tanquam ad reſiduum innocentiæ conſtituta.*

23 *Ea verò non trahenda ad defenſionem iniquitatis.*

24 *Nec enim inuēta eſt, quæ reſtituat quodcunq; ſed illicitum tantum.*

25 *Ipſa autem æquè conuicto, & confeſſo denegatur & num 26.*

27 *Quilibet admittitur ad appellandum pro alio in criminalibus etiam reo inuito, num. 28. 30.*

29 *Fallit niſi reus ſit ſponte confeſſus.*

31 *In delictis enormibus, nec confeſſus tantum, licèt non conuictus, nec è contra conuictus tantum, licet non confeſſus poteſt appellare.*

32 *Delicta quæ enormia ſint oſtenditur exēplis num. 33. cum ſeq.*

37 *Quam plures annumerantur caſus in quibus appellatio non admittitur.*

38 *Condemnatus præſumptione iuris, & de iure non appellat.*

39 *Condemnatus in cauſa fiſcali, vel Principis non appellat.*

40 *A pæna impoſita à lege non licet appellare.*

41 *Licèt à declaratione dictæ pænæ valeat appellari.*

42 *A ſententia ſortis, vel fortunæ non appellatur.*

43 *Fallit niſi quis ex tali ſententia ſortis, & fortunæ enormiter læderetur, tūc poſſet petere illam in melius reformari.*

Quod

44 *Quod ſublimitatur niſi firmata foret ſen-*
tentia iudicis tranſacta in rem iudica-
tam.
45 *Hinc oritur ampliatio præſentis indul-*
tus etiam quò ad confeſſos, & conui-
ctos.
46 *Quando quis confeſſus eſt delictum, vel*
eſt de eo conuictus controuerti non po-
teſt delictum eſſe probatum.
47 *Hinc colligitur ampliatio præſentis in-*
dultus, quòd extenditur etiam ad deli-
cta liquidata licèt contra ſit de iure
communi. & num 48.

Etiam ſi confeſſi, aut conui-ſcti fuerint.

AMPLIATIO II.

CAPVT VIII.

Recollegi-
mus in præ
cedenti, quod
quamuis a
bolitio nō
extédatur
ad delicta
non dum
inchoata,
nec inſtitu
ta, attamē
etiam ad
crimina delata hunc noſtrum genera-
lem indultum extendi eiuſdem indul-
tus viuæ vocis oraculo conſtare demon.
ſtrauimus, ſubſequitur modò Rex no-
ſter inuictiſſimus eiuſdem indultus diſ-
poſitionem ampliando, & decernit eum
quoq; comprehendēdū eſſe ſub hac ge-
nerali indulgentia, qui confeſſus, aut
1 conuictus fuerit, quòd quidem regalis
munificentiæ, ac largitatis beneficio
munitum eſt.

Etenim ſi per indultum hunc confeſ-
ſis, aut conuictis conſultum non eſſet,
quis eos pro delictorum qualitate non
2 plectendos eſſe dubitaret? ſi quidem,
reſpectu confeſſi nulla maior probatio,
quàm confeſſio oris proprij. c. 1. extrà.
3 de probat. Cumq; ſit melior probatio
omnibus probationibus Boſſ. in tit. de
confeſſis. nu. 8. 2. fit, vt vbi teſtes, & in-
4 ſtrumenta non poſſent admitti, proba-
tio nihilhominus per confeſſionem ad-
mittitur. Ias. latè. in l. cum te tranſegiſ-
ſe. col. 1. & 2. C. de tranſ. in l. ſi duo pa-
troni. §. idem Julianus. col. 2. ff. de iure
iur. in l. properandum. in princ. col. fin.
verſ. 3 limita. C. de iudic. Lanfr. in cap.
quoniam contra. verſ. confeſſiones. ex-
trà. de probat. Aret. in c. cum P. Manc.
col. 6. extrà. de accuſ. & Dec. in c. atſi cle
rici. in princ. 1. not. extrà de indic. Cæ-
5 terum non eſt maior probatione, quæ
fit per rei inſpectionem, eam tamen nō
ſuperat iuxtà notata per Iaſ. in l. fin. ff.
de in litem iur. & per Bart. in l. abſenté.
6 col. pen. & in fin. ff. de penis. Et ſi non ſit
propriè probatio.

Vnde fit, vt non cadat ſub ſtatuto fa-
ciente mentionem de probationibus
voluit Iaſ. in d. l. cū te. col. 2. C. de tranſ.
& Fel. poſt alios. in rubr. extrà. de pro-
bat. recenſuit Boſſ. in tit. de conuictis.
7 num. 8. Propterea in confeſſum Iudicis
partes nullæ eſſent, niſi in eum condé-
nando. c. 1. extrà. de conf.

8 Hæc quò ad conuictum etiam anno-
taſſe ſufficiant, cum paria ſint, quem
eſſe confeſſum, vel legitimè conuictum.
l. fin. C. de cuſt. & exhib. reorum. l. qui
ſentétiam. vbi Doct. C. de penis. Gram.
9 in deciſ. 36. num. 61. & paria ſunt quem
eſſe ſpontè confeſſum, vel per torturam
confeſſum, & ſponte ratificantem. vti
Farin. placuit. in tit. de carceribus, &
carcer. q. 33. nume. 13. qui ibidem ſub
10 num. 9. edocuit, reum confeſſum, & cō-
uictum non eſſe ſub fideiuſſoribus rela-
xandum, ſed in carceribus retinendum
etiā ſi de re pecuniaria agatur per tex.
in l. ſi confeſſus. ibi, ſi confeſſus fuerit
reus donec de eo pronuncietur in vin-
cula publica conijciendus eſt. ff. de cuſt.
& exhib. reorum. exornat Bart. doctr. in
l. 1. nu. 1. ff. de conſt. reorum. Bal. in l. nul-
lus. nume. 3. verſ. aut venit imponenda
pena pecuniaria. C. de exhib. reis. alijſq;
Doctor.

Digitized by Google

Doctor. per ipſum coarceruatis.
11 Sed quia delictum ita probatur per
confeſſionem, ſicut per conuictionem,
vt dicit Decius in d.c. at ſi clerici. not. 1.
12 extrà. de iudic. Propterea hoc in loco
adijciendum putamus, quòd conuictio
ſit teſtibus, vel inſtrumentis Dec. in d.
13 1. not. per quam teſtium probationem
inibi dixit Dec. poſſe reum condemna-
ri, quamuis neget per tex. in l. quis ſen-
tentiam. C. de pœnis, & in c. ad noſtram.
14 vbi Felin. extrà. de probat. Immò etiã
per indicia indubitata quis conuictus
diri poteſt l. ſciant cuncti. C. de probat.
15 & per argumenta Bald. in d. l. ſciant
cuncti. num. 1. vbi dixit, maleficium pro-
bari poſſe tribus modis, primò per te-
ſtes, ſecundò per inſtrumẽta, tertiò per
indicia indubitata. quartò ſecundum
Boſſ. in tit. de conuictis num. 5. per ar-
gumenta.
16 In ſumma, & ſi videatur inter conui-
ctum, & confeſſum dari differentia, ex
17 quo ſtatutum in vno non habet locum
in alio. Dec. in d. c. at ſi clerici. not. 1.
Cæpolla in cautela 81. Iaſ. in l. quod te.
col. 11. ff. ſi cert. pet. & in l. eum qui. ff. de
iure iur. & quod id videatur colligi ex
18 eo quoque, quia mitius agitur cum con
feſſo, quam cum conuicto. l. quis quis.
C. ad l. iul. maieſt. c. non dicatis. 12. q. 2.
glo. in l. fin. C. de compenſ. Iaſ. in præ-
citatis locis, quando tamen ſponte quis
19 eſt confeſſus, non autem metu proba-
tionum, cum tali caſu habeatur pro cõ-
uicto. Abb. in cap. ad hoc. extrà. de ſi-
mon. l. fideicommiſſa. §. ſi rem. ff. de leg.
3. Decius in cap. cum M. Ferrarienſis.
col. antepen. de conſt. latius proſequi-
tur Boſſ. in præcit. tit. de conuictis. nu.
6. cum ſeq.
20 Tamen parem tribuimus conuictis,
& confeſſis qualitatem, ex quo natura
abhorret illud quod vitam adimit, vt
plenè per Anchar. in conſil. 23. & Barb.
in conſ. 70 col. 2. in fine, & ſeq. vol 4. tam
in confeſſo, quam in conuicto.
21 Quibus ita poſitis, quamuis appella-
22 tio nemini ſit deneganda, eſt enim cõ-
mune litigatoribus auxilium. l. litigato-

ribus. C. de appell. tex. vbi glo. in verſic.
commune. in l. cum minor. §. fin. ff. rem
ratam hab. tanquam ad reſiduum inno-
centiæ conſtituta, ſed non trahenda ad
23 defenſionem iniquitatis, id enim eſt iu-
re improbatum. c. cum ſpeciali. §. porro.
& c. 1. & c. præterea. de appell. in 6. inde
24 dicitur, quod non eſt adinuẽta, vt reſti-
tuat quodcumque, ſed illicitum. l. 1. ff.
de appell. l. non diſtinguemus. §. cũ qui-
dam. ff. de recep. arb. c. cum nobis olim.
25 de electione in 6. tamen conuicto, &
confeſſo denegatur appellatio. Obſer-
uare curabis, inquit Imperator in l. 2.
C. quorum app. non recip. ne quis ho-
micidarum, veneficorum, maleficorum,
adulterorum; itemque eorum, qui ma-
nifeſtam violentiam commiſerunt ar-
gumentis conuictus, teſtibus ſuperatus
voce etiam propria vitium, ſcelusque
confeſſus audiatur appellans.
Quod ſi confeſſus foret, ſed non con
26 uictus, vel conuictus, ſed non confeſſus
nedum admicteretur quidem ad appel-
lationem. l. addictos. C. de Epiſc. audiẽ-
tia. l. addictos. C. de appell. de quo latè
per Carrer. in princ. commentarij in d.
27 l. ſi verum, & alij quoque ad appellatio-
nem admicterentur rei tamen nomine
etiam ſi reus illi non mandauerit, alius
ergò quis quis ſit prouocare poterit, ſi
voluerit etiam reo inuito. l. nõ tantum.
28 ff. de appell. hoc etenim caſu non quæ-
rimus cuius interſit, humanitatis enim
ratio facit omnem prouocantem audi-
29 ri debere. Carrer. in ſua pract. in 1. par.
num. 24. niſi tamen reus ſit ſponte con-
feſſus. Marſ. in l. 1. num. 138. plures alle-
gans. C. de raptu virg.
30 Cuius concluſionis ratio illa poterit
eſſe, quia quando quis eſt confeſſus, &
conuictus omni defenſionum genere
eſt deſtitutus, & iudicis partes erunt in
condemnando. d. c. 1. de conf. ergo mi-
rum non eſt ſi non admictitur ad appel-
landum.
Sed aduertendum eſt quod appella-
tio denegatur conuictis, & confeſſis,
quod ſi confeſſus dumtaxat quis eſſet,
vel conuictus poſſet appellare. Hæc ta-
men

31 men concluſio non procedet in delictis
enormibus, nam in his, licet quis con-
feſſus, vel conuictus ſit non admictetur
32 ad appellandum, vtputa in crimine fal-
ſæ monetæ.l.1. C. de falſa mon. in raptu
33 virginis.l.1.§.ſin autem poſt.C.de raptu
virg. In notoriè criminoſo.l.conſtitutio-
34 nes.ff.de appell. vbi Bart. c. cum ſit Ro-
mana. vbi Canoniſtæ. de appell. c. per-
uenit, & c. conſuluit. eod. tit. in cauſis
35 teſtamenti irriti. in l. ſi quis ſilio exhæ-
redato.§. hi autem. ff. de iniuſto rupto,
36 irritoq; facto reſtaméto, & hoc propter
criminum immanitatem, glo. in verſic.
propria præcitati tex. in l. 2. Carrer. in
loco præmonito.num. 36.
37 Sed quoniam præter hos caſus plures
quoque dari poſſunt in quibus appro-
batio non admictitur, quoſdam referre
non pigebit, cæteros verò omiſſos faci-
mus cum de eis latè pertractetur per
Spec.in tit. de appell.§.in quibus,& per
Marſil.in l.1.numer. 138. cum ſeq. C.de
raptu virg.
38 Primus erit in condemnato ex præ-
ſumptione iuris & de iure, is enim cum
habeatur pro confeſſo, & conuicto non
poterit appellare. Bald.ſingulariter in l.
ſi quis adult. ff. ad l. iul. de adult. idem
Bald in l.quædam mulier.ff.ſam.hęrciſc.
latè Marſ. in ſing. ſuo 116. incip. præ-
ſumptio iuris.
39 Secundus in cauſa fiſcali, vel Princi-
pis, in quo quis eſt condemnatus non
appellatur l. abſtinendum, & l. fin. C.
quorum appell. non recip.
40 Tertius à pœna impoſita à lege non
poteſt appellari l.ſi qua pęna.ff.de verb.
& rerum ſignific.c. quia nos, vbi glo. de
appell. & glo.in c. ſuper his. eod.tit. Io.
Andr. in c.ad noſtram.eod.tit. à decla-
41 ratione tamen dictæ pęnę poteſt appel-
lari. glo.in c. cupientes.§.quid ſi porro.
de electione.in 6. Card. in c. conſuluit.
el 3. de appell. Rom. in ſingulari ſuo
214.incip. à pęna legis.
42 Quartus erit caſus in quo non admi-
ctitur appellatio, ideſt, quando ſumus
in ſententia ſortis, vel fortunæ, cum for-
tuna in mundo non habeat ſuperiorem.
Bald. in l.fin. in princ. col. 1. C. comm.
deleg. quem ſeq. Iaſ.ibidem, niſi tamen
43 quis ex tali ſententia fortunæ enormi-
ter læderetur, tunc enim poſſet petere
illam melius reformari niſi firmata eſſet
44 iudicis ſententia, & tranſacta in rem iu-
dicatam.ſic idem Bald. in l. maioribus.
C. comm. vtriuſque iud. Rom. in conſi.
471.incip.lucrum autem Card. Alex. in
rubr. extrà.de appell. col.15.& Iaſ.in d.
l.fin. quos refert Marſ. in ante dicto lo-
co.num. 140.ad quem, ne Doctorum di-
cta tranſcribere videamur, ſtudioſos re-
mictimus.
45 Apparet igitur ex his ingens Regis
noſtri liberalitas, & conſequenter am-
pliatio ad huius indultus diſpoſitioné,
quod conuictos, & confeſſos iuris com-
munis dictamine pęna perſonali omni-
no puniendos per hunc noſtrum indul-
tum à pęnę nexu liberatos, ac perſonali
luitione exemptos eſſe, ſit ſancitum.
Sed vt materiã ſtrictius declaremus,
46 animaduertamus, quod quando quis
eſt confeſſus delictum, vel de eo conui-
ctus eſt, controuerti non poterit deli-
ctum eſſe probatum, & de eo liquere, ac
liquidò conſtare, propterea dum Rex
noſter inuictiſſimus reos conuictos, &
confeſſos hoc eximio beneficio gaude-
47 re debere decreuerit reſultat amplia-
tio puntualis in propria materia diſcre-
pans tamen à iure communi, quo qui-
dem iure ſtatutum eſt, abolitionem ge-
48 neralem non porrigi ad delicta iam li-
quidata, vt eſt tex. in l. fin. C. de abolit.
dixit Ang.in l. libellorum.§.fin.in princ.
ff.de accuſ.Ang.de malefic.in verſ. & ad
quærelam num.77. verſ. & ſubdit multũ
notabiliter, de eo meminit Decianus in
tit. abolitio, quando impediat accuſ.
nu.23.poſt eum Placa in epitome delict
c.38.num.3. verſ. 2. intelligendum fore.
lib.1. ſub tit. de abolit. quem recenſuit
Farin.in tit.de inquiſitione.q. 6. nu. 58.
& tamen ad huc conuictos, & confeſſos
comprehendi voluit.
Ex quibus dignoſcitur inuictiſſimi
Principis magnitudo, pietas, & clemen-
tia incomparabilis.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Ampliatur 3. ſiue proceſſus ad huc cæpti non ſint, ſiuè pendeant.*

2 *Non entis nullæ ſunt partes.*

3 *Vbi ſubiectum, ſiuè ſubſtantia deficit ibi non poteſt adeſſe qualitas.*

4 *Indultus non debet porrigi ad delicta incognita, & incogitata ad inſtar tranſactionis.*

5 *Indultus non debet ſperari præter indulgentis intentionem.*

6 *Hinc ampliatur indultus diſpoſitio contra ius commune etiam ad delicta incognita.*

7 *Cuius ampliationis duplex ab authore in medium affertur ratio. & num. 8. 14. & 15.*

9 *Aliud eſt abolitio, & aliud indulgentia Principis.*

10 *Num auctis bonis augeatur legitima, & diſtinctionis fædere conciliantur deciſio Affl. 382. cum deciſ. Præſ. de Franc. 61. num. 11. cum ſeq.*

13 *Et quid in paragio remiſſiuè.*

16 *Abolitio ſeu indultus hic tria delictorũ genera poterit continere præterita, futura, & præſentia.*

17 *Ad futura delicta non extenditur indultus, ne detur materia delinquendi.*

18 *An porrigatur ad proceſſus pendentes ſuper delictis patratis poſt publicationem indultus dicitur quod non. & nu. 19 & 20.*

21 *Vna pars legis per aliam declaratur.*

Siuè proceſſus adhuc cæpti non ſint, ſiuè pendeant.

AMPLIATIO III.

CAPVT VIII.

1 HIC caſus ampliationis videretur ſub indultu non poſſe comprehendi, ſi quidem certi iuris eſt proceſſibus non cęptis non poſſe quem dici reum criminis, neç pęnę iuriſdictioni ſubiectum, ex proceſſibus enim debet liquere quem deliquiſſe, & eſſe criminoſum, quibus deficientibus cum ſint veluti indultus huius ſubiectum de-
2 ficit effectus indultus, cum non entium nullæ ſint partes per l. manumiſſiones. ff. de iuſtitia, & iure. l. eius qui in prouin-
3 cia. ante finem. ff. ſi cert. petatur, vbi. n. ſubiectum, ſiuè ſubſtantia deficit, ibi nõ poteſt adeſſe qualitas. l. Pomponius. in fine. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. ſi ſeruum. §. ſi modus; ibi. bonitas loci, qui non extat. ff. de actio. empti. Socc. in conſil. 131. incip. cũ in præſenti conſultatione. col. fin. vol. 1. plures adducit Probus ad Ioannẽ Mon. in c. quamquam. num. 4. de vſur. in 6. etſi proceſſus non ſunt cępti Rex videtur indulgere delicta ſibi
4 incognita, & incogitata, ad quæ indultus non debet porrigi, nec extendi ad inſtar tranſactionis, quæ ad incognita, & incogitata non extenditur. l. tres fratres. ff. de pactis, l. cum aquiliana. & l. ſi
5 de certa. C. de tranſ. Quod ſi aliter diceretur, ſequeretur indultum hunc operari præter Regis inuictiſſimi indulgẽtis intentionem, quòd non eſt admictẽdum ad tex. in l. nõ omnis. ff. ſi cert. pet. cum ſimilibus.

Et propterea iure communi ſancitũ eſſe credimus abolitionem non compręhendere accuſationes non dum inſtitutas, vt fundauimus ſupra in p̃cedẽtibus allegando tex. in l. 2. C. de gener. abolitione, ibi accuſatio à te inſtituta non fuerit publicæ abolitionis præſcriptio ceſſat. Ang. de maleſ. in verſ. & ad querelam. num. 77. verſ. 4. Decianum in tit. abolitio, quando impediat accuſationem. num. 25. & Farin. in tit. de inquiſitione. q. 6. num. 60. id ex Plachæ doctr. affirmantem.

6 Ex quibus ſi Rex indulget crimina etiam quod proceſſus cępti non ſint cõtraria erit eius diſpoſitio iuris communis decreto, vt nuper fũdauimus, pro indè maior Principis huius munificentiſſimi ĩ ſubditos demõſtratur benignitas, & affectio, & etiam tex. huius latiſſima ampliatio, cuius duas rationes excogitauimus,

7 gitauimus, quæ fortaſſe non diſplice-
bunt.
Quarum prima ſi inueſtigetur, quare
8 Rex noſter indulget crimina etiam cum
proceſſus cæpti non ſint, quia reſpon-
deri poteſt, Principis voluntas tendit
ad delictorum abolitionem, non pro-
ceſſuum fabricationem, mirum non eſt
ſi hic generalis indultus porrigitur ad
accuſationes non dum inſtitutas, & ſic
proceſſibus non cęptis.
9 Et aduertendum eſt, quod aliud eſt
abolitio, & aliud indulgentia Principis,
cũ hæc fiat ex cauſa, & crimẽ extinguat,
abolitio verò iuſticiam iudicij tantum
primit. ſic animaduertit Aug. ad Ang.
in verſ. & ad querelam. nume. 79. Placa
in epitome delictorum c. 38. nu. 3. verſ.
2. intelligendum. Carrer. in pract. crim.
in tract. homicidij. numer. 9. & ſeq. verſ.
29. excuſatur, & eos ſequitur Farin. in
præcitata q. 6. ſub tit. de inquiſit. nume.
61. vol. 1.
Sed vlterius fingamus, quòd proceſ-
ſus fabricarentur hodie ſuper delictis
ante publicationem, huius indultus cõ-
miſſis, nulli dubium quin proceſſus nũc
fabricatus fieret ſuper delictis per prius
patratis, & ſic de præterito, quod quam
uis per prius non ſit deductum, ſed mo-
do per proceſſum declaratum, tamen
habendum erit, ac ſi per prius deductũ
eſſet, arg. tex. in l. ſerui qui. ff. ad l. falcid.
10 ad inſtar illius, quod controuertunt
Doct. in illa q. num auctis bonis augea-
tur legitima? in qua quæſtione, & ſi plu-
res voluerint, quod auctis bonis augea-
tur legitima, per tex. in l. ſi patronum. §.
ſi ex bonis. ff. de bonis libert. iuxta quã
opinionem in hoc noſtro ſupremo Prę-
torio deciſum fuit tempore Affl. vt idẽ
teſtat in deciſ. 382. & alij voluerunt, quod
auctis bonis augeatur, & ipſa legitima
per tex. in d. l. ſerui qui. ff. ad l. falcid.
de quo latè per Aymum in tract. de al-
luuione lib. 2. cap. 10. §. 1. per Peregr. in
tract. de fideicomm. articulo 26. à num.
24. cum ſequ. & Craſſum Moderniores
11 recenſentem in tract. de ſent. vltim. vo-
lunt. §. legitima. q. 13. Tamen illam ſen-
tentiam S.C. amplexatum eſt, quæ hanc
continebat diſtinctionem. quod aut au-
12 gentur facultates ex iuribus in præteri-
tum deductis, & tunc augebitur legiti-
ma, aut verò non augetur patrimoniũ
ex iuribus in præteritum deductis, &
tunc vera erit opinio negatiua, ſic Præ-
ſes de Franchis in deciſ. 61. in vita, &
militis loquẽs. quę quidem deciſio num
13 procedat in paragio, ne extra materiã
progrediamur, remictimus adnotata
per Gram. in deciſ. 57. & 65. cum ſequ.
vbi contrarias affert opiniones, & con-
ferunt tradita per Lud. in deciſ. Peru. 21.
Cuius deciſionis ratio ex traditis per
14 Francum ibidem. numer. 13. colligitur,
quia virtualiter, & realiter inerant cor-
pora in hæreditate quamuis non appa-
rerent.
15 Quamobrem inferemus, quod ideò hic
indultus ſtatuit ſuper delictorum abo-
litione proceſſibus ad huc non cæptis,
quia Regi ſatis eſt, quod criminoſi verè
deliquerint, quamuis de delictis per
proceſſus non liqueat, nec conſtet, vt
ſuum indultus conſequatur effectum
ſuper delictorum præteritorum aboli-
tione, & erit 2. ratio.
16 Pro quorum omnium comprobatio-
ne id annotabimus, quod abolitio, & in-
dultus hic tria delictorum genera po-
terit continere. & primo delicta præ-
terita, & hic caſus eſt indubitabilis, etiã
quod proceſſus non ſint cæpti, vt alias
demonſtrauimus ſupra in c. 2. nume. 75.
& in hoc præſenti enodauimus.
Secundo poterit continere delicta
futura, & iſta ſub indultu non compre-
17 henduntur, ne detur materia delinquẽ-
di ad tex. in l. conuenire ff. de pactis do
tal. cum alijs per nos explicatis ſupra in
d. c. 2. num. 55. cum ſeq.
Tertio delicta præſentia, ſeu proceſ-
ſus pendentes, de quibus mox dicendũ
eſſet, cæterum, & ſi plura poſſent effun-
di ſuper huius articuli demonſtratione,
tamen cum Bart. in l. omnes populi. q. 5.
18 principali. ff. de iuſt. & iure omnia com-
plectendo plenè diſcutiata, liud nõ pro-
ſequamur, niſi concluſiuè dicamus, quod

ſi proceſſus pendeant ſuper delictis in
præteritum patratis ante tamen publi-
cationem huius indultus, & ad ea abſq;
difficultate porrigitur nedum ex ſupe-
rius adductis, verum etiam ex traditis
per Bart. loco præcitato.
19 Aut vero proceſſus pendent ſuper
delictis non in præteritum commiſſis
etiam quod proceſſus adhuc pendeant
20 ea comprehendi negamus, vt diſpoſi-
tio generaliter prolata intelligatur in
terminis habilibus. l. ſcite oportet. §.
aliud. ff de excuſ. tut. dixit Bart. in l. fur-
ti. §. pactus. ff. de ijs qui not. inf. & quod
vna pars legis declaretur per aliam. l.
vtrum. vbi Ang. ff. de petitione hæred. l.
21 ſi ſeruus pluriũ. §. fin. ff de leg. 1. Probus
notat. in additione ad Monacum in c.
actus legitimi. de reg. iur. in 6. Dec. in
conſil. 442. incip. in cauſa. num. 3. & 13.
vol. 2. vnde cum expreſſè per indultum
apertum ſit ea delicta ſub eo compre-
hendi, quæ facta ſunt ante diem publi-
cationis, vt iuridicè fundaſſe credimus
ſupra in q. 9. & in verſ. ab hodierna die
retrò factis, vel commiſſis, propterea
concludimus ipſum & ſi proceſſus pen
deant, dum tamen delicta ſint præteri-
ta, & ante publicationem indultus hu-
ius commiſſa ad ea ſuum porrigere ef-
fectum explorati iuris eſſe.

S V M M A R I V M.

1 *NVmquid lata ſententia condemna-
tionis licitum ſit criminum reis
gratiam facere.*
2 *Et plures diſtinguuntur ab authore ca-
ſus.*
3 *Rex ſiuè ante ſententiam, ſiuè poſt gra-
tiam facere poteſt.*
4 *De Principis poteſtate diſputare ſapit
hæreſim cum num. ſequ.*
5 *Ipſe enim omnia poteſt, eſt ſupra ius, &
factum ab eo reputatur factum à Deo.*
11 *Et poteſt adæquare quadrata rotundis.*
12 *Quando Princeps facit gratiam tenor
ipſius eſt ſubtiliter attendendum.*
13 *Si Princeps vtitur verbo indulgeo, vel
gratiam facio ſimpliciter tunc erit ſim-
plex gratia, & indulgentia. & num. 14.*
15 *Inſtrumentum tantum ſonat quantum
cantat.*
16 *Quilibet præſumitur ſibi, & hæredibus
ſuis proſpicere.*
17 *Fruſtra exprimitur quod tacitè ſubau-
ditur.*
18 *Inſtrumentum quamuis non cantet de
hærede, ſonabit de hærede.*
19 *Principis indulgentia, & abolitio in tã-
tum ſonabit in quantum cantat.*
20 *Quamuis ſimplex indulgentia Principis
tollat pœnam criminis, non tamen tollit
pœnam infamiæ, nec honoris, aut di-
gnitatis maculam abſterget.*
21 *Data indulgentia adultera tantum, vel
adulteræ tantum non cenſebitur alteri
data.*
22 *Correlatiuorum eadem debet eſſe iuris
diſpoſitio.*
23 *Si Princeps dixit indulgeo, vel gratiam
facio adiectis his verbis, quia reperij
ipſum innocentem, tunc non erit ſim-
plex indulgentia, nec ſimplex venia,
ſed erit in integrum reſtitutio.*
24 *In integrum reſtitutio tanquam fauora-
bilis trahitur ad pœnam tam corpora-
lem, quam pecuniariam, ad bona, ad
famam, & ad omnia alia.*
25 *Hinc eiuſmodi reſtitutus recuperabit bo-
na ſua nedum publicata, ſed in alium
alienata. & num. 26.*
27 *Et ratio ea eſt, quòd talis reſtitutio non
eſt ſimplex gratia, nec gratia in forma
gratioſa, ſed per viam iuſtitiæ, ex quo
adeſt cauſa, quia reperij ipſum inno-
centem.*
28 *Reſtitutionis virtus eſt omnia in ſtatum
priſtinum reponere, & reducere.*
29 *Nimirum ſi trahatur ad bona etiam in
tertium alienata.*
30 *Non tantum Rex, ſed etiam Princeps,
qui non recognoſcit ſuperiorem poteſt
gratiam facere ante, & poſt ſententiã.*
31 *Quod etiam intelligendum eſt in omnibus
Ciuitatibus non recognoſcentibus ſupe-
riorem.*
32 *Princepes non recognoſcentes ſuperiores
ſunt Monarchæ in Regnis ſuis.*
33 *Hinc eſt, quod habent regalia.*

Et

34 Et per indè ad inſtar Regis poſſunt facere gratiam ante, & poſt ſententiam.

35 Barones, Feudatarij, Duces, & Marchiones non poſſunt gratiam facere poſt ſententiam in delictis capitalibus, licet ſecus quò ad pœnas pecuniarias.

36 Remittere peccata eſt ſupra legem.

37 Remittere pœnam eſt quid contra legem, & naturam.

38 Solus Princeps eſt legibus ſolutus.

39 Indulgendi facultas eſt de reſeruatis Principum.

40 Et ideo ſi concedantur generaliter regalia ſub tali conceſſione non venit indulgendi facultas.

41 Quia nec ſub tali conceſſione veniunt Principi reſeruata.

42 Si concedatur mærum, & mixtum Imperium non cenſetur conceſſa dicta indulgendi facultas.

43 Etiam ſi omnimoda, & perpetua iuriſdictio ultra mærum, & mixtum imperium eſſet conceſſa. num. 44. & 45.

46 Iudices ordinarij non habent indulgendi poteſtatem.

47 Barones an habeant iuriſdictionem in officium, vel in proprietatem. nume. cum ſeq.

51 Concluditnr per anthorem prædictos Barones recognoſcentes ſuperiores non poſſe gratiam facere nec ante, nec poſt ſententiam.

52 Plura licèt Principi quæ alijs non licent.

53 Limitatur primo dicta conclnſio niſi talis agratiandi facultas ex tenore inueſtituræ appareat conceſſa.

55 Secundo limitatur quando feudatarius inueſtitus cum mæro, & mixto imperio, ac omnimoda, & perpetua iuriſdictione crearetur Dnx, Marchio, vel Comes.

55 Ex quo tunc nedum Regalia, ſed etiam Principi reſeruata cenſentur conceſſa.

56 Sed prædictam limitationem non ſequitur author. num. 57.

58 Tertio limitatur in Baronibus huius noſtri Regni, quibus tamen conceſſa ſit iuriſdictio cum mæro, & mixto imperio, quatuor literis arbitrarijs, ac cum cognitione 1. & 2. cauſarum.

59 Per Regem Alphonſum fuit mærum imperium Baronibus huius regni communicatum.

60 Hinc protulit Affl. in conſtit. incipiẽte. contingit in 3. notab. ob conceſſionem mæri imperij conceſſi Baronibus huius Regni cum cognitione primarum, & ſecundarum cauſarum Magnam Curiam Vicariæ fuiſſe peſſundatam.

61 Hinc dixit Bellug. in Specul. Principum, quod mærum imperium eſt profanatum tam ex priuilegio, quam alias, conſuetudine enim vſurpatum eſt, quod mærum imperium ſit in commercio. & nu. 62.

63 Deciſio Sacri Conſilij refertur, quòd nunquam dictus caſus gratiæ faciendæ cenſetur comprehenſus, nec conceſſus, nec caſus commutationis pœnæ. & num. 64. & 65.

66 Numquid conceſſa cognitione primarũ, & ſecundarum cauſarum feudatarius poſſit gratiam facere poſt ſententiam, à qua fuerit appellatum, & authoritate Sacri Conſilij confirmata.

67 Appellatio extinguit ſententiam de præſenti, ſed ſuſpendit inſpecto futuro euentu.

68 Reducit cauſam ad terminos litis conteſtatæ.

69 Facit, quod ſententia habeatur pro non data, & quòd ea pendente appellans ſit ſtatus integri. & num. 70.

71 Refertur deciſio Sacri Conſilij, quâ fuit decretum Baronem appellatione pendente poſſe gratiam facere.

72 Numquid Iudex valeat gratiam facere poſt ſententiam. & num. 73.

74 Et deciditur quòd non, ex quo non habet iuriſdictionem in proprietatem, ſed in exercitium ex Principis commiſſione. & cum numeris ſeq.

79 Iuriſdictionis omne ius, dominium, & poſſeſſio reſidet penes Principem, vel alium dominum.

80 Iudices quamuis habeant merum imperium illud retinent ad publicam vtilitatem, non ad propriam.

81 Illa per Iudices acquiritur dignitas, quæ ex officijs ortum habuit, quæ tanquam

trabes, vel ſtola induitur, & exuitur. & num. 82.

83 *Nemo poteſt commeatum, remmeatumque dare, niſi imperator.*

84 *Iudicibus commiſſa eſt adminiſtratio, vt iuſtitiam adminiſtrent deliquentes puniendo, & innocentes abſoluendo, non autem, vt gratias faciant, & pœnas remittant.*

85 *Actus agentis non debet operari vltra eius intentionem, & inducta ad vnum finem non debent operari contrarium.*

86 *Iudex lata ſententia non poteſt gratiam facere, ex quo functus eſt officio ſuo.*

87 *Poſt ſententiam dictam de amplianda, vel minuenda pœna damnatorum ſine Principis authoritate nihil eſt ſtatuendum.*

88 *Nemo ſuam poteſt mutare ſententiam, quod tam in ciuilibus, quam in criminalibus non procedit. num. 89.*

90 *Et ratio ea per authorem affertur, quod ſit de regalibus, & ſoli Principi reſeruatum.*

91 *Limitatur prædicta concluſio, niſi talis facultas agratiandi poſt ſententiam fuerit expreſſe per Principem conceſſa.*

92 *Secundo limitatur ex cauſa, nam Iudices ordinarij poſſunt rebannire, & remittere pœnas, ſi bannitus alios bannitos detexerit, vel apprehendi fecerit.*

Et ſiuè iam condemnatio ſequta fuerit.

AMPLIATIO IIII.

CAPVT IX.

1 HÆc quarta ampliatio ex præſentis capitis verbis expreſſa nobis cauſam præbet illam queſtionem differendi, num lata ſententia licitum ſit criminum reis gratiam impartiri. In qua quidẽ queſtione iuris interpetres ſæpius al-
2 tercari conſueuerunt, proinde ad eius facilem cognitionem, eiuſque veram ac ſolutionem habendam, hos caſus conſtituendos eſſe dicimus.

Primus, quando loquimur in Rege,
3 & tunc, ſiuè ſimus ante ſententiam, ſiuè poſt ſententiam omnes vnanimi cõſenſu per ipſum gratiam poſſe fieri de iure concluſerunt per tex. in l. 1. §. ſi quis vltrò. ff. de quæſt., & l. diui fratres, in fi-
4 ne. ff. de pœnis. Præſes enim prouinciæ quem damnauit reſtituere non poteſt, cum nec pecuniariam ſententiam ſuam reuocare poſſit. Quid igitur? Principi eum ſcribere oportere, inquit Iureconſultus, ſi quando ei, qui nocens videbatur poſtea ratio innocentiæ conſliterit,
5 d. l. 1. in finalibus verbis. ff. de quæſtio, extant propterea non nulla reſcripta Caliſtratus in d. l. diui fratres ait, quibus vel pœna minuta eſt, vel in integrũ reſtitutio conceſſa eſt, ſubiungit, ſed id dumtaxat à Principibus fieri poteſt, quod quidem in ſeq. eiuſdem tex. parte demonſtrat, dum mandat Imperatori ſcribendum, adiecta tamen ſententia à Præſide decernendo, ſi qui ex principalibus alicuius Ciuitatis latrocinium fecerit aliudue quod facinus, vt capitalem pœnam meruiſſe videantur, commiſerint vinctos eos cuſtodies, & mihi ſcribes, & adijcies, quod quiſque commiſerit. Vn-
6 de Princeps poteſt etiam poſt ſententiã gratiam facere, quod quidem idem ſanxit Iureconſultus in l. acta. §. de amplianda. ff. de re iud. dum in eo tex. dicitur de amplianda, vel minuenda pœna dãnatorum poſt ſententiam ſine principali authoritate nihil eſt ſtatuendum, ſine principali authoritate. exponit Accurſ. i. ſine Principis authoritate nihil eſt ſtatuendum, & ſic ex hoc tex. clarè liquet, Principi dumtaxat permiſſum eſſe poſt ſententiam gratiam facere, perque deſuper annotata hanc in ſecuti ſunt ſententiam Iacobinus in ſua inueſtitura in verbo Princeps in 17. ſpecialitate, & in l. imperium. in 1. lectura num. 21. verſ. 3. ff. de iuriſd. omn. iud. & Affl. in c. 1. numer. 123. quæ ſint regalia, & horum doct. motus Præſes de Franchis in deciſ.

ciſ.370.num. 12. ſic edocuit. & aliud fir-
7 mare hæreſim ſaperet, ac eſſet de Prin-
8 cipis poteſtate dubitare, qui omnia po-
teſt, eſt ſupra ius, factum ab eo reputa-
9 tur factum à Deo, habet plenitudinem
10 poteſtatis, non poteſt ei dici cur ita fa-
cis? poteſt omnia, & ſuper omnia, poteſt
11 mutare quadrata rotundis, in ſumma
omnis l. poteſtas eſt in pectore ſuo, & ex
alijs, ob quæ ſoli Principi indulgendi po
teſtatem ineſſe demonſtrauimus ſupra
in q.4.num.15.& in 1.tex. capite nu. 25.
& 58.cum ſeq.

12 Sed animaduertendum putamus, quod
quando Princeps facit gratiam tenor
ipſius ſubtiliter eſt attendendus ad tex.
13 in cap.1.de duob.fratribus, vnde ſi Prin-
ceps vtitur verbo indulgeo, vel gratiam
facio ſimpliciter tunc erit ſimplex gra-
tia. ſimplex venia, & indulgentia, adeò
vt abolitio; ſeu indulgentia tantum ſo-
nabit quantum cantat, ſicuti dicimus de
14 inſtrumento, quando quis in eo non eſt
nominatus inſtrumentum non loquitur
de te. Bald.in l.ad probationem.la 1. C.
de probat. Boer. in deciſ. 221. in princ.
Hinc idem Bald. dixit in c.venerabilem.
15 extrà.de electione. quod inſtrumentum
non cantat, nec ego cantabo, quamuis
hæc in hærede non procedant, de quo
quamuis in inſtrumento de eo nulla fiat
16 mentio, tamen quia quis cenſetur ſibi,
& hæredibus ſuis proſpicere. l. ſi pactum
ff. de probat. & fruſtra verba pro ſe, &
17 hæredibus in inſtrumento apponuntur,
cum tacitè ſubintelligantur, proindè
talis adiectio nihil operatur. l. cum præ-
cario quis rogat. ff. de præcar. l. eum qui
ita. §. 1. ff. de verb. oblig. latè per Capic.
in deciſ. 203. Talia enim verba videntur
appoſita magis cauſa tollendæ dubita-
tionis, ac cauſa declarationis, quàm vt
quid de nouo inducatur. l. qui mutuam.
in princ. ff. mand. l. ſi neceſſitas. §. de
vendendo. ff. de pign. action. plenè de
18 horum effectu per Raynaudum. in tract.
de ſuitate. folio mihi 467. à numer. 2. vſ-
que ad verſ. 2. principaliter. & Tiraq. de
iure primogen. q. 62. num. 6. Inſtrumen-
tum pro inde quamuis nō cantet de hæ-
rede ſonabit de hærede. Bald. in l. 1. ff.
quorum leg. Caſſ. in conſuet. Burg. rubr.
11. le Seigneur Cenſier. §. 6. verſ. quæro
nunquid actio num. 3. f. 1428. plures ad
id effundens.

19 His conſequens eſt, vt concludatur,
quòd Principis indulgentia, & abolitio
in tantum ſonabit in quantum cantat,
nec vltra ſpecificata extendetur. Caſus
de hoc conſtat de tex. in l. 2. 3. l. ſi adem-
20 ptis. l. in inſulam, & l. fruſtra. C. de ſent.
paſſ. Suboritur inde quod talis indulgē-
tia ſimplex quamuis tollat pænam cri-
minis, non tamen tollet pænam infamię,
honoris, & dignitatis maculam non ab-
ſterget. l. fin. C. de gener. abolitione. l. 1.
& l. generalis. C. de ſent. paſſ.

21 Ideò dixit Ioannes Baptiſta de San-
cto Blaſio in tract. de correlatiuis in 75.
fallentia, quòd data indulgentia adul-
tero tantum, vel adulteræ tantum, non
cenſebitur alteri data, licèr ſint correla-
22 tiua, quorum eadem debet eſſe diſpoſi-
tio ad tex. in l. 1. C. de Cupr. lib. 10. vbi
Bart. in l. fin. C. de ind. vid. toll. l. fin. ff. de
acceptil.

23 Sed ſi Princeps dixerit indulgeo, vel
gratiam facio adiectis his verbis, quia
reperij ipſum innocentem, tunc non
erit ſimplex indulgentia, nec ſimplex
venia, ſed erit in integrum reſtitutio ad
notata in l. gallus. §. & quid ſi tantum. vbi
24 Fortunius. ff. de lib. & poſth. Quæ tan-
quam fauorabilis trahetur ad pœnam
tam corporalem, quam pecuniariam,
ad bona, & ad famam, & ad omnia alia.
ſic declarat Bart. in l. 1. §. ſi quis vltrò. ff.
de quæſt. & in l. fin. C. de ſent. paſſ.

25 Ex quo deſcendit, quòd recuperabit
bona ſua nè dum publicata, ſed etiam
in alium alienata, Cumanus & poſt eum
cæteri Doct. in d. l. Gallus. §. & quid ſi
tantum. numer. 73. ff. de lib. & poſth. latè
proſequitur Nellus in tract. bannit. in 1.
parte tertij temporis. quæſt. 2. in fine, &
Oddo in tract. de in integr. reſt. lib. 2. q.
91. & 92.

26 Confert ad hæc ratio illa, nam non
diceretur quis reſtitutus, niſi omnia re-
cuperaret, vt exornat latè Dec. in l. in
con-

condemnatione. §. cum verbum reſti-
tuas.ff. de verb. & rerum ſignificatione,
proinde concluſio præmiſſa admictenda.

27 In qua ſic conſtituendum dicimus,
quia in caſu præcitato non eſt ſimplex
gratia,nec eſt gratia in forma' gratioſa,
ſed per viam iuſtitiæ,quia indulget Prin-
ceps adiecta cauſa,quia reperij inno-
centem, propterea videtur abolere de-
licta per viam iuſtitiæ, vt notatur in d.§,
28 & quid ſi tantum, cuius quidem reſtitu-
tionis virtus eſt omnia in priſtinum ſta-
29 tum reponere, & reducere. l. fin. C. de
ſent. paſſ. ergò mirum non eſt, ſi trahe-
tur ad omnia bona etiam in tertium a-
lienata. Gomeſ. in l. 3. variarum reſolut.
cap. 13. ſub tit. de tortura reorum. nume.
39. & cap. 14. ſub tit. de confiſc. bonorũ.
Decianus in lib. 3 ſub tit. abolitio, quan-
do impediat accuſat. numer. 47. & 85. &
Farin. in d. quæſt. 6. à numero 32. cum
ſequ.

30 Secundus eſt caſus, quando in infe-
riore à Principe, & tunc ſubdiſtinguen-
dum eſſe ſuademus, quod aut ſumus in
inferiore à Principe non recognoſcen-
te ſuperiorem, aut in inferiore recogno
ſcente ſuperiorem.

Primo caſu ſicut Principi licet gratiã
31 facere ante, & poſt ſententiam, eodem
modo & ijs permiſſum eſt gratiam face-
re ante, & poſt ſententiam, ſicuti faten-
dum quoque erit in quibuslibet Ciuita-
tibus non recognoſcentibus ſuperiorẽ.
Bart. in d. l. acta. §. de amplianda. num. 1.
de re iud. Bald. in c. cum in te. numer. 4.
de re iud. Affl. in tit. quæ ſint reg. nume.
13. cum ſequ. Belluga in ſpeculo Princi-
pum in tit. de effectibus Imperij. in cap.
nũc dicamus, in finalibus verbis fol. mihi
132. Oddus in præcitato tract. de reſti-
tutione in integr. q. 92. art. 2. numero 12.
cum ſequ. quem recenſet Farin. loco
præmonito num. 6.

23 Cuius concluſionis ea ſit ratio, nam
Princepes non recognoſcẽtes ſuperio-
rem ſunt Monarchæ in Regnis ſuis, &
33 ex conſequenti dum habent regalia
conſonum eſt, vt eorum habeant exer-
citium ad inſtar Regis, cui ſicut licet
gratiam facere etiam poſt ſententiam
34 vt ſupra fundauimus, pari modo tribue-
tur facultas, & ipſis Principibus inferio-
ribus ſuperiorem tamen non recogno-
ſcentibus agratiandi etiam poſt ſenten-
tiam.

35 Si verò ſumus in Principibus inferio-
ribus recognoſcentibus ſuperiorem, vti
in Regno noſtro ſunt Barones feudata-
rij, Duces, & Marchiones, & ij non poſ-
ſunt in delictis capitalibus gratiam fa-
cere, licet ſecus quò ad pęnas pecunia-
rias, quæ eis applicantur, ſic Bald. in l.
relegati. in fi. per illum tex. ff. de interd.
& releg. Bart. in d. l. acta. §. de amplian-
da. ff. de re iud. & in l. 1. §. cum quis, & §. ſi
quis vltrò. numer. 2. ff. de quæſt. & in l. in-
famem. col. fin. ff. de publ. iud. And. in c.
1. numer. 2. verſ. idem ſi. de vaſſ. decrep.
ætat. Affl. in c. 1. col. 2. verſ. 7. & 8. & verſ.
43. quæ ſint reg. Iacob. in ſua inueſt. in
verſic. cum mero, & mixto Imp. col. 2.
verſic. ſed an inueſtitus, & in verſ. Prin-
ceps, verſ. 4. ſpetialitas, & verſic. 17. ſpe-
tialitas. Oſaſcus in deciſ. Pedem. 101. nu.
1. cum ſeq. & ſic poſt Salic. Felin. Laud.
Boſſium. Albam. & Rol. ſcripſit doctiſſi-
mus Farin. in d. quæſt. 6. num. 2. verſ. 1. ſit
concluſio.

Vbi ex mente Oſaſci in pręcitata de-
ciſione. num. 4. huius concluſionis red-
36 dit rationem inquiens, remictere pec-
cata eſt ſupra legem, vt in Euang. Mat-
thæi. cap. 10. Marci primo, Lucæ cap. 5.
37 & remictere pænas eſt quid contra le-
gem, & naturam. Innoc. in c. cum P. ta-
bellio. nume. 2. extra. de fide inſtr. ſed à
legibus ſolus ſupremus Princeps, vel
qui ſupremi iura obtinet ſolutus eſt. l.
Princeps. ff. de leg. l. digna vox. C. eod.
Ergò ſolus Princeps, non autem infe-
rior poterit pænas remictere, & gratias
facere, ſicque in conſulendo, & in iudi-
cando firmari debere, idem inibi con-
ſuluit.

39 Quibus ſuper addatur, & ratio, quod
ideò talis inferior non poterit gratiam
facere, quia talis indulgendi facultas eſt
de reſeruatis Principi, ergò.

Quin

40 Quin immò ſi conceduntur generali-
tor regalia ſub conceſſione præfata non
41 venit indulgendi facultas, quia nec ſub
tali conceſſione veniunt Principi reſer-
uata. Lucas à Penna in l. contra publicã.
col. 7. C. de re milit, lib. 12. Affl. in d. tit.
quæ ſint regal. nume. 68. & Oſaſcus in d.
deciſione 101. num. 2.
42 Quodque magis intereſt etiam ſi cõ-
ceſſum eſſet mærum, & mixrum Impe-
rium non cenſebitur conceſſa indulgen-
di facultas. ſic poſt Bald. & Iaſ. in l. om-
nes populi. ff. de iuſtitia, & iure voluit
Rol in conſi. 40. numero 30. cum ſequen.
volum. 4. Dec. in l. prima. ff. quod quiſque
iur. Afflict. in conſt. Regni. quæſt. 6. an-
notauit Farin. in allegata. quæſt. 6. nume.
4. & 5.
43 Præterea idem ſub numer. 6, ſubdit, ꝙ
nec etiam eſſet conceſſa aggratiandi fa-
cultas vaſſallo ſi fuiſſet conceſſa omni-
moda, & perpetua iuriſdictio vltra mæ-
rum, & mixrum Imperium, quòd ex
44 mente eiuſdem Oſaſci duplici firmat ra-
tione, Primo, quia vaſſallus inueſtitus de
mæro, & mixto Imperio cum omnimo-
da iuriſdictione dicitur in ſe ſuſcepiſſe
iuris dicendi, & æquitatis ſtatuendæ ne-
ceſſitatem. gloſ. in verſic. poteſt text. in l.
prima. vbi Bart. Bald. & alij. ff. de iuriſd.
45 omn. iud. l. munerum. §. iudicandi. ff. de
muner. & hon. ſuntq; iudices ordinarij
ipſorum locorum. Innoc. in c. cæterum,
col. 2. verſic. item ordinem iudiciarium,
vbi Abb. numer. 19. extrà. de iud. Bart. in
l. vni. verſic. ſi quæro. ff. de re iud. Sed
46 iudices ordinarij non habent hanc in-
dulgendi poteſtatem, ergò nec ipſi feu-
datarij.
Sed hæc ratio redditur falſa noſtro
47 quidem iudicio hac ratione, ſi iudices or-
dinarij non poſſunt facere gratiam ex
eo, quia habent iuriſdictionem in offi-
cium ex commiſſione alterius non iure
proprio, ſed delegatam, vt tradidit Fa-
ber. in l. & ſi ſeuerior. verſic. & hoc vide-
tur procedere. C. ex quib. cau. inf. irrog.
48 non eſt ergò mirum ſi non poſſunt gra-
tiam facere, Barones verò habent iuriſ-
dictionem non in officiũ, ſed in proprie-
tatem. inde eſt quod poſſet facere gra-
tiam, quod quomodo procedat vidimus
ſupra, ſatis tamen ſit, quod ex hac conſi-
deratione redditur falſa Oſaſci ratio
per Farin. ſecuta.
49 Secundam reddit rationem idem Fa-
rin. ſub num. 6. inquiens, ſub conceſſio-
ne mæri, & mixti imperij, ac omnimodæ
iuriſdictionis non venire cognitionem
cauſarum appellationum, niſi expreſsè
dicatur, idq; ex Rol. plures referente in
conſil. 4. numero 41. vol. 3. ergò conſe-
50 quitur, quod nec facultas aggratiandi
veniat, ſequeretur enim, quod tolleren-
tur appellationes per indirectum con-
tra regulam tex. in l. ſi optio. ff. qui, & à
quibus. & l. ſi ex duobus. ff. de neg. geſt.
& ſic haberent ius indulgendi per indi-
rectum.
Quæ quidem ratio nobis minimè ſa-
tisfacit, nam caſus appellationis non ar-
ctat, nec comprehendit caſum ante ſen-
51 tentiam, de quo principaliter quæritur,
quicquid tamen ſit, concludendum ar-
bitramur, quod talibus inferioribus re-
cognoſcentibus ſuperiores non licet
gratias facere, nec antè, nec poſt ſenten-
52 tiam. Plura enim Principi licent, quæ
alijs non licent, gloſ. in d. l. 1. ff. de quæ-
ſtionibus.
53 Hanc autem concluſionem limitabi-
mus, primo niſi talis aggratiandi facul-
tas ex inueſtituræ tenore appareat con-
ceſſa. Clarus in §. fin. q. 59. verſic. & hæc
quidem concluſio. Boſſ. in tit. de remed.
ex ſola clementia Princ. nume. 52. Oſaſ-
cus in d. deciſ. 101. num. 3. de quo memi-
nit Farin. in d. q. 6. num. 3.
54 Secundo limitabimus, quando feuda-
tarius inueſtitus cum mæro, & mixto im-
perio, ac omnimoda, & perpetua iuriſ-
dictione crearetur Dux, Marchio, vel
Comes, nam tunc eò ipſo, quod quis
creatur Dux, Marchio, vel Comes cen-
55 ſentur ei non ſolum regalia, verum quo-
que, & Principi reſeruata conceſſa. Rol.
in d. conſil. 4. num. 4. proprerea ſine alia
expreſſione concludit Farin. loco ante-
dicto. num. 7. venire indulgendi faculta-
tem, voluit Iacob. in dicta ſua inueſt.

col.

col. i. verſiculo dubitatur. Boſſ. in tit. de
regal.nu.5.Oddus in d.q.92.art.2.num.
13.& art.9.num.95.
56 Nos autem ab hac concluſione diſ-
ſentimus, nam ſi verum ſit, quod talis
indulgendi facultas non venit in con-
ceſſione etiam ſi ſit mæri, & mixti impe-
rij, ac omnimodæ iuriſdictionis niſi in
inueſtitura ſit conceſſa, quo nam pacto
poterit venire comprehenſiuè nulla fa-
57 cta expreſſione ipſius in creatione Du-
cis, Marchionis, vel Comitis? Taciti.n.
& expreſſi eadem eſt virtus. l. cum quid.
ff.ſi cert.pet.gloſ.in l.3.ff.de leg.primo.l.
ſi repetendi.C.de cond.ob.cauſ.quando
ratio quæ in tacito militat, militat in ex-
preſſo, & è contrario, ſecus ſi maior ra-
tio daretur in vno, quã in alio, vt aduer-
tunt doct.in præcitatis locis, non credi-
mus propterea limitationem præfatam
poſſe admicti.
58 Tertiò limitabimus in Baronibus hu-
ius noſtri Regni, quibus tamen conceſſa
iuriſdictio ſit cum mæro, & mixto impe-
rio, quatuor literis arbitrarijs; ac cum
cognitione primarum, & ſecundarum
59 cauſarum, nam & ſi per Regem Alphon-
ſum fuerit mærum imperium Baronibus
communicatum, vt dicit Affl. in conſt.
Regni ca quæ ad decuſ.in 4.notabili, de
quo meminit Carau. in ritu. 49. incip.
item quod curia ipſa.in 1.q.col.2.nume.
5.verſ.reſpondetur, quos recenſet Præ-
ſes de Franchis in deciſ.211.numer.6.&
in præcitata deciſ. 370. numero 8. & in
deciſ. 510. numero 4. quo in loco refert
60 Affl. in conſtitutione Regni incip. con-
tingit. in 3. notabili protuliſſe, ob con-
ceſſionem mæri imperij conceſſi Baro-
nibus huius Regni cum cognitione pri-
marum, & ſecundarum cauſarum Ma-
gnam Curiam Vicariæ fuiſſe peſſunda-
tam, immò inquit Belluga in ſpeculo
61 Principũ in tit. de iuriſdictione, & vtro-
que imperio.rubr.22.§. & quia quotidia-
na. numero 54. verſic. item aliquæ Ciui-
tates, quod mærum imperium eſt pro-
fanatum tam ex priuilegio, quam alias,
62 conſuetudine enim vſurpatum eſt quòd
mærum imperium ſit incommercio. Bal.
in cap. primo. §.eædem.de l.Corradi.
63 Attamen hic caſus gratiæ faciendæ
poſt ſententiam nunquam cenſetur cõ-
prehenſus, nec conceſſus, vt teſtatur.
64 idem Præſes de Franchis in allegata de-
ciſione.370. num. 11. nec caſus commu-
tationis pænæ, idque non modo iure
communi, quo ſi ſtatutum eſt, quod non
poteſt quis minuere, vel ampliare d.§.de
65 ampliãda ergò nec immutare, iſta enim
duo non differunt penes ſpeciem iuriſ-
dictionis, ſed penes modum, & formam
tantum pronunciationis. tex. eſt opti-
mus in l.ſolent.vbi Bald.ff. de offic. pro-
conſ. & leg. Ioannes de Amicis in con-
ſilio 89. incip. & præſuppoſito. numero
3. verum quoque ex Regia Pragmatica
ſanctione prohibitum, de qua per Fran-
66 cum in d.deciſ.370.nume. 12.in fine, niſi
habeat cognitionem primarum, & ſe-
cundarum cauſarum.
Qua conceſſa difficultas cæpit con-
trouerti, num conceſſa cognitione pri-
marum, & ſecundarum cauſarum poſſit
feudatarius gratiam facere poſt ſenten-
tiam, ſed ab ea interpoſita appellatio-
ne?
Et iam huius Sacri Conſilij authori-
tate firmatum eſt, quod poſſit Baro fa-
67 cere gratiam, idque ex eo in primis, quia
appellatio extinguit ſententiam de prę-
ſenti, ſed ſuſpendit inſpecto futuro e-
uentu, ſicuti referendo Abb. in rubr. de
appellat.in ſecunda quæſt. Felin. & Dec.
ibidem ſuper eadem quæſt. 2. Vrſill. in
tract. de curiæ Præſid. authoritate. cap.
primo verſic.quę appellatio.folio 7.con-
ſiderauit idem Franchus in dict. deciſ.
370.numero 14.& in deciſ.501.in finali-
bus verbis.
68 Hinc eſt quod reducit cauſam ad ter-
minos litis conteſtatæ. l. ita demum. C.
de procur. Alex. in conſilio 73. incip. in
cauſa appellationis.colum.2.verſ.1. quia
non fuit oppoſita. vol. 6. Capic.in deciſ.
28.num.6.
69 Et facit quod ſentẽtia habeatur pro
non data. l. 1.§. fin. vbi gloſ. in fin. ff. ad
Sillan. operatur etiam, quod appellans
ea pendente ſit ſtatus integri. l. furti. §.
1.ff.de

70 1.ff.de his qui not.inf.ſecundum Aug. in l. tale pactum.§.qui prouocauit. num. 4. ff.de pactis.

71 Propterea conſequitur, quod cum penes eundem Baronem eadem reſideat iuriſdictio poterit eius vigore gratiam facere. ſic ex quam pluribus, & ex alijs latius diſcuſſis per Doctiſſimum Gomeſ. in libr. 3. variarum reſolut. ſub tit. 3. de homicid. nu. 69. verſ. pulchrum tamen dubium eſt in cauſa Cardinalis Aragonei in hoc Sacro Conſilio deciſũ fuiſſe teſtatur idem Præſes de Franchis in ſæpius enunciata deciſ. 370. hæc quo ad hunc ſecundum caſum.

72 Sed quoniam innuimus dari quoſdã inferiores à Principe habentes iuriſdictionem iure proprio, vt ſunt Barones, & Comites, de quibus ſupra in præſenti capite, & alios inferiores habentes iu-
73 riſdictionem delegatam in officium, & ij ſunt Iudices ordinarij; Propterea hic tertius caſus conſtituendus erit in iudice, num is valeat gratiam facere poſt ſententiam.

74 Et in hoc caſu concludendum iudici ordinario indulgendi poteſtatem poſt ſententiam non eſſe tributam. Hic enim
75 cum nõ habeat iuriſdictionem iure proprio, ſed ex Principis commiſſione, vt tradidit Faber deſuper allegatus in l. & ſi ſeuerior, verſic. & hoc videtur procedere. C. ex quib. cau. inf. irrog. & ſic non
76 ordinariam, in qua Iudex conſiderari poſſet, vti habẽs proprias radices. Butr. in c. prudentiam. col. 5. ver. ratio autem.
77 de offic. deleg. ſed delegatam, immò ſi in iudice daretur iuriſdictio non delegata, ſed ordinaria tanquam diſſimilis
78 ab ea, quæ ratione proprietatis iuriſdictionis retinetur per dominos temporales. Felin. in c. accedens lo 2. col. 1. verſ. tene menti. extrà. vt lite non conteſt. nõ poterit gratiam facere poſt ſentẽtiam, Habent enim hi exercitium, & adminiſtrationem tantum iuriſdictionis, cuius
79 quidem ius omne, dominium, & poſſeſſio reſidet penes Principem, vel alium dominum, & quamuis habeant merum
80 Imperium, illud retinent ad publicam vtilitatem, non autem ad propriam, Cumanus in conſil. 162. in fine, de quo meminit Boſſ. in tit. de regalijs. col. 4. verſ. in contrarium videtur. quia non habent in proprietatem, ſed in officium. & pro-
81 pterea dicitur per hos illam acquiri dignitatem, quæ ex officiis ortum habet, & eſt illa, quæ tanquam ſtola, vel trabea induitur, & exuitur, Cæpolla in tract. de Imper. elig. verſic. ratione dignitatis, allegatus per Francum in deciſ. 62. numero 4. cum ſequ. non autem eam, quæ ab adminiſtratione eſt ſeparata, de qua in l. prima, vbi Bart. & alij. C. de dignit lib. 12.

82 Sequitur propterea ex his, quod Iudex non poterit gratiam facere poſt ſententiam tex. eſt in l. ſeruos, vbi Bald. C. ad l. iul. de vi publ. l. relegati. ff. de pœ-
83 nis ibi, & nemo poteſt commeatum, remeatumue dare, niſi Imperator ex aliqua cauſa, vbi Bart. Alb. & communiter Doct. l. 1. §. fin. ff. de quæſt. l. fin. ff. offic. procur. Cæſar. Bart. in l. centeſimis. § fin. in fine. ff. de verb. oblig. & in l. ambitioſa. nume. 8 ff. de decr. ab ordine faciendis. Gomeſ. in lib. 3. variarum reſol. in tit. de exilio, & releg. numero 4. verſ. item adde. Oſaſcus in d. deciſ. Pedem. 101. Menoch. in tract. ſuo de arbitr. iud. lib. 1. q. 92, Oddo in præcitato loco tract. de reſtit. in integ. lib. 2. c. 7. numer. 88. & 92. artic. 3. num. 20. & 22. relati per Farin. in d. q. 6. num. 10.

84 Cuius concluſionis ea ſit ratio, quia iudicibus cõmiſſa eſt adminiſtratio, vt iuſtitiam adminiſtrent delinquẽtes puniendo, & innocentes abſoluendo, non autem vt gratiam faciant, & pœnas remittant, quia ad hoc mãdatum iuriſdictionis non extenditur. l. pœnam. C. de pœnis. cap. irrefragabili. extrà. de offic. ordin. l. præſes. C. de trans. §. eos autem. in auth. vt iud. fine quoq; ſuffr. §. & quod autem. in auth. vt iud. non exp. ſacr. iuſſ. & §. omnibus in auth. de iudicibus. Affl. in c. 1. verſ. & pœnarum. num. 17. quæ ſint Regal. nam ſi poſſet gratiam facere longè aliud quàm à cõceſſa ſibi poteſtate operari videretur, contra tex. in l. non om-

85 nis.ff.ſi cert. pet. cum actus agentium
non debeant vltra intentionem operari
inducta enim ad vnum finem non debēt
contrarium operari vulgatis iuribus.
86 Propterea deſcendit à prędictis, quod la-
ta ſententia Iudex non poterit gratiam
facere, ea enim lata Iudex functus eſt
officio ſuo.l.iudex poſteaquam,& l. cum
quærebatur.ff. de re iud. inde eſt, quod
cum nil ſuperſit ad agendum. l. pen. ff.
ad ſillan. gratiam impartiri amplius nō
poſſet, poſt enim ſententiam dictam de
amplianda, vel minuenda pęna damna-
87 torum ſine principali authoritate nihil
eſt ſtatuendum.d.l.acta.§.de amplianda.
ff.de re iud.
Inde diui fratres Arantio Silloni re-
ſcripſerunt,non ſolere Præſides prouin-
ciarum ea, quæ pronunciauerint ipſos
88 reſcindere.d.l.diui fratres.ff.de pęnis,&
Vetinæ quoque Italicenſi reſcripſe-
runt, ſuam mutare ſententiam neminē
poſſe. idque inſolitum eſſe fieri.d. l. diui
fratres, & demum eſt tex. in l.pęnam. C.
de pęnis.l.1.in fine.vbi gloſa. ff. de quæ-
ſtionibus.
89 Cuius tex.deciſionem tam in crimi-
nalibus, quam in ciuilibus procedere
voluit.l.1.C.de ſent.ex breu. recit. dixit
And.in cap. 1. verſ.& bona commictien-
tium.col.4.num.75.verſ. in ſententia er-
go fit iſta commutatio, poſt ſententiam
non, & ibidem Affl.nume. 57.& adden-
tes ad Andr. in litera C. & E. Capic. in
ſua inueſt. in eodē verſiculo etiam poſt
ſententiam.col. 2. fol.mihi 126. Iacobi-
nus in ſua inueſt.in verſic. cum mero, &
mixto imperio.col. 2. verſ. ſed an inue-
ſtitus. Belluga in præcitato tit. de effe-
ctibus Imper.rubr. 22. §. nunc dicamus
in fine fol. mihi 132. per Caccher. in d.
deciſ. 101. verſ. præmiſſa confirmantur.
num. 8. & 6. quos recenſet d. Præſes de
Franchis in deciſ.370.nume.15.Salic. in
d.l.& ſi ſeuerior col.pen. Ang. in l.qui de
crimine.col.2.ff.de accuſ. Ruinus in con
ſil.25.num.2.vol.4.& alij per Farin. in d.
q.6.num.12.adducti.
90 Et huius rationis ratio illa ſuper ad-
datur, quod eſt caſus de regalibus ſoli
Principi reſeruatus. And.in d.c.1.verſic.
& bona commictenrium.num.75. tradi-
dit Ioannes de Amicis in d. conſil. 89.
nume.2. ob id ergò iudici non licet poſt
ſententiam gratiam facere.
91 Quam concluſionē limitabimus duo-
bus modis. Et primo illa non procedet,
ſi talis facultas fuerit expreſſè per Prin-
cipem conceſſa. doctr. eſt Bart. in d.l.
ambitioſa.numer.7.verſic. ſciendum eſt
ergò.ff.de decr.ab.ord.fac.Socc. Sen.in
conſil.83.vol.4.Men. in præcitata q.93.
num.7.& 8.
92 Secundo Iudices ordinarij poſſunt
rebannire,& remictere ex cauſa, ſi alios
bannitos detexerit, vel apprehendi fe-
cerit.idem Bart.in d.l. ambitioſa nume.
8. verſic. ſciendum eſt per tex. in l. non
omnes.§.fin.ff.de re milit. ſic Farin. poſt
Tiraq.Placam,& Oddum cenſuit in d.q.
93 6.nume. 13.& 14.& demum arbitramur
Regulam deſuper firmatam non proce
dere, ſi eſſemus in ſententia S. C. quod
quidem cum vices Regis inuictiſſimi ge-
rat, adeò, vt eiuſdem ſententiæ tāquam
latæ ſub nomine Regiæ Maieſtatis ha-
beant vim generalis legis in præſenti
Regno,ſecundum Bald.in l.fin. C. de le-
gibus.Hoſt.& Butr.in c. cum Bertoldus.
extrà. de ſent. & re iud. licet dictæ ſen-
tentiæ non ligent perſonam Regis.l. di-
gna vox.vbi Bald.ff.de leg.idem Bald.in
tit.de pace conſt.in verbo. ciuitatis. ha-
betur per Alber. in l. princeps. ff. de le-
gib.dixit Affl.in deciſ.383.numero 8. &
ideò articulus dubius deciſus per ſen-
tentiam Regis cum conſil.facit ius vni-
uerſale in Regno, voluit idem Afflict. in
deciſ.190. in finalibus verbis. recenſitus
per Præſidem de Franchis in deciſ. 81.
num.2.& in deciſ.90.numer.5. Non erit
ob id ambigendum, quin ipſum Sacrum
Conſilium valeat ſententiam commu-
tare ad inſtar Regis,arg.tex.in l.illicitas.
§.fin.ff.de offic.Præſid.tex.in l.1.§.gene-
raliter.ff.de pæn. tex. in c. finem litibus.
extrà.de dolo. & contum. ſicque Senatū
Pedemontanū decreuiſſe ſcripſit Theſ.
in deciſ. 232. & ex his reſoluta fit huiuſ-
modi quæſtio.

Ex

Ex quibus præſens quarta ad tex. ampliatio excerpta fundatur, quod Princeps eam voluit elargiri authoritatem, quam potuit, quod quidem nec baronibus conceſſum, aut promiſſum eſt.

SVMMARIVM.

1 *CArcerati dicuntur effecti ſerui pænæ.*
2 *Et propterea non habent ius poſtliminij.*
3 *Nec ad eos extenditur abolitio.*
4 *Statutum, q. omnes banniti rebanniantur, et pro rebannitis habeantur an comprehendat carceratos.*
5 *Intellectus tex. in l. Domitianus. ff. ad Turpill. latè diſcutitur.*
6 *Specialis abolitio ad carceratos porrigitur.*
7 *In abolitione ſpeciali non datur accuſationis repetitio, ſecus in abolitione generali*
8 *Rex noſter inuictiſſimus non accuſationis, ſed criminum abolitionem decernit in hoc noſtro indultu.*
9 *Et cum per præſentem indultum videantur omnia delicta caſſa, & cancellata rei videntur penitus liberati, & intellectualiter à carceribus relaxati, & perinde debent etiam corporaliter relaxari.*
10 *Concluditur carceratos comprehendi ſub hoc generali indultu. & num. 11. & 12.*
13 *Stante ſtatuto quod ex banniti ſoluendo certam quantitatem pro qualitate delictorum liberentur à banno an comprehendantur ex bannitis carcerati concluditur quod ſic.*
14 *Stante ſtatuto, quod ſoluens infra decem dies habeat beneficium quartæ partis numquid iſtud ſtatutum porrigatur ad carceratos, etiam affirmatiuè determinatur.*
15 *Beneficia per quæ pæna tollitur pertinent ad carceratos ſecus in beneficijs per quæ tantum pena differtur.*
16 *Per præſentem indultū conceditur abſolutio, liberatio, & relaxatio illicò, & ipſo iure à quacunque pæna non modo corporali, verum quoque à mulcta, vel bonorum condemnatione, pænaque pecuniaria.*
17 *Et ponit gladium ad radicem.*
18 *Oritur ex eo exceptio peremptoria, quæ tam carceratis, quam non carceratis prodeſt.*
19 *Et funditus per eum eſt extincta delictorum obligatio.*
20 *Parit etiam exceptionem rei iudicatæ.*
21 *Propter quod vnum quoque tale, & illud magis.*
22 *Princeps eſt lex animata in terris.*
23 *Exceptio huius indultus cum ſit peremptoria poteſt opponi vſque ad ſententiā.*
24 *Num quid exceptio huius indultus poſſit opponi poſt concluſum in cauſa.*
25 *Poſt concluſum in cauſa non eſt cognoſcere, ſed cognitum eſſe, & idem eſt quod ſit concluſum in cauſa, vel quod ſit lata ſententia. num 26. & 27.*
28 *Poſt concluſum in cauſa non poteſt produci aliquid iuris, vel facti.*
29 *Quis non debet ſe nimis arctare in tempore.*
30 *Exceptio non numeratæ pecuniæ non poteſt opponi poſt concluſum in cauſa licet poſſit opponi ante ſententiam.*
31 *Exceptio non numeratæ pecuniæ an ſit peremptoria, an verò anomala.*
32 *Exceptio compromiſſi dictantis quod omnes cauſæ inter conſanguineos compromittantur non poteſt opponi poſt concluſum in cauſa,*
33 *Sed de iure regni extat Regia Pragmatica, quæ ſanxit opponi debere ante dationem termini.*
34 *Licèt interpetrata fuerit, quod etiam ſtatim poſt dationem termini poſſit opponi.*
35 *Exceptiones dilatoriæ non poſſunt opponi poſt litem conteſtatam.*
36 *Quod limitatur in duobus caſibus.*
37 *Si quis ſciuerit poſt litem conteſtatam talem exceptionem dilatoriam ſibi competere, de quo eius iuramento ſtandum eſt.*
38 *Si talis exceptio incipiat competere poſt litem conteſtatam.*
39 *Concluditur ab authore exceptionem indultus poſſe opponi etiam poſt concluſū in cauſa.*
40 *Si de quo magis ergò de quo minus.*

41 *Plures dantur caſus in quibus exceptiones peremptoriæ poſſunt opponi poſt ſententiam.*
42 *Exceptio ſolutionis poteſt opponi poſt ſententiam ex quo non impugnat eam.*
43 *Solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio.*
44 *Exceptio nequis teneatur vltra quam facere poteſt, poteſt opponi poſt ſententiã, ex quo dicitur modificatiua ſententiæ, & num. 45.*
46 *Exceptio falſi procuratoris poteſt opponi poſt ſententiam ex quo redit iuditium retrò nullum.*
47 *Item exceptio Macedoniani, & Velleiani. & num. 48.*
49 *Quod poteſt fieri à lege mortua multò fortius fieri poteſt, à lege viua, quæ eſt ipſe Princeps. 1. Rex. & num. 50.*
51 *Qui eſt maior lege mortua, & conſuetudine, & poteſt derogare prædictis.*
52 *An exceptio indultus poſſit opponi ante ſententiam, & poſt publicatum in cauſa, & dicitur quod ſic.*
53 *An poſſit opponi poſt ſententiam, & latè diſtinguitur.*
54 *Is qui ignorauit hanc indultus exceptionem ſibi competiuſſe poteſt ipſam opponere poſt ſententiam & num 55.*
56 *Ex ſcientia oritur pacientia.*
57 *An qui ſciuerit ſibi exceptionem indultus competere eam non oppoſuit acquieuerit ſententiæ & num. 58.*
59 *Exceptio falſi procuratoris ſi non opponitur iuditium rectè procedit.*
60 *Res ſemel alienata ſemper eſt alienabilis.*
61 *Et ſemel excluſus ſemper erit excluſus.*
62 *Baro qui ſciuit in aliena curia de vaſſallo reo pertractari, & ſtatim non petijt illũ ad ſe remitti nõ poteſt amplius nec ante ſententiam, nec poſt ſententiam declinatoriam exercere.*
63 *Fori declinatoria non datur poſt ſententiam.*
64 *Ex conſenſu in iudicem prorogatur eius iuriſdictio.*
65 *Quod ſi Baro ignorauerit ſemper poterit petere declinatoriam ſiuè antẽ ſententiam, ſiuè poſt. & num. 66.*
67 *Baroni non ſit remiſſio vaſſalli inquiſiti, ſed innocentis.*
68 *Et ſi iam locus eſſet remiſſioni poſſet vaſſallus eximi à Barone propter eius nimiam ſæuitiam.*
69 *Contrariam ſententiam amplexatur author, qui etiam à ſciente ſibi competiiſſe exceptionem indultus poſſit opponi poſt ſententiam, & debeat eius beneficio gaudere. & num. 70.*
71 *Principis voluntas circumueniri non debet cum num. ſeq.*
74 *Quod lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus. & 65 cum numeris ſeq.*
78 *Fraus legis eſt euitanda.*
80 *Quod non licet directè nec licere debet per indirectum.*

Et ſiuè rei in carceribus.

AMPLIATIO V.

CAPVT X.

HÆC quinta ampliatio, qua reos in carceribus conſtitutos comprehẽdendos eſſe ſtatutũ eſt, iuris cõnis diſpoſitioni aduerſatur. etenim reſcripſit Domitianus quod de ferijs, & abolendis reis dicitur nõ pertinere ad ſeruos. q accuſati in vinculis eſſe jubẽtur, ne iuditium finiatur. vt eſt tex.
1 in l. Domitianus. ff. ad Turpill. Carcerati enim ſunt effecti ſerui pęnę. l. mulier in
2 opus Salinarum. ff. de capt. & poſtl. reuerſ. propterea non habent ius poſtliminij Bald. in propria materia, in rubr. extrà. de tranſ. num. 8. verſiculo, & fuit quæſtio.

3 Ideò tradidere Doct. quod abolitio non extenditur ad carceratos. Bart. & alij in d. l. Domitianus. idem Bart. in l. 2. num. 1. & 2. ff. de cuſt. & exhib. reorum.

Ang.

Ang. in l. libellorum.§.fin. in princ.ff.de accuſ. idem in tract. maleficiorum. verſ. & ad quærelam.num.77. verſic.3.Placha in epitome delict. ſub tit. de abolit.cap. 38.num.1.Bald. in conſ.305.incip.verba Principis.num.4.vol.1.Farin.in lib.1.tit. de inquiſitione.q.6.num.59.

4 Ex his exiſtente guerra inter exititios, & extrinſecos, & aliqui de exititiis ſunt condemnati ad mortem,& fuerunt capti,& ſunt in carcere modò fit pax inter eos,& ſtatutum quod omnes ex banniti rebanniantur, & pro rebannitis habeantur dubitauit Baldus in d. rubr. de tranſ.nume. 8.num ij ſub pace comprehendantur, & ſenſit quod non, per tex. in d.l.Domitianus.

5 Pro cuius tex intellectu aduertamus id quod ſæpius admonuimus,quod abolitio aliquando fit accuſationis,aliquando criminis,vt præter cetera quæ deduximus in q 1. numer. 32. dignoſcitur de tex. notabili in l. lucius. ff. ad Turpill. dum inquit, Lucius Titius Seium reum falſi fecit, & priuſquam proſequeretur indulgẽtia reorum crimina abolita ſunt &c. id quidem aduertit Batt.ibidem,dũ diſtinguit in abolitione generali, & in abolitione ſpeciali, in qua inquit non dari accuſationis repetitionem ab eodem, ſed ab alio ſic.l. ſi tamen.§.fin.ff.de accuſ. l.mulier.ff.ad Turp.l.1.C. de abolit. & in hoc quidem caſu iſta ſpecialis

6 abolitio ad carceratos porrigitur, tex. eſt in l.fin. ibi, vel carceres ſuſtinuerit, & rurſus ibi, poſtquam fuerit officij cuſtodiæ traditus C.de abolit hæc de criminis abolitione.

7 Sed de accuſationis abolitione, & nõ criminis videmus in abolitione generali ſuum vendicare effectum,vt in l ſi quis repetere & l. aut priuatim. §.fin. ff. ad Turpill. in quo quia datur repetitio accuſationis, ideò carcerati non relaxantur,cum iud cum finiretur,ac fruſtratorium efficeretur duplici ex cauſa, primo ex fuga quæ inde ſequi poſſet. ſecundo ex repetitione non facienda. Datur ergò abolitio quandoq; criminis, quandoque accuſationis.

Modo ex ratione per iure conſultum prolata in d.l. Domitianus fundata, ne iuditium finiatur colligitur quod loquitur de abolitione accuſationis, in qua, vt nuper demonſtrauimus non porrigitur ad carceratos per rationes deſuper dedoctas.

8 At Rex noſter inuictiſſimus non accuſationis, ſed criminum abolitionem decernit in hoc noſtro indultu, quo quidẽ caſu cum per hunc indultum videantur

9 omnia delicta caſſa, & cancellata, atq. tex. in l. diſſolutæ. C. de cond. ob. cauſ. rei videntur penitus liberati, atq.tex. in l. labeo, & l. poſtquam. ff. de pact. ac intellectus ope à carcere relaxati; pro inde ſicut intellectualiter ſunt relaxati,ita debent relaxari corporaliter, ſic conſiderauit Bald.in d. rubr. de tranſ. num.8. per quæ decreuit, tales carceratos ſub pace comprehendi.

Conſiderans deſuper quod tex. in d. l. Domitianus loquatur de generali abolitione facta ad tempus,& non in perpetuum,& ideò carcerati non debent liberari à carceribus, & à cuſtodia, quia non

10 ſunt inmunes à pęna, ſicuti per hunc Summi Principis indultum criminoſi ſunt penitus à pęna inmunes, propterea concludendum iudicamus ſub hoc generali Regis indultu complectẽdos eſſe carceratos.

11 Maximè cum indultus hic ſit Regis Potentiſſimi motu proprio conceſſus, ſub quo carceratos comprehendi edocuit Io. And. in addit. Specul.in rub. de ſolut. Bald. in conſil. 305. num. 4. incip. verba. vol.1.& Alex. in l. de pupillo.§. ſi pluribus.num.7.cum ſeq ff de noui oper. nunc. quorum meminit Ioannes Vinc. de anna doctiſſimus in ſuis ſingularibus. num.240. incip. indultum Regis.

12 Et ratio quia non ſumus in abolitione, ſed in Principis indulgentia non accuſationem, ſed criminis extinctionem reſpiciente.

13 Ex his decidit q.Bart. in d.l.Domitianus, in ex bannito carcerato, num ts ex bannitus debeat comprehendi ſub ſtatuto dictante, quod ex banniti liberentur

tur ab anno ſoluendo certam quantita-
tem ſecũdum qualitatem maleficij, pro
quo erant ex banniti, quærit Bart num
exbannitus, & carceratus debeat gau-
dere beneficio dicti ſtatuti? & quamuis
pro opinione negatiua videretur obſta-
re tex. in d. l. Domitianus, & tex. in d. l.
2. ff. de cuſt. & exhib. reorum, contra-
rium tamen ibi determinauit, ex quo
per tale bannum crimen totaliter dimi-
ctebatur, non autem differebatur pęna.
15 Hinc, & ſecundo ſcriptum reliquit,
quod ſtante ſtatuto, quod ſoluens intra
decem dies habeat beneficium quartæ
partis num iſtud ſtatutum porrigatur ad
carceratos? & dicit, quod ſic, ſubdens
rationem huius concluſionis eſſe illam,
quia beneficia per quæ pęna tollitur per
15 tinent ad carceratos, ſecus vero in be-
neficiis, per quæ pæna differtur.
Per quam Bart. doctrinam ſubnecti-
16 mus hiſce roborandam eſſe huius noſtri
indultus ampliationem, cum per ipſum
ordinetur abolitio, liberatio, & relaxatio
illici, & ipſo iure à quacunque pæna non
modò corporali, verum quoque à mul-
cta, vel bonorum condemnatione, pęna-
que pecuniaria, vt idem met indultus
demonſtrat, ibi à quacunque pęna non
modò corporali, ſed etiam mulcta, vel
condemnatione pecuniaria, & ſucceſſi-
uè dum Princeps indulget nedum pro-
17 ceſſus, & accuſationes, ſed & crimen ex-
tinguit, & gladius ponitur ad radicem
inquit Bald. in d. conſil. 305. incip. ver-
ba Principis num. 4. vol. 1.
18 Ex eo ſuboritur exceptio perem-
ptoria, quam carceratis, & non carce-
ratis competere concludimus ſequenti
eiuſdem Baldi ratione exornantes, nam
19 nulli dubium eſt, quod per talem indul-
tum velatum, & abſortum eſt malum, &
funditus eſt extincta obligatio, ſiuè no-
xa, vnde impoſſibile eſt, quod ſequatur
condemnatio. l. ſed ſi vnius. §. ſi ante iu-
dicem. ff. de iniur. ibi, qui enim accepit
ſatisfactionem iniuriam ſuam remiſit, nã
ſi nuda voluntate iniuriam remiſit indu-
bitanter dicendum eſt extingui iniuria-
rum actionem non minus, quam ſi tem-
pore iniuria fuerit abolita, & ad idem
facit tex. in l. peremptorias. C. ſent. reſc,
non poſſe.
Ex his duas liceat conſtituere conclu-
ſiones.
20 Quarum prima illa ſit, quod talis ex-
ceptio indultus pariat exceptionem rei
iudicatæ, nam cum verum ſit, quod iſtud
Principis reſcriptum indulgentiam im-
partiens tantum valeat quantum ſenten
tia diffinitiua abſolutoria, & talis conſti-
tutio eſt ſententia Regis, ergò vti ſen-
tentia hominis debet parere exceptio-
nem rei iudicatæ, nam cum verum ſit, quod
iſtud Principis reſcriptum indulgentiã
impartiens tantum valeat quantum ſen-
tentia diffinitiua abſolutoria, & talis
conſtitutio eſt ſententia Regis, ergò vti
21 ſententia hominis debet parere exce-
ptionẽ rei iudicatæ; nam propter quod
vnum quodque tale, & illud magis, & ſi
verum eſt, quod ſententia iudicis pariat
exceptionem rei iudicatæ, vt toto tit. de
exceptione rei iud. legis tamen authori-
tate, conſequens eſt, vt multò fortius
hic Regis indultus pariat exceptionem
rei iudicatę, cum eius ſit ſanctio, iſque ſit
22 lex animata in terris, ad notata per Bal.
in l. digna vox. C. de legibus. Ad quorũ
comprobationem ponderari poteſt ex
mente Bald. in præcitato conſil. tex. in
§. 1. in princ. in auth. de inceſtis nupt.
tex. in l. amiſſione. §. qui deficiunt ff. de
capitis diminutione, & demum tex. in l.
diuus. ff. ad ſillan.
23 Secundo infertur concluſio, quod dũ
conſtituimus hanc indultus exceptionẽ
eſſe peremptoriam, eiuſq; eſſe naturæ,
vt toti cauſæ finem imponat, iudiciumq;
perimat poſſe opponi etiam vſque ad
ſententiam ex regula tex. in l. 1. vbi Bart.
& Bald. cæteriq;. C. de iur. & facti ignor.
in l. peremptorias. C. ſent. reſc. non poſſe
l. exceptionem. C. de probat. de quo la-
tè per Felin. in c. exceptionem, extrà.
de except. qood num contineat verita-
tem, nec ne proponimus hoc in loco
24 diſcutiẽdum, num talis exceptio indul-
tus poſſit opponi poſt factam concluſio-
nem in cauſa, dum vti exceptio peremptoria

proria per nos ſit ſuperius fundata.
Et videretur dicendum, quod non. Nam ſicuti verum eſt, quod poſt conclu-
ſum in cauſa inſtrumenra non poſſunt
produci, vt formaliter dixit S. P. in cap.
cum dilectus. extrà. de fide inſtr. de quo
per Viuium in deciſ. 233. & ratio quia
25 poſt concluſum in cauſa non eſt cogno-
ſcere, ſed cognitum eſſe, Arch. in c. fin.
extrà. de reſtitutione in integr. relatus
per Bald. & Salyc. in auth. at qui ſemel.
C. quo modo, & quando iud. idem enim
26 eſt, quod ſit concluſum in cauſa, vel q̃
ſit lata ſententia, Bart. in l. mater. §. can-
dem. num. 5 ff. de except. rei iud. & paria
27 ſunt in aliqua cauſa latam eſſe ſententiã,
vel eſſe publicatum, vel concluſum in
cauſa. l. qui penę. §. diuus. ff. de manumiſſ.
ibi, diuus quoque. pius Calphurnio re-
ſcripſit, libertates ab eo, qui in l. Corne-
lia damnatus eſſet, vel cum futurum pro-
ſpiceret, vt damnaretur ſeruus datas nõ
competere. huic tex. proximus eſt tex. in
l. ſi rem. §. quolibet tempore. ff. de euict.
cum aliis cumulatis per Doctiſſimum
Gomeſ. in lib. 3. variarum reſol. cap. 9.
num. 7.
28 Inde non poteſt produci poſt conclu-
ſum in cauſa aliquid iuris, vel facti. Bald.
in l. nec cauſas. in princip. C. de appell.
Butr. in c. paſtoralis. de cauſa poſſ. & pro-
priet. plura ad propoſitũ cõgerit Marſ.
29 in ſua pract. ctim. in §. ſequens. num. 14.
cum ſeq. quorum ratio ſuadet, cum quis
non debeat ſe coarctare ad probandum
prope ſententiam. d. l. ſi rem, quam. §.
quolibet enim tempore, inquit Pompo-
nius, venditori denunciari poteſt, at de
ea re agenda adſit, quia non præfinitur
certum tempus in ea ſtipulatione dum
tamen ne propè ipſam condemnationẽ
id fiat, & ſicut ſententia dicitur termi-
nus diſceptationis. Bald. in l. error. num.
8. verſ. aduerte. C. de iur. & facti ignor.
ita, & pariter concluſio in cauſa dici de-
bet terminus iudicij.
30 Ex his dixerunt Doct. exceptionem
non numeratæ pecunię non poſſe oppo-
ni poſt concluſum in cauſa, quamuis ve-
rum ſit poſſe opponi ante ſententiam,
vt id edocuit in p. Specul. in tit. de ex-
ceptione. §. dicto. num. 2. expreſſius Bal.
in d. auth. at qui ſemel, in fine, vbi Salic.
ſub num. 6. idem Bald. in l. peremptο-
rias. nume. 2. C. ſent. reſc. non poſſe, &
ibi idem Salic. in fine. num. 2.
31 Id tamen actenta pro vera, & ſaniori
opinione, quod talis exceptio non nu-
meratæ pecuniæ ſit exceprio perempto-
ria, vt dixit Bart. in l. 3. ff. de exceptio. &
Specul. (vt cæteros pretereamus) in d.
tit. de except. §. 2. verſ. ſed quid de ex-
ceptione non numer. pec. reiecta opin.
gloſæ in §. idem iuris, & §. appellantur.
inſt. de except. dicentis, eſſe exceptio-
nem anomalã, ex quo ſequeretur, quod
tam ante litem conteſtatam, quam poſt
litem conteſtatam opponi poſſet. §. per-
petuæ. inſt. de except. & Specul. in d. tit.
§. 1. num. 7. & §. nunc videndum. verſic.
porro.
32 Iidem tradidere, quod exceptio ſta-
tuti dicentis, quod omnes cauſæ inter
conſanguineos compromictantur non
poſſit opponi poſt concluſum in cauſa
Bald. Caſtr. & Iaſ. in ſpecie ſub num. 13.
plures allegans in l. 1. ff. de tranſ. Alex. in
conſil. 82. num. 4. vol. 1. idem in conſi. 62.
num. 8. vol. 2. idem in l. poſt rem. ff. de
tranſ. Rom. in l. prætor. in fi. ff. de noui
oper. nunc.
33 Quod quidem de iure regni non con-
tingit diſceptari, ſtante Regia prag-
matica ſanctione incip. odia, dictante,
quod talis exceptio compromiſſi poſſit
opponi ante dationem termini ad pro-
34 bandum impartiti, ſed interpetrationẽ
adhuc recepit, quod poſſit opponi etiã
poſt dationem termini ſtatim tamen,
Capic. in deciſ. 48.
35 Et iure quidem, cum ſit exceptio di-
latoria, vt declarat Capic. in d. deciſio-
ne, eamq; certi iuris eſt, non poſſe oppo-
36 ni poſt litem conteſtatam, ſed ante. l. ita
demum. C. de procur. niſi tamen in duo-
bus caſibus, quos nunc liceat recenſere.
37 Nempe primo ſi ſciuerit quis poſt li-
tem conteſtatam exceptionem dilato-
riam ſibi competere, nam adhuc eidem
conceſſa erit facultas opponendi etiam
poſt

Digitized by Google

poſt litem conteſtatam præſtito tñ iura-
mẽto per eum ſe prius ignoraſſe, vt tra-
didit Aret.poſt Specul. Bart. & Cum.in
d.§.idem iuris.num.62. inſt. de except.
38 Secundus caſus erit ſi talis exc. inci-
piat competere poſt litem conteſtatam
ſecundum glo. in verſ. poſtmodum tex.
in c. inſinuante. extrà de offic.& poteſt.
Iud. deleg. quibus demptis non eſſet
amplius locus opponendi talem exce-
ptionem dilatoriam poſt litem conteſta
tam, vnde ex his omnibus videtur con-
cludendum hanc indultus exceptionem
quamuis peremptoriam non poſſe op-
puni poſt concluſum in cauſa.
39 Sed contrarium eſt aſſerendum ex le-
ctura eiuſdem indultus, ex cuius verbis
elicitur eo quem poſſe gaudere, nedum
quando proceſſus incæpti fuerint, ſiue
pendeant, verum etiam ſi condemnatio
ſequta fuerit, vt oculari inſpectioni ſub-
ijcitur, & nos in præcedentibus in am-
pliatione 4. enodauimus. Dum ergò, et
ſi condemnatio ſequuta ſit Rex noſter
inuictiſſimus crimina extingui indulget,
præſupponit ſententiam, & ſucceſſiuè
etiam poſt ſententiam poterit quis in-
dultus beneficio gaudere, & multò ma-
40 gis ante ſententiam, nam ſi de quo ma-
gis quid, & de quo minus? Auth. multò
magis.C. de Sacroſ. Eccl.
De quo non ambigendum eſt, ſiquidẽ
41 ſi plures dantur caſus in quibus exce-
ptiones peremptorię opponi poſſunt ẽt
poſt ſententiam, ſicuti putauit Accurſ.
in l.1.in verſ. vti. C.de iur. & facti ignor.
à qua nemo eſt, qui diſſentiat, vt in ex-
42 ceptione, quæ ſententiam minimè im-
pugnat, qualis eſt exceptio ſolutionis,&
43 ratio, quia ſolutione eius quod debetur
omnis tollitur obligatio.l.græcè.§.illud.
44 ff. de fideiuſſ. §. 1. inſt. quib. mod. toll.
obligatio, vel quando ſumus in exce-
ptione modificatiua, exempli gratia in
45 exceptione quæ donatori competit, vt
non teneatur, niſi in quantum facere po
46 teſt.l. neſennius.§.fin.ff. de re iud. in mi-
lite.l. 1. ff. eod.tit. de iur. & fact. ignor.
47 in actione falſi procuratoris.l.licet.C.de
procur. in exceptione Macedoniani,
vel Velleiani.l. tametſi. ff. ad Velleian.
Hi enim caſus ſunt, qui de iure opponi
poſſunt poſt ſentẽtiam, & aduerſus eius
executionem.
48 Quod axioma refellit Bald. in d. l. 1.
nume. 4. C. de iur. & facti ignor. in caſu
quo ius agentis diſcuſſum in iudicio eſt
contrarium executioni, de quo memi-
nit D. Anna pater, in eius nona allega-
tione.
Itaq; ſi in iſtis caſibus exceptiones pe
remptoriæ, quæ ante ſententiam debent
opponi, poſſunt ex cauſa ſpeciali etiam
49 poſt ſententiã opponi legis tamen mor-
tuæ permiſſu, & authoritate, quo non
pacto dubitandum erit in exceptione
hui' regalis indultus à Principe inuictiſ-
50 ſimo impartiti? Cuius quidem non eſt
par poteſtas, ſicut legis mortuæ, & viuæ,
ſicut illa contrahentis, & conſuetudinis,
ad tex. in l.1. verſ. cum enim. C. comm.
de leg. Lucas à Penna in l.1.col.6. C. de
51 impon. lucr. deſcript. lib. 10. & in rubr.
C. de decr. decur. eod. libr. 10. ſed eſt
maior lege mortua, & conſuetudine. l.
vniuerſis. C. de præcib. imper. offert. eſt
enim lex viua Bald. in l. 2. ff. de legibus,
& poteſt derogare prædictis, idem Bald.
in c. 1.de his qui feud. dare poſſ. de quo
meminit Affl. in deciſ. 305.num.16.Pro-
pterea Principi denegatum eſſe, nemo
erit qui audeat contrarium aſſeuerare ſi
eſt ſupra legem.
Sed ſi (circumſcripto indultus huius
tenore) velimus iſtam q. ex iuris com-
munis tramitibus decernere, poſſumus
hanc ſubiungere diſtinctionem.
Quod aut quærimus num poſſit oppo
ni ante ſententiam, Aut vero quærimus
num poſſit opponi poſt ſententiam.
Primo caſu iterum ſubdiſtinguẽdum
eſt, aut quærimus, num poſſit opponi an-
te ſententiam, & ante publicationem in
cauſa, aut vero poſt publicationem in
52 cauſa, ſed ante ſententiam, in ambobus
caſibus dicendum erit, quod poſſit op-
poni tam ex iuris communis diſpoſitio-
ne, quam ex huius indultus deciſ. vt ſu-
perius demonſtrauimus. Maximè cum
indultus hic inducat nedum perſonæ li-
bera-

i

Berationem, ſed, & pęnę, criminiſque
peremptionem, adnotata per nos. in q.
2. num. 9. inde vti fauorabilis facier Iu-
dices promptiores ad liberandum. l. ar-
rianus. ff de act. & oblig. l. abſentem. ff.
de pęnis. Lucas à Penna in l. quoties.
num. 22. C. de dignit. lib. 12.

53 Aut verò quærimus num poſſit oppo-
ni poſt ſententiam, & iterum diſtinguē-
dum eſſe cenſemus, quod aut is reus
ſciebat ſibi competere hanc indultus ex-
ceptionem, aut ignorabat.

54 Hoc vltimo caſu non eſt dubitãdum,
quin eidem reo liceat hanc indultus ex-
ceptionem opponere, quod deducimus
ex ſupradictis per nos in exceptione nõ
numeratæ pecuniæ.

Poſſet tamen adhiberi eadem iuris iu
randi ſollemnitas, quam adhibendam
eſſe in præcitata non numeratæ pecuniæ
exceptione per Aret. in d. §. idem iuris.
num. 62. admonuimus.

55 Cuius concluſionis eam aſſerimus eſ-
ſe rationem. quia talis ignorantia non
eſt habilis ad inferendum ipſi reo præ-
iudicium, qui neſcius iuris ſibi ex Prin-
cipis beneficio competentis condem-
natus eſt, cui dum expreſſè non conſen-
ſit non ſibi præiudicauit tanquam in-
56 ſcius ſui iuris; ex ſcientia enim oritur
patientia. l. quoties la 2. ff. de ſeruit. tit.
generali. Ant. de Buttio in c. peruenit
in fine extrà de conſuet. & dixit Balb. in
tract de præſcript. par. 3. q. 10. nu. 30.

57 Aut verò quis ſciebat ſibi competere
hanc indultus exceptionem, & tunc vi-
deretur dicendum, quod dum non op-
poſuit ante ſententiam hanc indultus ex-
ceptionem non valeat eam opponere
poſt ſententiam, ex quo ex tali ſcientia
ortum habuit patientia, ob quam tacitè
videtur renunciare indultus huius bene-
58 ficio, videtur enim ſententiæ acquieuiſ-
ſe. l. ad ſolutionem. C. de re iud. l. tale. §.
qui prouocauit. ff. de pactis. l. 2. C. quod
met cauſ. l. 2. C. de iure dom. impetr. l.
59 ſed iulianus. §. fin. ff. ad Maced. ſicuti ſan-
citum eſt in exceptione procuratoris
falſi, vel non admittendi, nam ſi pars nõ
opponit iudicum rectè procedit. l. licet.
C. de procur. de quo latè per Ang. de
maleſ. in verſ. qui dominus iudex. num.
55. plura effundit Piſanellus in Comm.
Prag. editam Thori. num. 54. & dum ius
ſuum executi non ſunt videntur amiſiſſe.
l. ſi eo tempore. C. de Rem. pign. cum
ſimilibus; & ex conſequenti, dum reus
ſe voluntariè tali indultus beneficio or-
bauit ſit ſemper, & neceſſariò excluſus
ad tex. in l. ſicut. C. de act. & oblig.

60 Ad inſtar rei ſemel effectæ alienabilis,
quæ ſemper erit alienabilis. l. cum pater.
§. quindecim. ff. de leg. 2. Carroc. in caſu
115. numer. 4. cum ſeq. & ad inſtar eius
61 qui ſemel excluſus ſemper erit excluſus.
l. pactum quod dotali. C. de pact. l. pactũ
quod dotali. C. de collat.

Et huc etiam ſpecialius pertinent,
quæ de fori declinatoria ad Baronem
62 ſpectanti doct. reſcripſerunt, quod is, ſi
ſtinuerit in aliena curia de vaſſallo reo
pertractari, & non petierit ſibi remitti
non poterit neque ante ſententiam ne-
que poſt ſententiã declinatoriam exer-
cere, Bald. in l. executorem. num. 23. C.
de exceptione rei ind. Dynus in l. rele-
gati. §. fin. ff. de interd. & releg. Salicet. in
l. 1. C. vbi de crim. agi opor. Socc. in fall.
335. & alij per addentes coacervati ad
Bellug. in Spec. Princ. ſub rubr. de pro-
poſitione grauaminum. §. ex quo præ-
diximus, in limitatione 18.

63 Quorum ratio eſt illa, quia non datur
declinatoria fori poſt ſententiam, Salic.
in d. l. 1. ſicque in Collaterali Conſilio iu-
dicatum fuiſſe teſtatur Anna pater in ſin-
gulari ſuo 56. & 57. & huius rationis ra-
64 tio eſt illa, quia ex tali ſcientia ſuppoſita
videtur conſentire in iudicem, inde pro
rogatur iuriſdictio, per talem enim ſcien
tiam inducitur patientia, ex patientia,
conſenſus, ex conſenſu Iudicis proro-
gatio. l. 1. C. de iuriſd. omn. iud. l. 2. ff. de
iud. latè diſſeritur per Capic. in eius no-
na deciſione.

65 Secus verò ſi Baro ignoraret, nam ſiuè
antè ſententiam, ſiuè poſt ſententiam,
66 quia videtur eidem declinatoria fori
ſemper competere donec cauſa durat,
ſicuti in fori electione conſiderauit Ca-
rauita in ritu M. C. 235. nume. 26. & fa-
ciunt dicta per eximiũ, & ſemper reco-

colendę memoriæ per Præſidē de Fran-
chis in finalibus verbis deciſ. 100. & ſic
quia videtur habere tractum ſucceſſiuū,
arg. tex. in l. fin. C. de except. Poterit pe-
tere fori declinatoriam, ſicuti recollegi-
mus ex traditis per Bart. in l. à diuo pio.
§. ſententiam. ff. de re iud. & Salic. in d. l.
2. & ſic ex his idem dicendum videtur
in hac indultus exceptione.

67 Veruntamen antequam quæſtionis
huius veritatem prodamus, perfunctoriè
duo circa remiſſiones annotabimus.

Primo quod non ſit remiſſio Baroni
vaſſalli inquiſiti, ſed innocentis, Carauita
in ritu M. C. 235. incip. item ſeruat
ipſac. quod nullus. clericus. num. 10. per
V.iuium recenſitus in deciſ. 237. & in ri-
tu 270. cum ſeq.

68 Secundo quod, & ſi locus eſſet decli-
natoriæ fori, tamen poterit vaſſallus exi-
mi à Baronis iuriſdictione ob eius nimiā
ſæuitiam, doctr. eſt Fabri. in §. fin. in fine.
inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alieni iuris,
ante eum edocuit Bald. in tit. de pace
conſt. §. publici latrones, & pro huius
concluſionis comprobatione adducitur
tex. in l. lænones. C. de Epiſc. aud. quem
ad hoc expēdit Guido Papa in eius de-
ciſ. 62. Quibus ſic obiter emiſſis ad quæ-
ſtionis reſolutionem pertranſeamus.

69 Contrarium tamen aſſeuerādum erit
in indultus huius exceptione quæ & ſi nō
fuerit oppoſita poterit quis poſt ſenten-
tiam eius beneficio gaudere, quam con-
cluſionem ſic firmandam eſſe ex his ſe-
quentibus rationibus mouemur.

70 Quarum prima erit, quia exceptio hu
ius indultus eſt exceptio peremptoria,
ac criminum extinctiua, adeò vt omnia
delicta reddantur caſſa, & cancellata, de-
linquentes penitus liberati, ac intelle-
ctualiter à carcere relaxati, vt ſuperius
ex Baldo admonuimus, ac quia Princi-
pis inuictiſſimi voluntas conſiſtit in cri-
minum peremptione, quæ, ſi non dice-
remus poſſe opponi etiam poſt ſenten-
tiam, circumueniretur, propterea ne ſu-
perracua, ſeu manca diiudicetur, immo,
& fauorabilis magis quam poſſit inter-
petretur, concludendam eſt talem in-
dultus exceptionem etiam poſt ſenten-
tiam opponi poſſe, quamuis ſit exceptio
peremptoria.

72 Secundo hæc exceptio non reperitur
cautum, quod ſit exceptio, quæ in tem-
73 pore poſſit opponi, & poſt ſententiam
prohibetur, ita vt permiſſum in tempo-
re poſt tempus eſſet prohibitum. l. in tē-
pus ff. de hæred. inſtit. l. quandiu. la 2. ff.
de acq. hæred. l. Thais §. cum intra. ff. de
fideicommiſſ. lib. cum ſimil. ergò quod
74 lex indultus huius non diſtinxit, neq̄ nos
diſtinguere debemus. l. de precio. ff. de
75 publ. in rem act. quod enim. l. non dixit
natura non audet dicere. l. 2. ff. de vſufr.
Propterea dum iure non eſt cautum, q̄
poſt ſententiam hæc indultus exceptio
non poſſit opponi nos non debemus di-
ſtinguere, immò eum extendendo con-
cludere, quod etiam poſt ſententiam ex
ſupra allegatis opponi poſſit.

76 Tertio ſi verum, quod liget ignoran-
tes, quod intelligamus iuxta dicta per
nos ſupra in q. nona, quia fauorabilis,
ergo multò magis non priuat eius bene-
ficio ſcientes. Ex quibus fundatum cre-
dimus hanc indultus exceptionem op-
poni poſſe poſt ſententiam.

Et erit caſus indubitabilis per expreſ-
77 ſam eiuſdemmet indultus deciſionem,
quam nos paulò ante ponderauimus,
quin immò conſonū nobis eſſe videtur
hoc in loco ſubnectere, quod hic indul-
tus & ſi per reos nō ſit oppoſitus adhuc
iudicis officio eos gaudere tali benefi-
cio debere decernendum arbitramur,
idque tali ratione, diximus per hunc
realem indultum induci criminum abo-
litionem, ac peremptionem.

At ſi quis nollet eius beneficio vti, ac
78 munificentia gaudere nedum indultus
circumueniretur, ac contra Regis noſtri
mentem fraus quædam quaſi committe-
retur ad. tex. in l. fraus. ff. de legib. Ve-
rum reus per patientiam pænæ perſona-
li ſubiiceretur, ac per obliquum effice-
retur ſeruus pęnę; quod ſicuti expreſſè
79 quis facere prohibetur, cum nemo ſit
dominus membrorum ſuorum. l. liber
80 homo. ff. ad l. Aquil. pari modo tacitè id,
con-

contrahi prohibendum eſt arg. tex. in l. ſi optio. ff. qui, & à quibus. l. ſi ex duobus. ff. de neg. geſt. pro inde enarratam concluſionem, quòd etiam poſt ſententiam, ac parte non opponente iudicis tamen officio affirmandam eſſe conſulimus.

SVMMARIVM.

1 *AN qui ſunt ſub fideiuſſoribus extrà carceres ſub carceratorum nomine comprehendantur.*

2 *Dictio, ſed, eſt dictio aduerſatiua, licèt multipliciter ſumatur. cum numeris ſequent.*

3 *Aliquandò ſtat cauſatiuè, aliquando correctiuè, ſæpè coniunctiuè, quandoq; diſtributiuè, aliquando diſiunctiuè, & non numquam continuatiuè.*

7 *Dictio ſed, vt plurimum, ponitur aduerſatiuè, & maximè quando ſine copula ponitur. & num 8.*

9 *Et tali caſu importabit diuerſitatem iuris & facti.*

10 *Deſignat etiam cauſas non ſolum eſſendi, ſed fiendi.*

11 *Similiter dictio, autem, eſt aduerſatiua in iure, & in facto.*

12 *Tex. in l. nec non. §. item ſi quis. ff. ex quibus cauſ. maior. latè diſcutitur.*

13 *Ex quo textu voluit Angelus in tract. de maleficijs, quod ſtans in palatio cum cuſtodibus non dicatur carceratus.*

14 *Contrariam ſententiam ſequitur author, quod præſens indultus extẽditur etiam ad eos qui ſunt ſub fideiuſſoribus relaxati.*

15 *Vinculorum appellatio propriè priuata, vel publica, ſed corporalia.*

16 *Vincula ſignificat, licet largè quilibet carceratus dicatur eſſe in vinculis.*

17 *Hinc etiam incluſos loco vinctorum haberi caliſtratus voluit.*

18 *Nec intereſt parietibus, an compedibus teneantur.*

19 *Relaxati ſub fideiuſſoribus largo modo dicuntur carcerati. & num. 20.*

21 *Ille pro carcerato habendus eſt, qui non valet recedere.*

22 *Non intelligitur ſolutus, qui in publicò ſine vinculis ſeruatur.*

23 *Is ſolutus dicitur cui libera conceditur reddendi facultas.*

24 *Fideiuſſio facit perſonam fiſco, & pœnæ ſubiectam.*

25 *Fideiuſſio ſicut in ciuilibus cauſis facit rem extare ita in criminalibus facit extare perſonam. & num. 26.*

27 *Paria ſunt in vinculis eſſe, & in cuſtodia fideiuſſorum. & num. 33.*

28 *Quod ex l. 3. §. qui autem ff. de bon. cor. pulchrè deducitur.*

29 *Dictio, vel, licet plures habeat intellectus tamen alternatiuè ſumetur in d. §. qui autem. & num 30.*

31 *Natura alternatiuæ eſt, vt cadat inter diuerſa in ſubſtantia, & ſimilia in qualitate.*

32 *Nimia diſparitas inducit ſpeciem contrarietatis.*

34 *Carceris ſpeciem banc ſub fideiuſſoribus relaxationem iure conſultus in l. 1. ff. de cuſtod & exhibit. reor. vocauit.*

35 *Hinc ſequitur, quod pœna priuati carceris locum ſibi vindicabit, quando quis retinetur, vt recedere non poſſit. & numero 36.*

37 *Iſta cautio fortior eſt illa, quæ per pignora conſtituitur.*

38 *Attamen fragilis eſt, cum ea non immutet propoſitum euadendi quæſtiones, & carceres, & num 39*

40 *Perſonarum qualitas eſt reſpicienda ad id, num quis debeat carceribus mancipari, vel ſub fideiuſſoribus relaxari.*

41 *Et etiam delicti qualitas an ſit leue, vel graue.*

42 *Carcer non ſemper ad pœnam, ſed etiam ad cuſtodiam inuentus eſt.*

43 *De iure canonico eſt inuentus perpetuus carcer in pœnam.*

44 *Et æquiperatur pœnæ mortis.*

45 *Quod locum ſibi vendicat, quando contra clericos, & perſonas Eccleſiaſticas proceditur, ſecus ſi contra laicos.*

46 *Niſi contra laicos ageretur de crimine hæreſis.*

47 *Quinque carcerum reperiuntur ſpecies. cum numeris ſeq.*

57 *Opinio affirmatiua per authorem recipitur,*

tur, quod præſens indultus comprehendat ſub fideiſſoribus relaxatos.

Siuè ſub fideiuſſione extra carceres commorentur.

AMPLIATIO VI.

CAPVT XI.

VIſum eſt in precedenti capite ſub huiꝰ indultus beneficio cõprehenſos eſſe carceratos quod iuris tramitibus fultum eſſe in eodẽ nõ inconcinnè demonſtrauimus.

Subnectit modo Rex noſter inuictiſſimus eius decretũ ampliando inquiens, nedum in carceratis hunc noſtrum indultum procedere, verum quoque vendicare ſibi locum etiam in cæteris ſub fideiuſſione extrà carceres commorantibus.

1 Quod quidem niſi apertis verbis decreuiſſet eos contineri ſub hac generali indulgentia, vtique controuerti de iure potuiſſet tales ſub carceratorum nomine non potuiſſe comprehendi, cum non poſſent dici carcerati, idq; Vlpiani reſponſo in l. nec non §. item ſi quis. ff. ex quib. cau. maior. quo quidem in loco ſic ſcriptum reliquit, item ſi quis nec in cuſtodia, nec in vinculis ſit, ſed ſub fideiuſſorum ſatisdatione, & dum propter hoc quod recedere non poteſt captus ſit, & reſtituetur, & aduerſus eam dabitur reſtitutio. decidit ergò clarè tex. iſte ſub fideiuſſoribus commorantes carceratorum numero aſcriptos nequaquã poſſe.

Quod hac ſequenti conſideratione dilucidatur, alloquitur enim tex. per dictiones negatiuas, nempe, ſi quis nec in cuſtodia, nec in vinculis ſit, Poſtmodum ſequitur, ſed ſub fideiuſſorum ſatiſdatione, & ſic vtitur dictione aduerſatiua ſed, Per quam dictionem ſed, cum iureconſultus loquatur, ſequitur neceſſariò concludendum ſub fideiuſſoribus relaxatos non poſſe dici carceratos.

2 Etenim dictionis, ſed, natura & ſi multiplex ſit, cum aliquando ponatur cauſa-
2 tiuè, vt in caſu tex. in l. Iulianus. in fine.
ff. ex quib. cau. maior. quandoque cor-
3 rectiuè, vt in cap. 1. vbi glo. de milite
vaſſ. qui contum. eſt. ſæpè coniunctiuè,
4 quandoque diſtributiuè, & aliquando
5 diſiunctiuè, vt tradunt Bart. Alex. &
Aret. in l. qui vſumfructum. ff. de verb.
6 oblig. & aliquando continuatiuè, vt in
l. nemo igitur. in fine. ff. de rerum diu.
7 tamen precedentibus aduerſatur, vt plurimum. l. quicunque. §. ſi ita quis. ff. de verbo. oblig. l. qui ſe. ff. de cond. & demonſtr. l. ſed ſi quis. §. quæſitum. ff. ſi quis caut. maximè quando dictio ſed, inuenitur ſine copula, & ſequenti, quo caſu
8 multò magis fatendum, quod aduerſetur ſuperioribus, ſicut colligitur de tex. in l. ſed, etſi reſtituatur. ff. de iudicijs, & in l. ſed & ſi per prætorem. ff. ex quibus cau. maior. Ac in eo caſu denotabit di-
9 uerſitatem iuris, & facti. l. talis ſcriptura. ibi, ſed, & ſi ſeperatur. ff. de leg. 1. notatur in l. 2. C. de filiofam. minore. in l. ſi quis ex argentariis. §. rationem. ff. de edendo. glo. in l. 2. ff. ne quis eum, qui in ius voc. vi exim. Archid. in c. concertationi. de
10 appell. in 6. deſignatq; cauſas non ſolum eſſendi, ſed fiendi. c. cum cauſam. extrà. de electione, l. ſed, & reprobari. ff. de excuſ. tut. l. 1. §. nunc videamus, & §. emãcipatus. ff. de coniug. cum emancip. lib.

11 Quibus accedat ſimilis natura dictionis, autem, quæ & iuri, & facto aduerſatur. l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de damn. inf. l. ſed ſi lege. §. quod autem. ff. de petit. hæred.

Ex his ergo conſequitur, quod ſi verum eſt, quod dictio, ſed, aduerſetur in
12 caſu prædicati tex in §. itẽ ſi quis, aduer-

ſabi-

ſabitur præcedentibus ad ius, & ad fa-
ctum, ſi ſic, dictum erat per prius in præ-
monito tex. ſi quis nec in cuſtodia, nec
in vinculis ſit, & poſtmodum ſubſequi-
tur perdictionem aduerſatiuam, ſed; ſub
fideiuſſorum ſatiſdatione, ergò elici vi-
detur differentia inter carceratos, & ſub
fideiuſſoribus relaxatos, & per hæc for-
13 taſſe voluit Ang. de maleſ. in verſ. fama
publica. numer. 86. quod ſtans in palatio
cum cuſtodibus non dicitur carceratus.
motus per Doct. tex. iuncta glo. & Bart.
in l. fin. C. de cur. & ſtat. lib. 12. de quo
meminit Foller. in prima parte ſecundæ
partis in ſua pract. verſ. vel carcerentur.
num. 11. fol. mihi 157.
14 Contrarium tamen hoc in loco ſta-
tuendum putamus, in qua vti materia
fauorabili laxior erit admictenda inter-
pretatio, propterea ſub fideiuſſoribus
relaxatum ad huc carceratum dici de-
bere affirmandum putamus, nam ſicuti
verum eſt, eum qui in carcere clauſus eſt
non videri neque vinctum, neque in vin-
culis eſſe, niſi corpori eius vincula ſint
15 adhibita. l. verum eſt. ff. de verbo. & rerũ
ſignificatione. propriè tamen, vinculo-
rum enim appellatio, vel priuata, vel pu-
blica vincula ſignificat, cuſtodiæ verò
tamen publicam cuſtodiam l. vinculorũ.
16 ff. eod. tit. Largè tamen in vinculis car-
ceratum eſſe neceſſe eſt, vt fateamur per
tex. in l. ſuccurritur. ff. ex quib. cau. ma-
ior. vinculorum autem appellatio latius
accipitur per Caliſtratum, ibi, nam eidẽ
17 placuit etiam incluſos vinctorum nu-
mero haberi, nihil enim intereſt parieti-
18 bus an compedibus teneatur, & ideò
cenſuit ſuccurrendum ei, qui in vinculis
fuiſſet, decernens non ſolum ad eum
pertinere qui publica cuſtodia coerce-
tur, Cuſtodiam autem ſolam publicam
accipi labeo putat, ſed ad eum quoquè,
qui à latronibus, aut prædonibus, vel
potentiore vi oppreſſus vinculis coer-
cetur. Hec iure conſultus in eo tex.

Proximum eſt illud Axioma, ſolutum
non intelligendum eum eſſe, qui licet
vinculis leuatus ſit manibus tamen te-
netur, ac, nec eum quidem intelligimus,
qui in publico ſine vinculis ſeruatur. l.
qui neque. §. ſolutum. ff. de verb. & rerũ
19 ſignificatione. eodem modo dicendum
carceratos ſub larga ſignificatione de
ſumendo dici ad huc quoque poſſe rela-
xatos ſub fideiuſſoribus.
20 Pro quorum omnium faciliori com-
probatione adducimus, eos quoque ac-
cipiendos eſſe in vinculis, qui ita alliga-
ti ſunt, vt ſine dedecore non poſſunt in
publico apparere. l. in eadem cauſa. §. in
vinculis. ff. ex quib. cau. maior. eumque
in vinculis eſſe, qui à latronibus aut præ-
21 donibus, vel potentiori vi oppreſſus co-
ercetur. d. l. ſuccurritur, & ſic is carce-
ratus habendus eſt, qui non valeat rece-
dere. d. l. neque, & d. l. ſuccurritur, & quã-
do conſideratur priuatio libertatis ali-
cuius, argumento notatorum per Bart.
in l. qui in carcerem. ff. quod met. cau.
22 quem recenſuit Carau. in ritu M. C. 47.
incip. iterum quod, Curiæ ipſæ. num. 15.
nec eum intelligimus ſolutum, qui in pu-
blico ſine vinculis ſeruatur. d. l. neque.
23 Seruatur, exponit Accur. ideſt, cuſtodi-
tur à nuntijs fortè. A qua deſumimus re-
gulam, quod is demum ſolutus erit, cui
libera datur recedendi facultas. l. 2. ff. de
lib. hom. exhib. l. 4. in fine. & l. 5. in prin-
cip. ff. de acq. rerum dominio.

Quo nam ergo pacto contrarium aſ-
ſeuerandum eſt in relaxato ſub fideiuſ-
ſoribus? Nonnè iſti carceratorum nu-
mero ſunt connumerandi? Nonnè ipſa
fideiuſſio priuat eos libertate, ac libera
24 recedendi facultate, vt non valeant ire
quò velint? Nonnè talis fideiuſſio facit
perſonam fiſco, & pęnę ſubiectam, quod
ſemper in iudicio adſit? Certè ſic, mi-
rum ergò non ſit, ſi in hac indultus ma-
teria tales contineri ſanxit Princeps no-
ſter.
25 Hæc quidem fideiuſſio ſicuti in ciui-
libus cautio facit rem extare. l. 1. & 2. ff.
de vſufr. earum rerum, quæ vſu conſum.
l. 1. §. ſed ſi plures. vbi Caſtr. num. 6. & 7.
& in l. procuratoris. §. fin. ff. de tribut.
actione. l. fin. §. & ſi præfatam. C. de iure
delib. idem Caſtr. in conſil. 285. vol. 1.
Præſes de Franchis in deciſ. 75. num. 9.

& Anua

Digitized by Google

& Anna pater in ſingulari ſuo 537. codē
26 ferè modo fideiuſſio in criminalibus fa-
cit extare perſonam, ex cuius exiſtentia
ſequitur conſequentia, quod largè dica-
27 tur carceratur, paria enim ſunt aliquem
in vinculis eſſe, vel ſub cuſtodia fideiuſ-
28 ſorum. l. 3. §. ſi quis autem. ff. de bonis eo-
rum. ſi qui autem, inquit Martianus, ſub
incerto cauſæ euentu in vinculis, vel ſub
fideiuſſoribus deceſſerint horum bona
non eſſe confiſcanda mandatis cauetur,
ponderando igitur præfatum tex. per di-
ctionem, vel, loquentem, concludimus
paria eſſe quem eſſe in vincolis, vel ſub
29 cuſtodia fideiuſſorum. Talis enim dictio
& ſi plures habeat ſignificatus, vt habe-
tur per Bart. in l. ſupra iter. §. officium. ff.
de aqua pluu. arc. in l. generali. C. de ſa-
croſ. Eccl. per Canoniſtas, & ſignanter
per Zabar. in clem. ſæpe. de verb. & re-
rum ſign. & in c. plerique. extrà. de ele-
30 ctione. Tamen in hoc loco ratio, & ſen-
ſus ſuadent alternatiuè deſumendam, ſi-
cuti accipitur in l. is qui ſois. §. nihil. ff. de
manum. & in l. ſi ita. ff. de manum. teſt.
per Dinum in c. locupletari, & latius in
c. in alternatiuis. de reg. iur. in 6.

31 Quibus ſubnectimus eiuſdem alter-
natiuæ naturam eam eſſe cadere inter
diuerſa in ſubſtantia, & ſimilia in qualita-
te; ſimilia in qualitate declarat Bald. in
l. 4. in principio. C. de collat. ideſt in pon-
dere intellectus, vel ſaltim inter parum
diſcrepantia, nam alias ſecundum eun-
32 dem Bald. ſi eſſet nimia diſparitas eſſet
quædam ſpecies contrarietatis l. 1. ff. de
reb. dob. Deducitur ergò ex his, quod
ſi alternatiua cadit inter diuerſa in ſub-
ſtantia, ſed ſimilia in qualitate. i. in pon-
dere intellectus, ergò in pondere intel-
lectus Iureconſulti in præcitato tex. pa-
ria iudicauit eſſe quem in vinculis, vel
ſub fideiuſſorum cuſtodia.

33 Quod quidem ſecundo probatur per
tex. in l. ſi grauius. C. de dignit. libr. 12.
vbi Imperator ſuper illuſtribus ſugeri iu-
bet, nocente perſona extra carceralem
cuſtodiam ſub fideiuſſione habita, cæte-
ros vero decoratos ad iudici referet no-
tionem, ſicque iuxta propoſitam con-
cluſionem ex eod. tex. reaſſumpſit ibi
Lucas à Penna in finalibus verbis, & la-
tius proſequitur in l. quoties. num. 29. C.
eod. tit. de dignit. l. 12. quem inſequitur
Caſſan. in conſil. Burg. in prima rubr. es
droictz d'icelles. num. 63. ac de vtroque
commemorat Carau. in loco antecitato
num. 16.

Et quidem non erit vllo pacto in du-
bio refricandum, quin paria ſint quem
eſſe in vinculis, vel ſub fideiuſſione, quod
34 ex theorica tex. in l. 1. ff. de cuſt. & ex-
hib. reorum colligimus, dum proconſulē
iniungitur extimatio de reorum cuſto-
dia, vtrum in carcerem recipienda ſit
perſona an militi tradenda, vel fideiuſ-
ſoribus committenda, vel ſibi, & ſic in-
ter ſpecies carceris hanc ſub fideiuſſori-
bus relaxationem annumerauit iure con-
ſultus. & poſtremò ad id afferri poteſt
tex. in d. l. quocies, ſicq; expreſſim cen-
ſuit Afflict. in conſtitut. Regni incip. in
35 quæſtionibos. nu. 8. fol. mihi 78. à tergo.

Ob hæc pæna priuati carceris ſuum
vendicabit locum, quando quis retine-
tur, vt aliò recedere non poſſet, Salic. in
l. vnica. nu. 7. verſ. ſed quæro. vbi adden-
tes. C. de priu. car. Bal. in l. ſi confidis. vbi
glo. per illum tex. C. ad l. iul. de vi publ.

Qoin immò carcere priuatus commi-
36 cti dicitur, etiā quod quis fideiuſſoribus
ſe obtulerit. Ang. dè maleſ. in verbo quod
fama publica præcedente nu. 87. in prin.
verſ. 4. eſt carcer. plura ad hæc effundit
Farin. in lib. 1. ſub tit. de carcerib. & car-
cer. q. 27. nu. 11. ver. amplia 1. in ſumma
ſic voluit Ang. in d. l. vnica, & in l. qui in
carcerē. ff. quod met. cau. Ang. de maleſi. in
verbo. qui index dictis inquiſitis. num.
14. Guido Papa in deciſ. 253. numer. 1.
Gramm. in deciſ. 14. nome. 4. com ſequ.
Bell. in conſil. 44 numer. 36. Magon. in
deciſ. Lucenſi 90. nume. 8. Menoch. de
arb. iud. lib. 2. cent. 4. caſu 301. num. 10.
Maſcard. in tract. de probat. lib. 1. con-
cluſione 266. nume. 30. per Cyr. in ſum-
ma crim. rubr. 12. de cuſt. reorum §. 1.
num. 1. in fine verſi. in vinculis etiam. de
quo latiſſimè per Farin. in tit. præcitato.
q. 30. à nu. 46. vſque ad 60. & in ſpecie
ſub

ſub num. 51. & 55. cum ſeq. poſt hæc ſcri-
pta viſus.
37 Hæc autem cautio per fideiuſſores
quamuis fortior ſit ea, quæ pignoribus
conſtituitur §. ſi verò crimen. in auth. vt
nulli iud. & not. in c. per veſtras. de do-
nat. inter vir. & vxor. & in c. 1. extrà. de
pignor. in l. 3. C. de omni agro deſ. libr.
11 Lucas à Penna. in d l. quoties. nume.
38 4. C. de dignit. lib. 12. tamen fragilis eſt.
l. qui ita. §. 1. ff. ad Trebell. cum ea non
39 immutet propoſitum euadendi queſtio-
nes, & carcerẽ. §. nouiſſimè. inſt. de ſuſp.
tut. Lucas in loco præcitato num. 5. cir-
ca medium.
40 Propterea per conſulem extimãdum
eſt de reorum cuſtodia pro criminis, ꝙ
obijcitur, qualitate, vel propter hono-
rem, vel propter ampliſſimas facultates,
vel pro innocentia perſonæ, vel pro di-
gnitate eius, qui accuſatur, num in car-
cerem recipienda ſit perſona an fide-
iuſſoribus committenda d. l. 1. ff. de
cuſt. & exhib. reorum iuxtà cuius de-
ciſionem interpetrandus erit tex. in l.
2. C. eod. tit. vbi glo. in verſic. omnino,
explanat.
Inde fit. vt quãdo delictum eſt leue reus
debet fideiuſſoribus relaxari. Accurſ. in
d. l. 1. materiam per tract. Decianus in
lib. 1. cap. 33. num. 2. ſub tit. de carcera-
tione. fol. 266. & latè proſequitur doctiſ-
ſimus Farin. in tit. de carceribus, & car-
cer q. 33. num. 1. cum ſeq.
In quibus delictis leuibus ſatis eſt, ꝙ
per fideiuſſionem præſtitam reus nõ ha-
beat liberam recedendi facultatem. car-
42 cer enim non ſemper ad pœnam, ſed ad
cuſtodiam inuentus eſt. l. nec ſeruus. C.
de pœnis. l. aut damnum. § ſolent. ibi. car-
cer enim ad continendos homines non
ad puniendos haberi debe. ff. de pœnis,
cum alijs per Farin. coacceruatis in præ-
dicto tit. de carceribus, & carcer. q. 27.
num. 95. verſ. 8. ſit concluſio.
43 Quod de iure ciuili intelligẽdum eſt,
ſecus verò de carcere per ius canonicũ
ſtatuto, de quo perpetuo carcere adeſt
tex. in c. nouimus. §. fin. extrà. de verbor.
& rerum ſignificatione. Panorm. in cap.

cum non ab homine, &c at ſi clerici. ex-
tra. de iudicijs, quem in pœnam inductũ
44 eſſe eo iure dicimus, cum is æquiparetur
pœnę mortis. Innoc. & alij in c. qualiter,
45 & quãdo. extrà. de accus. quãdo tamen
contra clericos, aliaſq; perſonas Eccle-
ſiaſticas proceditur tunc carcer perpe-
tuus de iure canonico inductus eſt pœ-
na, ſecus verò ſi contra laicos. ita Ioan-
56 nes Andr. in addit. ad Specul. in tit. de
offic. ordin. niſi tamen in crimine hære-
ſis. c. pen. extrà. de hæret. & voluit Gu-
gl. de Bened. in repet. c. Raynutius. in
verbo mortuo itaq; teſtatore. el primo.
numer. 131. admonuit Foll. in ſua pract.
crim. in 1. parte 2. part. verſic. vel carce-
rentur. num. 1.
47 Hinc Foller. loco præmonito triplicẽ
carceris ſpeciem conſtituit ſub num. 10.
48 Primus eſt carcer terminus vitæ, & im-
ponitur de iure Canonico, ac alijs mo-
dis de iure Regni huius imponi eo loco
demonſtrauit.
49 Secundus eſt quando quis retinetur,
pro criminis inueſtigatione, de quo in
l. 2. ff. de cuſt. & exhib. reorum.
50 Tertius eſt carcer, quando quis eſt
condemnatus, & detinetur in carcere,
vt ſoluat condemnationem, vel donec
de eo fiat executio, de quo remictit ſe ad
Ang. de maleſ. in verbo. fama publica
præced. & Caſſan. in tit. des iuſtices. rub.
es droictr d' icelles. nu. 99. quem quoq;
recenſuit Carauita in loco antedicto. nu
mero 18.
51 Qui quatuor carceris ſpecies adhuc
conſtituit, inquiens, quod quidam eſt
52 carcer perpetuæ pœnæ, & eſt ille de iure
canonico impoſitus, de quo paulò ante
perſcripſimus, de quo diſcutit Belluga
in ſpec. Princ. rubr. 23. de effectibus Imp.
& iuriſd. §. dicamus. num. 8.
53 Quidam & 2. carcer eſt cauſa cuſto-
diæ, de quo eſt tex. in l. 2. & fin. C. de cu-
ſtodia, & exhib. reorum.
54 Quidam, & 3. eſt carcer quidam, qui
ad modicam coerctionem datur, vti in
caſu tex. in l. 1. & 2. C. de ſport.
55 Quartus eſt carcer domeſticus ad cor
rectionem, de quo in l. 1. & 2. C. de pa-
tria

tria poteſtate. in l. 3 §. 1. & 2. ff. de lib. homin. exhib. & habetur per Bart. in l. capite quinto. ff. ad l. iul. de adult.

56 Quintam carceris ſpeciem addidit Carauita in enunciato ritu, & loco quãdo furioſo datur ad eius tutelam, & proximorum ſecuritatem, de qua eſt tex. in l. diuus. ff. de offic. Præſid.

57 Ex his liquidò conſtitutum ſit ſub fideiuſſoribus relaxatos, cum ſub cuſtodia conſtet eos permanere, ſub hoc indultus beneficio comprehendi.

Et iure quidem, nam ſi Rex inuictiſſimus indulget carceratis, quos præſuponitur ob carcerem grauia patraſſe delicta quare relaxatis ſub fideiuſſoribus extra carceres commorantibus huius indultus munificẽtiam denegare voluiſſe putandum eſt, qui leuia commiſiſſe crimina cenſendi ſunt? Nam ſi de quo magis quid, & de quo minus auth. multò magis. C. de ſacroſ. Eccl. & per hæc explicata remaneat præſens tex. huius ampliatio.

S V M M A R I V M.

1 *Iſta ampliatio videtur eſſe omni iur contraria.*
2 *Arguitur à partium enumeratione.*
3 *Indultus non debet porrigere effectum ad delicta liquida.*
4 *Nec ad incognita, & inexcogitata.*
5 *Qui vult gaudere beneficio indultus debet de hoc in iuditio inſtare.*
6 *Non videtur quis eſſe in reorum nomine ſcriptus quando de delicto non conſtat.*
7 *Satius eſt impunitos nocentes relinqui, quàm innocentes condemnari.*
8 *Paria ſunt occidere innocentem, & eum qui confugit ad iuſtam iuris defenſionem.*
9 *Reo adhuc abſente eius nomen recipitur inter reos.*
10 *Verba illa ſiuè in iuditio non comparuerint intelliguntur de contumacibus.*
11 *Priuatio præſupponit habitum.*
12 *Per citationem præcedentem contrahitur contumatia.*
13 *Contumatia eſt grauiſſimum delictum, & hoc tam in foro fori, quàm in foro poli, nam in foro poli contumax mortaliter peccat. num. 14.*
15 *Et tanquam delictum parit pœnam.*
16 *Et ratio quare eſt delictum eſt, quia contumacia non caret dolo, vel culpa. num. 17.*
18 *Hinc innumerabiles ſunt pœnæ conſtitutæ contra contumaces.*
19 *Contumax non poteſt audiri, niſi refectis expenſis, & damnis litis.*
20 *Immò ammictit cauſam in eo, in quo habetur pro confeſſo.*
21 *Item fori priuilegium, nec fori declinatoria amplius opponi poteſt & nu. 22.*
22 *Aminictitur beneficium legis vbi captũ. ff. de iudicijs.*
23 *Nec poteſt contumax opponere litis pendentiam.*
24 *In qua contumatia ſi quis perſtiterit per annum in hoc Regno annotantur bona contumacis.*
25 *Si Baro deliquerit, & contumax fuerit, & per annum in ea perſtiterit nedum bona eius annotabuntur, verum etiam fructus feudi infra annum percipientur ab alio nomine ſuo. & num. 26.*
27 *Sed anno elapſo iuriſdictio ſequeſtratur, & detinetur per Regiam Curiam, vt vaſſallus tædio affectus veniat reſponſurus.*
28 *Item ſequeſtratur poſſeſſio feudi.*
29 *Prout decretum fuiſſe refertur in Barone centulæ, & Barone Zurulo.*
30 *Et ita paſſim practicatur.*
31 *Adeò, quòd vxor vaſſalli contumacis cõparens pro ſatisfactione ſuorum iurium dotalium aduerſus poſſeſſionis ſequeſtrationem non eſt penitus audienda, & numero 32.*
33 *Vtilitas publica debet præferri priuatæ.*
34 *Et ita Sacrum Conſilium iudicaſſe, teſtatur author.*
35 *Ampliatur vt non tantum ſequeſtretur, poſſeſſio iuriſdictionis vaſſalli contumacis, verum & in ea venies ſequeſtratio ipſius iudicaturæ.*
36 *Sequeſtratio iudicaturæ idem importat, quòd dicere vaſſallum contumacem non poſſe in cauſis vaſſallorum iudicare.*
37 *Is qui per Iudicem bannitus efficitur infamis*

famis infamia facti.
38 Infamia facti repellit quem ab omni honore iudicaturæ, ac omni dignitate.
39 Quæ procedunt ex mente Iſerniæ etiam ſi eſſent impetratæ literæ aſſecurationis, vel bannum eſſet remiſſum.
40 An banni remiſſio eximat ab infamia facti per contumaciam incurſa.
41 Pœna quidem poteſt demi, ſed culpa perennis erit.
42 Et ob eam quis non poteſt redire ad pristina iura.
43 Contrarium vult author. ꝙ quando quis extrahitur à banno infamia facti eſt abolita.
44 Per exemptionem à banno contumax feudatarius recuperabit iudicaturam.
45 Vltima opinio Andreæ de Iſernia tenetur.
46 Dato caſu, ꝙ contumax audiretur non poſſet gaudere aliquo priuilegio, ſed tantum diſpoſitione iuris communis.
47 Proinde exceptiones dilatorias non niſi ante litem conteſtatam, peremptorias verò nõ niſi vſq; ad ſententiã oppone.
48 In ciuilibus quilibet citandus eſt.
49 A citatione in ciuilibus incipit proceſſus.
50 An libellus ſit de proceſſu, & an iudiciũ incipiat à lite conteſtata, remiſſiuè & num. 51
52 Pari modo citatio requiritur in criminalibus.
53 Abſens requirendus annotandus eſt, vt copiam ſui præbeat.
54 Citatio primò eſt facienda perſonaliter, ſecundò ad domum.
55 Alias ſi forma iſta dimittatur nulla erit.
56 Quando aliquid non eſt de ſubſtantia actus etiam ſi vitiosè accedat illum non redit nullum.
57 Is verè dicetur contumax, qui perſonaliter citatus non comparet.
58 Quòd ſi alio citationis genere citetur tũc non propriè contumacia, ſed ceſſatio dicetur, licet & is contumax dicatur, quod non fuerit perſonaliter citatus.
59 Omnes non venientes, non reſtituentes, non reſpondentes, omnes recedentes, & denique omnes non comparentes contumaces dicuntur.
60 Satis differt contumax in non parendo à contumace in non veniendo.
61 Primus enim appellare non poteſt, ſecundus verò ſic.
62 Contumax qui non comparet ad cauſam defendendam ſicut non poteſt appellare, ita nec poteſt ſupplicare. & 63.
64 Quod fallit in muliere, minore, & ruſtico, qui reſtituuntur in integrum.
65 Citatio etiam in criminalibus requiritur ne quis dicatur mori indefenſus.
66 Citatio dicitur eſſe de iure naturali. & num. 67.
68 Hinc ommitti non poteſt ab eo, cui conceſſum eſt liberum arbitrium.
69 Immò nec per ſtatutum tolli poteſt.
70 Ipſaque in vnoquoque actu interuenire debet.
71 Adeò vt in teſtium examinatione ad futuram rei memoriam neceſſaria ſit.
72 Etiam in ſententia Principis pars erit citanda.
73 Licet Princeps non teneatur ordinem iudiciarium ſeruare, tamen non poteſt auferre citationem, quæ eſt defenſio de iure gentium, vel naturali.
74 Alias ſententia Principis non valeret, & poſſet de nullitate ipſius dici.
75 Citationi an per partes renunciari poſſit cum ſit iuris naturalis.
76 Prædicta concluſio latè diſcutitur.
77 Diſtinguitur inter iudicia, & arbitria.
78 Si proceditur per arbitrum, vt arbitrum poteſt per partes citationi renunciari.
79 Si verò proceditur per arbitrum, vt arbitratorem, & tunc citationi renunciari minimè poteſt.
80 In Iudicijs ciuilibus poteſt per partes citationi renunciari.
81 Citatio duplicem parit effectum, alterum reſpicientem fauorem actoris, alterum beneficium rei. & num. 82.
83 Fauori ſuo quilibet renunciare poteſt.
84 Fallit in his quæ publici iuris ſunt.
85 Appellatio eſt commune remedium, & auxilium litigatoribus ad præſidium innocentiæ conſtituta reſtituens illicitum, cuius ſubſtantia in iuris naturæ campo radices egiſſe videtur, num. 86.

cum numeris ſequentib.

89 Appellationi an poſſit per partes renunciari.

90 Nunquid partes poſſint renunciare citationi in criminalibus.

91 Duplex conſideratur renunciationis modus & num. 92.

93 Iudex poteſt ſubſtinere partes actoris, & rei ob licentiam ſibi attributam.

94 Factum iudicis, quando æſtimetur factũ partis.

95 Quod abſolutoria nõ poſſit ferri, niſi citata parte reſpicit fauorem partis.

96 Concluditur poſſe renũciari citationi per partes iudici tamen facultate tributa partibus non citatis poſſe procedere ad expeditionem proceſſus.

97 Arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.

98 Vbi viget eadem ratio ibi idem ius vigere debet.

99 Correlatiuorũ eadẽ debet eſſe iuris diſpoſitio.

100 Limitatur non poſſe per partes remitti citationem Summi Pontificis. & de ratione. ſub num. 102.

101 Valet argumentum à contrario ſenſu.

103 Et quod in citatione Principis on poſſit renuntiari remiſſiuè.

104 Numquid ſimpliciter in criminalibus poſſit per partes citationi renunciari non conceſſa licentia iudici quod ipſis in auditis procedat ad expeditionem.

105 Iuramento renunciari on poſſit.

106 Sententia on poſſit ferri pro actore non citato. & ampliatur ſub num. 107.

108 Concluditur negatiuè non poſſe per partes renunciari citationi in criminalibus.

109 Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.

110 Etiam tertius admittitur ad appellandum in criminalibus.

111 Iudex denegans appellationem vltimo ſupplicio ferendus eſſet à proconſulibus.

112 Quod ſecus eſt in ciuilibus, in quibus alia pæna pecuniaria eſt conſtituta.

113 Si pendente appellatione in criminalibus iudex vellet exequi poſſet de facto reſiſti, & de facto exequtio impediri.

114 Per appellationem eſt ablata iuriſdictio iudici à quo. & proinde poſt appellationem habebitur, vt priuatus.

115 Reus non poteſt renunciare appellationi per tertium interpoſitæ.

116 Nemo eſt dominus mẽbrorum ſuorum.

117 Citatio eſt etiam de iure diuino.

118 Defenſioni de iure naturali per partes renunciari non poteſt.

119 Nemo poteſt facere quin leges in actibus ſuis locum non habeant.

120 Duplex citationis renunciatio conſiderari poteſt.

121 Citatio quæ requiritur ad totum proceſſum non poteſt per partes renunciari.

122 Citatio ad audiendam ſententiam an poſſit remitti, ſi quis antea citatus fuerit, & notitiam habuerit de proceſſu, & dicitur quod ſic. & de ratione. num. 123.

124 Quod ſi citatio ad proceſſum non præceſſit tunc non poteſt renunciari.

125 Quod ſi citatio præceſſit, & datæ fuerint defenſiones tunc dicetur cognitionaliter proceſſum, & poteſt parte non citata proferri ſententia.

126 Quæ de contumace dicta ſunt locũ vindicant in eo, qui factus eſt contumax à iudice ſuo competenti. & num. 127.

128 Contumatia non contrahitur coram iudice penitus incompetenti.

129 Secus ſi eſſet contumax ipſo iure, ſed eius iuriſdictio poſſet elidi per exceptionem, nam tunc citatio arctaret, & contumatia induceret prorogationem.

130 Baſis iudicij eſt iudicis competentia. & num. 131.

132 Tertius veniens in iudicio, an poſſit declinatoriam à partibus omiſſam allegare.

133 Tertius veniens ad iudicium de cuius intereſſe conſtat ſaltim apparenter debet audiri.

134 Tertius qui pro ſuo intereſſe adeſt vult efficitur vnus ſpiritus cum reo litigãte & num. 135.

136 Hinc tertius in iudicio adhærens poteſt appellare à ſententia lata cõtra principalem

cipalem infra legitimum tempus decem dierum.

137 *Quinimò appellationem per principalẽ non proſequtam poteſt tertius proſequi.num.138.*

139 *Etiam ſi talis appellans confiteretur intentionem.*

140 *Poterit etiam iudicem ſuſpectum recuſare.*

141 *Et in ſumma hic tertius poterit omnia alia facere, quæ principalis poſſet pro ſuæ intentionis conſequtione.*

142 *Quod diximus hunc tertium poſſe appellationem proſequi infra legitima tempora, intelligitur, niſi appellatio eſſet nulla.*

143 *Quando appellatio eſt nulla tertius non poterit eam proſequi, ex quo non habet principium confirmabile, vbi ligat pedes.*

144 *Tertius poterit opponere exceptionem declinatoriam, quæ reddit iudicium reivò nullum.*

145 *Tertius veniens ad cauſam debet audiri in terminis in quibus cauſa reperitur.*

146 *An Baro poßit petere remißionem ſuorum vaſſallorum vigore ſuæ iuriſdictionis per priuilegia ſibi conceſſa poſt ſententiam.*

Siuè in iudicio adhuc non comparuerint.

AMPLIATIO VII.

CAPVT XII.

SAnxit Potentiſſimus Rex noſter in præcedentibus in hoc Regali, ac generali indultu cõprehendi omnes,&quoſcumque, q de delictis retrofactis,vel commiſſis fuerint uedum delati, inditiati, vel accuſati, confeſſi, aut conuicti, vel ſi condemnati fuerit, verũ ſi proceſſus non eſſent cæpti, vel eſſent pendentes, vti in ſuperioribus capitibus ad literam reſcriptum fuiſſe enodauimus.

Subiungit modò hanc generalem legem,ac ſanctionem ampliando,inquiẽs ad eos quoque reos eam eſſe porrigendam, qui ad huc in iudicio non comparuerint.

1 Hæc quidem determinatio omni iuri videtur repugnare, ac contradictoria iudicari, nam aut conſtat iſtos, qui non
2 comparuerunt eſſe delinquentes, & in-
3 dultus hic ſuum non debet ad eos porrigere effectum, cum nõ extendatur ad delicta liquida, vt alias latè edocuimus, Aut verò non conſtat eos deliquiſſe, & ij cum in reorum numero non ſint pacto aliquo reputandi, non erunt ſub hoc indultu cõprehendendi,tũ quia
4 repugnat indultus met diſpoſitio, quæ ad incognita non debet extendi, arg. tex. in l. cum aquiliana.ff de tranſ. & ad ignorata.l.tres fratres.ff.de pactis, cum
5 ſimilibus per nos coaceruatis ſupra in c.8.num.4.cum etiam quia reſiſtit,quòd qui vult gaudere huius indultus beneficio debet eſſe in iudicio, ac vti reus in-
6 ſtare, quòd ipſo gaudeat, & ſic adeſſe debet partis inſtantia, At qui in iudicio non comparuit non poteſt inſtare, nec videtur eſſe in reorũ nomine ſcriptus, quando de delicto non conſtet, immò non videtur eſſe in reorum natura, arg. tex. in l. tutilia polla. ff. de contrahen. emptione. & in l.lege.ff. eod. tit. glo. in c.fin. extrà. de pignor. quos citat Bald. in tit. de pace conſt. col. 3. verſic.,quid autem ſi quoddam. fol. mihi 84. ergò. ex quibus videtur nullo pacto adaptari poſſe hãc indultus particulam ad iuridicam diſpoſitionem.

Sed tamen quãto magis tibi,ò lector, iſtud durum videbitur, tantò maiorem Principis noſtri munificentiam, ac in ſubditos liberalitatem viſuram tibi etiã putamus. cum ſatius eſſe videretur,
7 impunitum relinqui facinus innocentis, quam innocentes damnari, iuxta iureconſulti ſententiam in l. abſen-

tem.ff.de pœnis, & quòd inaudita cauſa
quẽquam damnari æquitatis ratio non
patitur. l. 1. C. de requir. reis; & quod
8 patia ſunt occidere innocentem, & eũ,
qui confugit ad iuſtam iuris defenſio-
nem, caſus eſt in l. lege Iulia, §. fin. ad. l.
iul. repet. Bald. in l. addictos. C. de
Epiſc. audientia. de quo per Bellugam
in ſpecul. Principum rubr. 11. de pro-
poſitione grau. §. compendioſè, num. 13.
& in rub. 37. de execution. Regijs. §. in
humanum. nume. 2. & quod reo adhuc
9 abſente nomẽ eius recipitur inter reos.
l. miles. §. 2. ff. de adul. l. adulteram. C.
eod. tit. de adult. Bart. in l. is, qui reus.
num. 3. verſ. ſed hoc non videtur. ff. de
publ. iud. Propterea fortaſsè voluit cõ-
prehendi debere etiam eos, qui in iu-
dicio non comparuerunt, ſiuè conſtet
de delicto, ſiuè non conſtet, vt ageret
cum ſubditis non ſecus, ac cum filijs,
vel nepotibus, ad tex. in l. ſi quis filium.
vbi Iaſ. C. de inoff. teſt. dixit Crau. in
conſil. 9. num. 37. & in conſil. 241. num.
8. allegatus per D. meum Fabium de
Anna in conſil. 62. num. 29.
10 Quæ quidem verba, ſiuè in iudicio
adhuc non comparuerint, ad alios no-
ſtro quidem iudicio referri non viden-
tur, quam ad contumaces, etenim cum
dicat, qui in iudicio non comparuerũt,
11 & comparitio præſupponat citationem,
cum priuatio præſupponat habitum. l.
decem. ff. de verb. oblig. l. manumiſſio-
nes. ff. de iuſt. & iure. l. eius qui in pro-
uincia. ff. ſi cert. pet. & quod per citatio-
12 nem præcedentem contrahitur contu-
macia, ſecundum Bald. in l. vt perfectius
num. 17. C. de ann. exceptione. pro inde
contendemus verba præcitata idem
importare, ac ſi de contumacibus in-
dultus hic verba feciſſet, & ſic decernit
etiam contumaces ſub hoc indultu cõ-
tineri tanquam reos.
Nam certi iuris eſt, ꝙ contumacia de-
13 lictũ ẽ grauiſſimũ. l. ſancimus. C. de iudic.
l. contumacia ff. de re iud. facit tex. in l.
filius ff. de interr. act. dixit Imola in l. ex
cõſẽſu. §. ſi ff. de appell. de quo meminit
Iaſ. in auth. quæ ſupplicatio. nu. 6. C. de
ſpcib. imper. offer. & Dec. in conſ 34. vbi
latè tam in foro fori, quam in foro poli,
14 cum contumax mortaliter peccet. Abb.
in c. 1. col. 3. extrà. de iud. Felin. in cap.
ex literis. col. fin. extrà. de conſtit. & cap.
teſtimonium. num. 25. & in c. cum ſuper.
col. 15. extrà. de teſtib. Viuius in deciſ.
15 138. & vti delictum parit pœnam. glo. in
verſ. exceſſibus. tex. in c. ad apoſtolicæ.
de re iud. in 6. c. patet. 9. q. 3. & in ſum-
ma de ætate, & qual. Bart. in l. ſi plures.
ff. de admin. tut. & Alber. in rubr. C. de
crim. Stellion. num. 2.
16 Ratio autem, quare eſt delictum, erit
illa, quia contumatia non caret dolo,
17 vel culpa. idem Alber. in l. ſi dupla. ff. de
euict. immò in contumace præſumitur
18 ad huc malitia. Salic. in auth. iubemus.
num. 1. C. de iud. Propterea innumera-
biles ſunt in dictæ pœnæ contra contu-
maces, quæ recenſentur per Follet. in
ſua praxi crim. in verſ. banniantur. à nu.
24. cum ſequ. inter quas illam tantum
19 corrolariè recenſebimus, quod adeò
contumucia eſt pœna, vt is non poſſit
audiri, niſi refectis expenſis, & damnis
litis. d. l. ſancimus. C. de iudicijs. §. oẽs.
inſt. de litig. vbi Ang. auth. qui ſemel.
20 C. quomodo, & quando iud. & amictit
cauſam in eo tamẽ, in quo habetur pro
confeſſo, de quo, & alijs per glo. in d. l.
contumacia. ff de re iud.
21 Sed id denuo erit aduertẽdum, quod
ſi eidem competiiſſet fori priuilegium
per contumaciã illud admicteret, doctr.
eſt Ang. in l. cum qui. la 1. ff de priuileg.
cred. Affl. in deciſ. 133. Anna pater in
ſingulari 120. incip. contumax, & D.
Præſes de Franchis in deciſ. 417. num.
22 1. nec poſſet opponere eiuſdem fori de-
clinatoriam, Innoc. in c. ad petitionem.
extrà. de accuſ. Theſaur. in deciſ. Pede-
23 mont. 265. nume. 2. qui latè hanc per
tractat materiam. immò perdet benefi-
cium. tex. in l. vbi cœptum. ff. de iud. tra-
dit idem Præſes de Franchis in præcita-
23 ta deciſione. num. 1. Vlterius nec pote-
rit opponere litis pendentiam, nec ex-
24 penſas citationis, ex quo eam contem-
pſit. Bart. in d. l. vbi cœptum. num. 1. pro-
ſequitur

ſequitur in qua contumacia ſi quis per
25 annum perſtiterit in hoc regno annotabuntur bona contumacis, prout dictat conſtitutio Regni incip. grandis vtilitas. conuenit cum iure communi, vt eſt totus titulus. ff. & C. de req. reis, de qua materia latè per Capic. in deciſ. 131. & per Francum in deciſ. 515. in qua cauſa ſcripſit Dominus quondam genitor meus, tempore quo erat aduocatus aliqua habentur per Viuium in deciſione 252.

26 Sed ſi raro delinqueret, & contumax eſſet, & per annum in ea perſtitiſſet vtique nedum bona eius annotabuntur, verum fructus feudi infra annum perci-
27 pientur per aliquem nomine ſuo, ſed anno elapſo iuriſdictio ſequeſtratur, quam detinet Regia Curia, eaq; per ipſam exercetur, vt vaſſallus tędio affectus veniat reſponſurus, vt eſt conſtitut. Regni incip. clementiæ.

28 Diximus quod ſequeſtratur iuriſdictio, declaremus, ideſt ſequeſtratur poſſeſſio feudi, And. in cap. 1. num. 2. de milite vaſſ. qui contumax eſt, & in fine d. conſtitutionis clementiæ. Capic. in dec. 131. num. 6. Camerar. in c. imperialem. §. firmiter. verſ. quibus in hunc modum explicitis fol. mihi 94. Freccia de ſub
29 feud. authoritate 29. numer. 11. & ſic in Barone Centulæ, & Barone Zutulo decretũ fuiſſe teſtantur addentes ad And.
30 in loco proxime citatò, & ſic noſtris tēporibus paſſim practicari vidimus, & in dies videmus.

31 Quæ quidem concluſio adeò admittitur, vt vxor comparens pro ſatisfactione ſuorum iurium dotalium aduerſus poſſeſſionis ſequeſtrationem non eſt
32 penitus audienda, idque nè fiſcus pœna eluderetur, & vt vtilitas publica in delictorum punitione conſiſtens ad tex. in l.
33 ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. præferatur vtilitati priuatæ, ad tex. in l. prima. ff. ſo-
34 lut. matrim. in auth. res quæ. C. comm. deleg. quibus attentis ſic iudicaſſe S. C. teſtatur Freccia in nuper citata authoritate 29.

35 Eademmet concluſio per nos deſu-

per firmata, quod ſequeſtrabitur poſſeſſio ex telata doctr. Andreæ ampliabitur quòd in caſu contumaciæ contractæ nèdum ſequeſtrabitur poſſeſſio iuriſdictionis verum in ea veniet ſequeſtratio, & ipſius iudicaturæ, vt hoc in loco vſualibus verbis Andrę vtamur, de quibus per ipſum in cap. 1. numer. 45. quæ ſit prima cauſ. benef. amiſ. in c. 1. verſic. eius ſententiam nullam. num. 34. de ſtat. & conſ. contra lib. Eccl. in cap. 1. in verſ. ad iuſtitiam expediendam, in fine. num. 69. quæ ſint reg. & in c. 1. §. quicunque aduocationem. num. 34. de pace ten.

36 Hæc autem iudicatura, (vt omnes intelligant) in idem reincidet, ac ſi diceremus, quod Bato contumax non poteſt iudicare in cauſis vaſſallorum ſuorũ ſic And. in fine d. conſt. clementiæ. ſicq; declarant addentes ad ipſum in verſic. poſſeſſionem. tex. in c. 1. nu. 2. de milite vaſſ. qui cont. eſt, motus ea ratione, nam
37 is qui per iudicem bannitur efficitur infamis in infamia facti. l. fin. C. de requir. reis. ibi, ſed, & famæ exiſtimationem red dere, & colligitur ex conſtitutione Regni, pœnam eorum, & in conſtitutione,
38 cordi. Hæc infamia facti repellit quem ab omni honore iudicaturæ, ac omni dignitate. l. cum prętor. §. pen. vbi glo. in verſ. motus. ff. de iud. l. 1. ff. ad l. iul. de vi priu. l. nulla. C. ex quib. cauſ. inf. irrog. l. 2. C. de dignit. libr. 12. & l. infamia. C. decur. libro 10. mirum ergò non eſt, ſi per And. decidi tur, ſequeſtrari debere etiã iudicaturam, vti And. placuit in d. conſt. clementiæ, verſic. ſed cum liberè poſſit bannitus, & dilucidius in d. c. primo verſic. eius ſententiam, nume. 34. de ſtat. & conſuet.

39 Quo quidem in loco adhuc inquit, quòd iſthæc omnia procedunt, quamuis eſſent literę ſecuritatis impetratę, & per bannum remiſſum, ea ductus ratione, quia talis banni remiſſio non eximit ipſum ab infamia facti per contumaciam incurſa, ſed remanet infamia; poteſt afferri tex. in d. cap. 1. verſic. ſtatuimus. ibi, tamquam infames, & banniri, & ibi, ex tunc ipſo iure ſit factus infamis. de ſtat. & con-

& conſuet. pœna enim poteſt demi, ſed
culpa peremnis erit.l. fin. vbi gloſ. C. de
41 abolit.l.generalis.C.de ſent.paſſ.quę re-
pellit à dignitate, maximè quando quis
42 remotus eſt ex culpa, nam ob eam non
reuertitur ad primæua iura.l.iudices. C.
de dignit. libr. 12. l. ſi aliquid. C. de ſu-
ſcept. & arch. lib. 11.l. placet, in fine. C.
de Epiſc.& cler.l.ſi quos.C.de offi.præf.
orient. ex quibus ſic videtur conclude-
re And.in c.1.§.ad iuſtitiam, num. 69. in
fine.quæ ſint reg.

43 Contrarium tamen dicendum eſſe
arbitramur, nam quando dicimus, quod
contumax ſit infamis, tenendum quod
ſit infamis infamia facti, & non iuris, ſed
quando quis extrahitur à banno, infa-
mia facti eſt abolita, cum cauſa reduca-
tur ad non cauſam, ergò ſequitur, quod
44 per exemptionem à banno contumax
feudatarius recuperabit iudicaturam,
arg. tex. in l. non ſolum.§.1.& §.fin.ff. de
excuſat. tut. vbi impedimento ceſſante
de nouo ſumitur tutela. tex. eſt quoque
in §. item qui rei publicæ. inſt. eod. tit.
quos expendit And.in d.c.1.ad iuſtitiã,
in fine. quaſi videatur infamia prædicta
durante dignitas ſine effectu; in qua
opinione reſidere videtur Andr.in dict.
conſt. clementiæ in fine, cum ſit vltima
opinio, quã quando non apparet de ex-
preſſa opinione vltimam per Doct. te-
45 neri, edocuit tex. vbi Bald. Ang. Purpur.
& alij Doct. & in ſpetie Iaſ. ſub numero
3. in l. ſi idem cum eodem.§.fin. ff. de iu-
riſd. omn. iud. glo. in l. qui filium. §. fabi-
nus.ff.ad Trebell. Bart. in l. bona fides. ff.
depoſ. cæterique per Iaſ. alioſque coa-
cernati in d. loco. ex cuius mente, quam-
uis præſens regula plures habeat limi-
tationes, illam dumtaxat obiter refere-
mus, quæ in eo conſiſtit, quod quando
per Doct. recitantur plures opiniones,
& dicunt alij dicunt, vel quidam dicunt,
tunc non eſt attendenda vltima opinio,
ita Iaſ.& Purpur.in d. §. fin. Fulg. in l. 2.
C. ſi aduerſ. donat. aliique per Riminald.
Iun. allegati in rubr. ff. de offic. eius, cui
mand. eſt iuriſd. num. 9. quos habuimus
à Dom. meo Fabio de Anna in eius con
ſil. 47. incip. conſuetudò. num. 14. 48. nu-
mero 21. & ante eum eximius Præſes de
Frãchis in deciſ. 221. nu. 10. dixit. eamq;
vti æquiſſimam, ac rationabilem ample-
xandam opinamur, nam alias talis infa-
miæ pœna eſſet ludibrioſa, & crebra, arg.
tex. in l. cũ alijs, in illis verbis, ne crebra,
vel quaſi ludibrioſa fiat curatoris oratio
& frequenter tam naſcatur, quam deſi-
nere videatur. C. de curatore furioſi.

46 Hiſce tamen ſubiungi poſſe putaui-
mus, quod dato caſu, in quo contumax
audiretur is non poſſet gaudere priuile-
gijs aliter, ac alio modo, quam ſi contu-
max non fuiſſet gaudere poſſet, hinc di-
47 latorias non poſſet opponere, niſi ante
litis cõteſtationem, peremptorias verò
vſque ad ſententiam, iuxta tex. in l. perẽ-
ptorias. C. ſent. reſci. non poſſe, cum ſimi-
libus per nos adductis ſupra in cap. 11.
num. 31. doctr. eſt Innoc. in c. præterea.
num. 4. verſ. item hic, extra. de dilat.

48 Præterea iterum aduertendum eſt,
quòd ſicut in ciuilibus quilibet citandus
eſt. §. ad excludendas, iuncto. §. fin. auth.
de litig. Bart. latè, ac cæteri in l. ſi finita.
§. iulianus. ff. de damn. inf. vbi præ ceteris
Imola. l. de vnoquoque. ff. de re iud. l. 1.
§. 1. ff. de lib. agnoſ. l. aut qui aliter. §. pla-
49 nè. ff. quod ui aut clam. l. ſcire oportet. §.
ſufficit. ff. de excuſ. tut. Alexan. in l. 4. §.
prætor. ff. de damn. infect. à qua quidem
citatione incipit in ciuilibus proceſſus,
eiuſque primus actus eſt citatio. l. liber-
tus aduerſus quos. ff. de in ius. voc. l. mi-
les. §. ſexaginta. ff. adult. gloſ. in §. om-
nium geſta. inſtitut. de pœna tem. litig.
Bart. in l. prima. ff. eodem tit. de in ius.
vocan. & in extrauag. ad reprim. in verſ.
ſummariè.

50 Ex quibus Lanfr. in tract. de citat.
fol. mihi 58. reaſſumpſit libellum non
eſſe de proceſſu; reiecta Accur. opinio-
51 ne in l. 1. C. de iud. dicentis, iudicium in-
cipere à lite conteſtata; quod quidem
an veritatem contineat; remictimus ad
tradita per Doctor. in d. l. 1. ff. de in ius
voc. in d. l. 4. §. prætor. ff. de damno inf.
52 & in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui oper.
nunciatione; eodem modo citatio re-
qui-

53 quiritur in criminalibus. l. prima. ff. de
requir.reis. ibi, ſed abſens requirendus
annotandus eſt, vt copiam ſui præſtet. l.
prima.C.eodem tit. ibi, poſt intimatio-
nem.l.abſentem.§.aduerſus.ff. de pœnis,
in illis verbis, aduerſus contumaces ve-
rò qui neque denunciationibus, neque
edictis præſidum obtemperaſſent etiam
abſentes pronunciari oportet, ſecun-
dum morem priuatorum iudiciorum.eſt
tex.in l.inter.vbi glo.ff.de publ.iud. glo.
in cap.preterea.extra.de dilat.& in cap.
ſi primates.5.quęſt.2.voluit Ang.de ma-
leſ.in verbo.iudex commiſit nume. pri-
mo tradidit Bart. & poſt eum Imola in
d. l. inter accuſatorem. hic ſub numero
1.ille vero numero 4. l.ad peremptoriũ.
cum l.ſequ.ff. de iud.l. tres denunciatio-
nes.C.quom.& quãdo iud.cum alijs per
Foller. citatis in ſua praxi crim. in ver-
bo.vel eos verbaliter citari faciat,vbi. &
ſi latiſſimè de ſolita citationis forma per
tractet.

54 Attamen pro nunc conſtituenda re-
gula, quod citatio eſt primo facienda
perſonaliter, ſecundo ad domum.l. pri-
55 ma.§.primo.de lib.agnoſ.d.l.aut qui ali-
ter.§.planè.ff.quòd vi aut clam.cum aliis
deſuper allegatis.cuius forma ſi dimicti-
tur citatio nulla redditur.l.prima §.offi-
lius, vbi Bald. ff. nequis eum qui in ius
voc.non ler. idem Bald.in l.non ſunt li-
beri.ff.de ſtatu hom. Affl.in eius 2.deciſ.
56 numero 6.

Quamuis verum ſit, quod nullum ci-
ratio non reddat actum, in quo ea non
ſit de ſubſtantia, ſi vitiosè adhibeatur. l.
1.in princ.C.de rei vxor. actione. glo. in
l.vinum.ff.ſi cert.pet.& in §.multis.inſtit.
de libert.per plura comprobat. Roma.
in conſil.497.num.5. Peregr. in tract. de
fideicom.art.2.num.21.

57 Propterea is verè dicetur contumax,
quando perſonaliter citatus non com-
58 parer, ſecus verò ſi alio citationis ge-
nere citaretur, nam tunc non dicetur
propriè contumacia,ſed ceſſatio,ſecun-
dum gloſ. in verſ. contumaciam. tex. in
l.ſi accuſatoribus.C.de accuſ.ſed tamen
dicendum non eſt, quod contumax is
tantum dicatur,qui perſonaliter citatus
non comparet, ſed omnes alij non ve-
59 nientes, non reſtituentes, non reſpon-
dentes, omnes recedentes, & denique
omnes etiam non parentes contumacis
appellatione continentur. vt latè diſcu-
tit glo.in l.contumatia. ff.de re iudic.

60 Illud autem neceſſariò prætereundũ
non eſt, quod ſatis differt contumax in
61 non parendo,à contumace in non veniẽ
do, nam hic non poteſt appellare, pri-
mus verò poteſt.l.creditor.§.iuſſus.ff.de
appell.l.ex conſenſu.§.fin.ff.eodem tit.l.
propcrandum.§.an autẽ reus. C. de iud.
glo.in verſ.contumaciam. rext. in clem.
1.de dolo,& contum. de eo tamen con-
62 tumace intelligimus, qui non comparet
ob cauſam defendendam, iuxtà notata
per Dec.in conſ.34.incip.pro tenui.vol.
63 1. & ſicut non poteſt appellare eodem
modo non licet ſupplicare. glo. eſt ſin-
gularis in verſic.omiſerit.tex.in l. fin. C.
vt lite pend. ne ex cõtumatia quis con-
ſequatur præmium.l.ſiue hæreditaria.ff.
de neg.geſt.

64 Sed iſthæc ſuper annotata concluſio
reſtrictionem pati in tribus caſibus ad-
uertimus, nempe in muliere, ruſtico, &
minore.Bald.& Ang.in l.vbi exigitur. ff.
de edendo. Nicolaus de Per.in cap. Ni-
colao.extrà.de appell.Dec.in d.conſilio
34.nume.5.verſ.vltimò. Nam reſtituen-
tur in integrum.l.minor 25.annis,& l.mi
nor etiam.ff.de minor. Affl.in deciſ.216.
num. 2. etiam quod iudicium cum tuto-
re ſit actum, vti in ſenatu Pedemon. de-
ciſum reſtatur Theſ.in deciſ.nona.

Et quia diximus ſupra, quod etiam in
criminalibus quis erit citandus, proin-
de huius concluſionis rationem ſubiun-
65 gere neceſſariò duximus, ea ergò erit
ratio,quia ſi non citaretur poſſet quis in
defenſus mori,quod eſt contra ius natu-
rale.

66 De quo quidem iure citationem eſſe
edixit S. P. in clem. paſtoralis. §. cæte-
rum. extrà. de iudic. mirum inde non
eſt, quòd quis citandus erit in crimina-
libus.

67 Erit citatio de iure naturali nõ prin-
cipa-

cipaliter per ſe, ſed propter defenſionē.
l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re milit. quem tex.
ad hoc propoſitum expendit vti ſingu-
larem Bald. in l. executorem. nu. 34. verſ.
rurſus. C. de executione rei iud. & dixit
Rom. in l. 1. col. 15. verſic. aduertendum
tamen. C. de hæredib. inſtit. quod quidē
controuertendum non eſt.
68 Ex quò infertur, primo quod citatio
non poſſit omicti ab eo, cui conceſſum
eſt liberum arbitrium. Bart. in l. filius fa-
milias. ff. de donat.
69 Infertur, & 2. quod etiam per ſtatu-
tum tolli non poſſit. idem Bart. Bald.
cæteriq; in l. 1. ff. de milit. teſt. cum alijs
per Alex. cumulatis in l. ſi ſic. ff. de leg. 1.
idem Bart. in extrauag. ad reprim. in
verſ. & figura. vbi bona additio in litera
C, Dec. in l. vtrum. num. 4. & 5. ff. de iu-
ſtitia, & iure.
70 Infertur 3 quòd ea omicti non poteſt
cum debeat in vnoquoque actu interue-
nire. l. de vno quoque. ff. de re iud. Adeò
71 vt in teſtium examine ad futuram rei
memoriam adhuc neceſſaria ſit. §. pen.
in auth. de teſt. vbi Doct. exornat Port.
Imol. in conſil. 29. num. 5. cum ſeq.
72 Quin immo etiam in Principis ſentē-
tia pars erit citanda, nam quamuis Prin
ceps non teneatur ordinem iudiciarium
73 obſeruare. c. in cauſis. extrà. de re iud.
tamen quia citatio eſt defenſio de iure
gentium, vel naturali, ideò ea non poteſt
auferri. d. l. 3. §. ſi ad diem. l. adoptio non
iure facta, & l. nam ita diuus. ff. de adopt.
l. defenſionis facultas. C. de iure fiſci lib.
74 10. alias ſententia Principis non valeret,
ac de nullitate poſſet dici. arg. tex. in l.
fin. iuncta glo. C. de legib. differit Bellu-
ga in ſpec. Princip. in rubr. 11. de propo-
poſitione grauam. §. reſtat. nume. 4. cum
ſeq. vbi addentes, & in rubr. 23. de effe-
ctibus Imp. §. dicamus. num. 3. & in rubr.
37. de execution. Reg. §. inhumanum. nu.
1, cum ſeq.
75 Infertur quarto, quod quia citatio eſt
de iure naturali eidem per partes non
poſſit renunciari, in qua concluſione
76 quoniam controuerti poteſt, duo pro-
pterea capita diſcutienda proponimus.

Præſens enim quæſtio poterit duo ca-
77 pita continere, nempe primum quid in
iudicijs, & ſecundum in arbitrijs.
Si loquimur in arbitrijs, & tunc iterū
78 ſubdiſtinguendum, quòd aut procedi-
tur per arbitrum vti arbitrum, & tunc
nulla cadit difficultas ſi cōcludatur poſ-
ſe citationi per partes renunciari. Hoc
eſt quod elicitur de tex. in l. diem pro-
ferre. §. ſi quis litigatorū. ff. de recep. arb.
vbi glo. in verſ. promatur. ſic inquit, vel
dic, quod erat actum, vt etiam non cita-
ta parte &c. vbi Bart. cæterique. ſi verò
79 procedit vti arbitrator, & tunc quamuis
inter Doct. in l. ſi quis arbitratu. vbi Bar.
& Alex. in 4. limitatione. ff. de verborum
oblig. & in l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff.
pro ſoc. controuertatur, de quo per
Rom. in ſingulari ſuo incip. compromiſ-
ſum. 273. vbi per addentes plures alle-
gantur, & per Hyp. in ſingularib. ſuis 30.
& 75. tamen negatiuę opinioni facillimè
aſſentimur ex infra dicendis, & ſic, quod
non poſſit per partes renunciari.
80 Secundum caput erit in iudicijs, &
tunc ſic diſtinguendum putamus, aut
querimus in iudicijs ciuilibus, aut in iu-
diciis criminalibus, ſi primum proſe-
quamur concludendum erit poſſe per
partes citationi renuntiari, vti de hoc
eſt gloſa ſingularis in d. l. diem proferre.
§. ſi quis litigatorum. ff. de recept. arbitr.
Quod axioma infraſcriptis mediis mu-
nire licebit.
81 Citatio à lege requiſita. l. nam ita di-
uus. ff. de adopt. l. fin. C. de legibus cum
alijs deſuper adductis, duplicem parit
effectum ſecūdum Bonifaciū in d. clem.
paſtoralis. §. fin. nume. 102. de ſent. & re
82 iud. primus reſpicit fauorem actoris, al-
ter verò ſuum dirigit finem in rei citati
beneficium, primus fit ad finem, vt ha-
beatur citati præſentia, alter, vt citatus
ad ſuas defenſiones admictatur. primus
concernit fauorem eius quo inſtante de
creta eſt citatio. c. 1. de iudic. ſecundus
fauorem citati. l. vnius. §. cogniturum. ff.
de quæſtion. & ſic vtriuſq; fauor in ea re
38 verſatur, ac quilibet iuri ſuo priuato re-
nunciare poteſt. l. ſi quis in conſcriben-
do.

do.C.de Epiſ. & cler.l.pen.C.de pactis,
84 quod ſecus eſſet,ſi publici iuris foret, nã
partium conſenſu relaxari minimè poſ-
ſet.l. ius publicum. ff. de pactis. notatur
in c. fin.de re ind. in 6. edocuit Andr.in
c.1. in verbo, ad iuſtitiam expediendã.
num. 68. circa medium. quæ ſint regalia
ergò negari poſſe non credimus, quod
per partes poſſit citationi renuntiari.
85 Secundo ſi certi iuris eſt, quod appel-
latio commune remedium, & auxilium
litigatoribus. l. litigatoribus. C. de ap-
pell. glo. in verſ. commune. tex. in l. cũ
minor.§. fin. ff. de rem rat. hab.ad præſi-
86 dium innocentiæ conſtituta. c. cum ſpe-
tiali.§.porrò.& c. præterea. de app. in 6.
87 reſtituens illicitum.l.1.ff.de appell.l.non
diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de re-
cept.arb.c.cum nobis olim. de elect. lib.
88 6. cuius ſubſtantia in iuris naturæ cam-
po radices egiſſe videtur, ſicuti declarat
Ioannes Gutter. Hiſp.in tract. de contr.
iuratis.c.16.num.44.tract. tom.6.p.2.po
teſt per partes omitti, eiq; renunciari
89 etiam infra tempora legitima decem
dierum, vt eſt tex. in l.fin.§.ſi. C. de tem-
por. appell. ergò etiam dicendum poſſe
per partes citationi renuntiari, ſicque
per hæc duo media ſubſtinendum eſſe
fundatum exiſtimamus.
90 Supereſt, vt alteram diſtinctionis par-
tem explicemus, nempe, num poſſit per
partes citationi renuntiari in iudicijs cri
minalibus, & hæc pars duplicem adhuc
poteſt continere conſiderationem, pri-
91 ma num poſſit citationi ſimpliciter per
partes renunciari, & 2. num poſſit re-
nunciari citationi iudici dando licentiã
quod ipſis non citatis expediat proceſ-
ſum.

In quo 2. quidem caſu quamuis vide-
retur dicendum, quòd hæc licentia iu-
dici tributa non proſit, arg. tex. in l. de
vnoquoque. ff. de re iud. & l. prolatam.
C. de ſent.& interlocut. omn. iud.
92 Tamen contrarium eſt firmandum,
ſicuti placuit Spec.in tit. de citatione. §.
viſo. num.15. motus per tex. in l.fin.§. ſi.
C. de tempor. appellat. quem ſequitur
Bart. in l.is, qui reus.num. 4. vbi adden-
tes in litera M.ff.de publ. iud.& in l.pen.
ff. eod. tit. idem Bart.& poſt eum Bald.
in l.4.num.4.C.de accuſ. & in l. geſta. C.
de re ind. idem Bald. in l. vt perfectius.
num.13.verſ.8.C.de ann. exceptione,&
in l.ſi quando.col.3.C.de teſtib. per tex.
in l. Herennius. in princip. ff. de euict.
de quo meminit Felin.in c.2. nume. 13.
verſ. limita. extrà de teſtib. Hanc quidẽ
concluſionem triplici liceat ratione ful-
cire.

Quarum prima erit, quia citatio non
93 fit ad alium finem, niſi, vt reus ſe defen-
dat, vt ſupra diximus, ac in hoc caſu iu-
dex ſuſtinet, & accuſatoris, & rei partes
ob licentiam tributam, cum nihil referat
in litis conteſt. an interroget iudex, an
interroget pars. ſecundum gloſam in c.
prout, extrà. de dolo, & contum. notat
94 Bart. in d l.is, qui reus. num. 4. Ergò cũ
factum iudicis partis factũ exiſtimetur.l.
ſi ob cauſam.ff.de euict.l.2.C. ſi in cauſa.
ind. pars poterit citationi renunciare iu
dici licentia conceſſa, ex quo adhuc nõ
videtur inaudita.
95 Secundo, quod abſolutoria non poſ-
ſit ferri, niſi citata parte reſpicit fauorẽ
partis. d. l. diem proferre. §. ſi quis liti-
gatorũ. ff. de recep.arbit. at huic fauori
renunciari poteſt.l ſi quis in conſcriben-
96 do.C. de pactis, cum ſimilib. ergò con-
cludendum poſſe renunciari citationi
per partes iudici tamen facultate tribu-
ta partibus non citatis, poſſe procedi ad
expeditionem proceſſus, vt elicitur ex
Baldo in d.l. 4.num.4.de accuſ.
97 Tertio, & vltimo hanc in medium af-
ferimus rationem, arbitria ſunt redacta
ad inſtar iudiciorum.l.1.ff.de recep.arb.
At vt ſupra demonſtrauimus certum eſt
in iudiciis, & arbitrijs poſſe per partes
citationi renunciari. d. §.ſi quis litigato-
rum, ergò eodem modo, & in hoc no-
ſtro caſu, in quo inficiari nõ poteſt, quin
98 eadem vigeat ratio quæ in arbitrijs, pro
inde debet vigere, & idem ius. l. illud. ff.
ad l. aquil. l. à titio. ff. de verb. oblig. vt
ſimilium idem ſit iudicium. l. quod ner-
99 ua.ff.depoſ.arg.tex.in l.ſi vnus.§. pactus
ne peteret. ff. de pact. & vt correlatiuo-

rum eadem ſit diſpoſitio. l. fin. ff. de ac-
cept. l. 1. vbi Bart. C. de cupr. lib. 10. l. fi.
C. de ind. uiduit. toll. cum ſimilibus. ex
quibus concludendum erit poſſe per
partes citationi renunciari iudici tri-
buendo licentiam proceſſum expedien-
di abſq; earum citatione.
100 Hanc eandem concluſionem limita-
bimus ſuum non poſſe habere effectum
in renunciatione facta per partes cita-
tioni S. P. cui quidem renunciari non
poteſt. c. gratum. extrà de off. & poteſta-
teſtate iud. deleg. Specul. latè. in tit. de
libelli concept. §. nunc oſtendamus. nu.
6. cum ſeq. à quo ſic à contrario ſenſu
101 arguamus, quod ſi S. P. citationi per par
tes non poteſt renunciari, idq; propter
eius Excellentiam, ac ſupremã Maieſta-
102 tem, cum eius Eccellentia ſit ſuper om-
nes. in authen. quomod. oport. Epiſc. in
princ. l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de ia-
ctu. c. in apibus. 12. q. 1. Belluga in ſpec.
Princ. rubr. 52. tit. de effectibus Imper. §.
dicamus. num. 11. ergò in inferioribus in
quibus non elucet tanta dignitas dicen-
dum, quod valeant partes citationi re-
nunciare, quòd an procedat in citatio
103 ne Principis, diſcutit idem Belluga in
ſpec. Princip. in rubr. 11. de propoſit.
grau. §. reſtat. num. 4. & in alijs locis per
nos paulò ante recenſitis ſub numer. 72.
cum ſeq.
104 Reliquum eſt vt explanemus primum
diſtinctionis caput, & ſic num per par-
tes in criminalibus poſſit citationi renũ-
ciari non tribura iudici facultate expe-
diendi proceſſum abſque partium cita-
tione; in quo quidem capite videretur
dicendum, quod ſic, nedum per ratio-
nes in præcedenti diſtinctionis capite
adductis, verum quoque ex eo, quia vi-
demus idem in iuramento, cui quidem
renunciari poteſt. c. tui. extrà. de teſtib.
105 not. in l. 1. vbi glo. ff. de ferijs, & ſic af-
firmatiuè videtur innuere Paris de Pu-
teo in tract. de ſindic. in verſ. iſta clauſula
fol. 93. à terg. in paruis. motus, quod in
criminalibus procedatur ad inſtar ciui-
lium, ad cuius ſimilitudinis comproba-
tionem plura effundit Nicellus in tract.
de concordia gloſarum. num. 284. verſ.
39. Et Vitalis de Clauſulis ſub tit. an ſol-
lemnitatibus iuris poſſit renunciari. nu.
106 12. Rom. in ſing. 369. incip. fuit vnus ex
nobis, in verſ. & ex hoc inferunt, vbi cõ-
cludit, quod ſententia non poteſt ferri
pro actore non citato. l. furioſo, & l. quæ-
ſitum. ff. de re iud. l. properandum. §. ſin
107 autem. C. de iud. & hoc confitetur nedũ
in ciuilibus, verum etiam in criminali-
bus, ad quod allegat tex. in l. quamuis
indubitati. C. de adult. per Bald. expen-
ſum in l. ea, quę. num. 6. C. quom. & quã-
do iudex, & facit tex. in l. 2. C. de abol. de
quo meminit Belluga. in ſpec. Princip. in
rubr. 37. præcit. de execut. Reg. §. inhu-
108 manum. num. 3. in fine publicæ ſeuerita-
tis ratione ductus, & per hæc videtur
concludi poſſe in criminalibus citatio-
ni renunciari per partes poſſe.
Sed his non obſtantibus contrarium
de iure aſſeuerandum arbitramur ex ſe-
quentibus.
Et primo quia dum ſumus in crimina
libus conſequens eſt, vt in ijs pertracte-
tur de pęna corporali, ac actu irretracta
bili, nimirum ſi citatio requiratur, cum
ſit defenſio, cui ſi diceretur partes poſſe
renunciare, ſequeretur, quod quilibet
109 indefenſus pęnam ſponte pateretur, ac
pęnę ſubijceretur, quod non eſt dicen-
dum, cum nemo ſit dominus membro-
rũ ſuorũ. l. liber homo. ff. ad l. Aquil. vbi
Flor. pro cuius tex. intellectu videndus
eſt Bart. in l. interdum. §. 1. ff. de furt. in l.
1. §. adeò. ff. de iniur. Felin. in c. contingit
el 1. de ſent. excomm. Guido Papa in de-
ciſ. 278. & Belluga in ſpecul. Princip. vbi
addentes in rubr. 11. præcitata. §. reſtat.
num. 2. fol. mihi 36. à tergo. pro inde ne
id ſequatur dicendum eſt, quòd non va-
leant partes in criminalibus citationi re
nunciare.
110 Quod & 2. appellationis exemplo cõ
probabimus, in qua certi iuris eſt in ca-
ſibus permiſſis reo apellanti non eſſe
denegandam appellationem, etiam ſi
per tertium interpoſita eſſet. l. non tan-
111 tum. ff. de appell. l. addictos. C. de Epiſc.
aud. cum alijs per nos deductis ſupra in

c. 8.

cap. 8 num.27. adeò, vt iudex denegans
appellationem vltimo ſupplitio ferien-
dus eſſet. l. à proconſulibus. C. de appell.
id tamen in criminalibus, expreſſè tamē,
ſed tacitè patiendo labi tempus erit af-
firmandum, quòd ſic, per doctr. Bald. in
112 l. cum anterioribus. C. de tēpor. appell.
cuius meminit Affl. in deciſ. 78. num. 3.
& poſt eum Gramm. in deciſ. 13. num. 1.
qui reaſſumpſerunt hoc axima, quod ta-
citum pactum curſu temporis roboratū
patiendo labi tempus appellandi plus
operari, quam expreſſum, ſecus verò in
ciuilibus, in quibus iudex non admictens
appellationem puniretur triginta auri
pondo. l. quoniam. C. de appell.

113 Inde eſt, quod interpoſita appellatio-
ne in criminalibus ſi iudex vellet exequi
poſſet de facto ei reſiſti, ac de facto exe-
cutio impediri. Innoc. in c. ſi quando. de
offic. deleg. & ratio, quia per appella-
114 tionē eſt ablata iuriſdictio iudici à quo,
& ſic quando vult exequi habebitur pro
vt priuatus, mirum ideò non erit ſi ei
iuſtè reſiſtitur. arg. tex. in l. prohibitum.
C. de iure fiſci, lib. x. recenſet Belluga in
præmonitra rubr. 37. §. inhumanum. nu. 4.

115 Sed fingamus, quòd reus vellet renū-
ciare appellationi per tertium interpo-
ſitæ num poſſet? & quidem non poſſe
certum eſt, quia nemo eſt dominus mē-
brorum ſuorum, quia tolleretur appel-
latio innocentiæ præſidium, & ſucceſſi-
uè defenſio, & ſi aliter de facto ſeruetur,
117 ergò pari modo in citatione, quæ eſt de
iure naturali. d. l. defenſionis facultas. C.
de iure fiſci. lib. 10. immò eſt de iure di-
uino, vti ex Geneſi cap. quarto, edocuit
Bald. in l. cum fratrem. colum. fin. ver-
ſic. dubitari conſueuit. C. de his quib.
vt indig. Panor. in cap. 1. numer. 5. extrà.
de cauſa poſſ. & propr. & in c. cum olim.
num. 5. de ſent. excom. & quæ nil aliud
eſt, quam ipſa defenſio, quæ cum ſit de
118 iure naturali clem. paſtoralis. de ſent. &
re iud. eidem non poteſt per partes re-
nunciari. Bart. & alij in l. omnes populi.
in princip. ff. de iuſtitia, & iure.

Hoc ipſum tamen demonſtratur quia
citatio eſt de ſollemnitate proceſſus,
119 auth. offeratur. C. de litis conteſtatione,
vbi notatur, cui non poteſt renunciari,
cum nemo poſſit facere quin leges in
actibus ſuis locum ſuum non obtineant.
l. nemo poteſt. ff. de leg. 1. & ex his poſ-
ſumus aſſirmare, nullo pacto in crimina-
libus per partes citationi renunciari poſ
ſe, cum tractetur de pęna corporis affli-
ctiua infligenda, quod ſecus eſt in ciui-
libus.

Verum conſiderauimus hanc difficul
120 tatem ſequenti conſideratione difiniri
poſſe, putantes de duplici citationis re-
nunciatione poſſe diſputari, nempè de
ea citatione, quæ requiritur ad totum
proceſſum, & ſecundo de ea citatione,
quæ ad ipſam ſententiam exigitur.

Si quærimus de ea citatione, quæ re-
121 quiritur ad totum proceſſum concludē-
dum intrepidè non poſſe per partes re-
nunciari ex rationibus deſuper libatis,
ne indefenſus pereat, vt ſententia audi-
ta parte proferatur, ne pęnę per obliquū
ſubijciatur, & quia eſt de ſollemnitate
proceſſus.

122 Quod ſi quæramus de illa citatione,
quæ ante ſententiam exigitur, tunc di-
camus, quod ſi citatio ad proceſſum præ
ceſſit, & ea iam facta pars fuit præſens
vſque ad concluſionem poterit tunc ci-
123 tationi renuntiari, & ratio, quia is per
citationem præcedentem habuit cogni-
tionem ſuæ inquiſitionis inde videtur
auditus, & habetur pro præſente ad tex.
in l. abſentē. ff. de pænis, & quando quis
eſt præſens citatio non requiritur. l. etiā.
§. 1. & l. in cauſæ. §. cauſa cognita. ff. de
minor. latè Capic. in eius 1. deciſione.
num. 36. is enim videtur conſentire, &
in conſentiente non requiritur citatio. l.
herennius. ff. de vſur. Bald. in l. fin. §. fin.
in princi. C. de vſur. rei iud. diſcurit Vi-
uius in deciſ. 274. & propterea citationi
poterit renunciari.

124 Si verò citatio ad proceſſum non præ
ceſſit tunc defendimus eidem non poſſe
renunciari cum ratio deſuper enarrata
in hoc caſu minimè conſidereretur. ſic ex
Caſtr. doctr. in l. 1. §. item cum ex edi-
cto. num. 3. & 4. ff. quæ ſent. ſine appella-

tione reſc. concludimus, ac tradita
per glo. in d. l.quamuis indubitati.C.de
adult. intelligenda eſſe ſuademus.
12 Vlterius conſideramus, quod dum
præceſſit citatio, & fuerunt datæ defen-
ſiones affirmandum eſt fuiſſe plenè co-
gnitum, & ſic cognitionaliter parte au-
dita proceſſum.ad tex. in l. fin. C. de le-
gib. inde poterit ferri ſententia parte
adhuc non citata. l. ne cauſas. C. de ap-
pell. glo.in c.ad Apoſtolicæ.35. q.9.tra-
dit Salic. io d. l. fin. latè Belluga in ſpec.
Princip.in præmonito.§. dicamus. nu. 4.
verſ.item.rubr.23.de effect.Imp.faciunt
tradita per Nellum in tract. de bannitis.
in 3.parte primi temp.num.10. verſ. ſed
quæro: fol. mihi 17.à terg. & in 2. parte
2. temporis.num.5.cum ſeq.fol.69.à ter.
& in q. 48.num.25.fol.mihi 95.

Hæc ſunt quæ ad ornatum huius con-
cluſionis afferre potuimus ex quibus eli-
ciendum putamus, quando per partes
citationi renunciari poſſit.

126 Demum, vt reuertamur vnde noſtra
cępit oratio; aduertendum vlterius eſt,
quod, quæ de contumace diximus ſuum
rectè vindicabunt locum, quando con-
tumax quis ſit à iudice ſuo competenti,
ſecus verò ſi à iudice penitus incompe-
tenti, nam tunc ſicut citatio iudicis pe-
127 nitus incompetentis nõ arctat citatum.
Imola in l. quidam conſulebant. numer.
128 22.ff.de re iud. pari ratione dicendum,
quod contumatia non contrahitur corã
129 iudice penitua incompetenti, ſecus verò
ſi iudex eſſet competens ipſo iure, ſed
eius iuriſdictio poſſet elidi per exce-
ptionem, nam tunc citatio arctaret, &
contumatia prorogationem iudicis in-
duceret, ac proceſſus teneret, niſi exci-
piatur, & opponatur de iudicis incom-
petentia. ſic Innoc. in c præterea. num.
4. extrà.de dilat. Bald.in l. ſi qui ex con-
ſenſu.num.7. C.de Epiſc. audientia,& in
l.1.num.2.C.de iuriſd.omn.iud. Alex. in
addit. ad Bart.in l.nõ videtur.la 1.& in l.
ſed, & ſi ſuſceperit.ff.de iudic. Imola in
d.l.quidam conſulebant.numer.30.ff. de
re iud.

130 Et horum ratio poterit illa eſſe, nam
cum baſis iudicij ſit iudicis competen-
tia, vt inquit Bald. in rubr.C.ſi à non cõ-
131 pet. iudic. meminit Rota Flor. in deciſ.
87. in ſine, iudex enim eſt iuditij.Dux, &
Imperator. glo. in l. ſi procuratorem
abſentem. ff. de procur. Affl. in conſtit.
Regni. cultus iuſtitiæ.num.1. propterea
iudicium redditur nullum ob iudicis in-
competentiam.

132 Sed neceſſariò hoc in loco pertractan
dum eſſe duximus, ſi tertius veniens in
iudicio poſſit declinatoriam fori à par-
tibus omiſſam allegare.

Et quidem non dubitandum, quin
133 tertius de cuius intereſſe conſtat ſaltim
apparenter, vt dicunt Canoniſtæ in cap.
veniens. el 2. extrà.de teſtib. vbi Innoc.
& Felin.ſub num.13.de quò latè per Vi-
uium in deciſ. 291. debeat audiri. Alex.
in conſil.168. incip. requiſitus. verſic. 3.
vol. 2. Boſſ. in tit. an in crim. iudic. quia
poſſit p alios interuenire. fol. mihi. 479.
cum ſeq. & Couarr. in lib. 2. pract. quæ-
134 ſtionum. q.15. cum ia, qui liti pro ſuo in-
tereſſe adeſſe vult, dictus propriè ter-
tius adhærens ſecundum Oldradum in
135 conſil. 290. incip. ſatis eleganter, effi-
ciatur vnus ſpiritus cum reo litigante, ſe-
cundum Felin. in rubr. de rregua, & pa-
ce. col.3. in 6. declaratione, verſic.& de
adhærentibus citatus per Francum in
deciſ. 253. num.3.

136 Hinc tertius in iuditio adhærens pro
ſuo intereſſe poterit appellare à ſenten-
tia contra principalem lata infra tem-
pus tamen legitimum decem dierum.
Bald. ſingulariter in auth. Hodie. in fin.
col. verſ. quæro nunquid. C. de appell.
quem retulit Præſes de Franchis in præ-
citata deciſione.nu. 4. dixit Alex. in ad-
dit. ad Bart. in l.ſi proluſorio. §. 1. verſ.
teſte. ff. de appell. Guido Papa in deciſ.
13.Quin immò appellationem per prin-
137 cipalem non proſequtam poterit tertius
proſequi. l. ab executore. §. 1. ff. de ap-
138 pell. etiam principali tranſigente, vel
quieſcente l.à ſententia.ff.eodem tit.de
139 appell. etiam ſi talis appellans confite-
retur intentionem actoris, vel rei.c.cum
ſuper. de ſent. & re iud. Bald. in auth.

tunc

140 nunc ſi hæres.num. 7. C.de litig. poterit
iudicem ſuſpectum recuſare ſecundum
glo. notabilem in c. cūm inter Abbatiæ,
vbi Abb. & Butr. extrà. de offic. & po-
teſt. iudic.deleg. dixit Francus in c.cum
ſpeciali.verſ. 2.de appell. recenſet Affl.
in deciſ. 15.num.3. & in deciſ. 235. in fi-
141 ne, & in ſumma hic tertius poterit om-
nia alia facere, quæ principalis poſſet fa
cere pro ſuæ intentionis conſequutione
virtute communicationis vt ex ſupra de
ductis liquidò conſtat, & dilucidat Caſſ.
in conſuet.Burg.in rubr.5. de red.vend.
ad recatt.§.3.fol.mihi 832. Quod autem
diximus, nunc tertium infra legitima
tempora poſſe appellare, ac appellatio-
142 nem proſequi, intelligamus procedere,
niſi appellatio eſſet nulla. Bald. in dict.
auth. hodie. nume.6. quem ſequitur Fe-
lin. in c. veniens. de appell. de quo latè
per Oldradum in cōſil. 255.& ratio quia
143 quando appellatio eſt nulla hic tertius
eam non poterit proſequi, ex quo non
inuenit principium ſtabile, vbi figat pe-
des.ad notata per Bald. in l.fin.C.ad Ma-
ced. idem Bald.in propria materia in d.
auth. hodie.§.apoſtolos.nume. 9.mirum
non erit ſi ei denegatur talis appellatio-
nis proſequtio.plura edocet D. meus di-
gniſſimus Regens de Ponte in eius conſ.
6.num.31.cum ſeq.& in conſil.7.

His libatis, & viſo, quod tertius in iu-
ditio poterit adeſſe pro reſolutione quę
ſtionis,num tertius poſſit allegare decli-
natoriam fori à partibus omiſſam, ſic di-
ſtinguendum eſſe profitemur.

144 Quod aut exceptio eſt talis, quæ
redderet iudicium nullum, ſicut eſt de-
clinatoria fori, & tunc tertius veniens
poterit opponere, & allegare fori ex-
ceptionem à partibus omiſſam.arg. tex.
in l.licet. C. de procurat. Aut verò eſſet
exceptio, quæ non redderet iudicium
nullum tunc hic tertius comparens ad
proſequendum iudicium, cum debeat
reaſſumere cauſam in eo ſtatu, in quo
145 eam reperit. c. 2. vt lite pend. in 6. c.ſe-
ries.extrà.de teſt. Afflic.in d.deciſ. 235.
vbi diffusè. Pręſes de Franchis in deciſ.
261. non poterit opponere talem exce-
ptionem. ſic edocuit Imola in d.l. quidā
conſulebant.nume. 30.ff.de re iud. iuxtà
quam doctr. interpetranda veniunt ſcri-
pta per Innoc.in cap. capitulum Sanctæ
Crucis. extrà. de reſcr.& per hęc expe-
ditam credimus pręſentem quæſtionē.

146 Ex quibus diffiniri poſſet q. de qua
pertractauimus ſupra in c. 10. de Baro-
ne, ſi poſſit petere remiſſionem ſuorum
vaſſallorum vigore ſuę iuriſdictionis per
priuilegia ſibi conceſſæ poſt ſententiam;
at in eo perpēdimus non poſſe adaptari
hęc per nos ſcripta, ex quo quando pe-
tit declinari forum venit, vt principalis,
& conſiderantur adnotata in d. c.& non
vt tertius adhærens in iuditio veniens,
pro inde &c.

Verum tamē eſt eidem tributam eſſe
facultatem petendi remiſſionem ſuorū
vaſſallorum ad ſuam curiam Baronalem.
auth. qua in prouincia. C. vbi de crim.
agi opor. de cuius intellectu præter
Doct. in d. tex. videndus eſt Belluga in
ſpec. Princ. in rubr. 11. de propoſitione
grauam. §. viſum eſt, & §. ex quo prędi-
ximus ſol. 46. à terg. vbi per addentes
plures afferuntur limitationes ad præci-
tatum tex. in d. auth. qua in prouincia.
& ad l. 1. eiuſdem tit. videndos delega-
mus ad præſentis materiæ enodationē,
Couarr. pract. q.c.11.Foller. in ſua pra-
xi. in verſ. audiat excuſatores. à numero
108. Boer. in deciſ.29.& 230. Guid. Pa-
pā in deciſ. 202. Capic. in deciſ. 9. Præſ.
de Franchis in deciſ.37.66. & 88.Gram.
in deciſ.26. Theſ.in deciſ.90.& ante eos
And.in c. 1. §. ſi autem omnibus. de pa-
ce ten.

SVMMARIVM.

1 *Hoc nomen banni erat incognitum de iure ciuili.*
2 *Licèt de iure nouiſſimo Regni fuerit cognitum.*
3 *Bannum eſt dictum à bannitione, & bannitio eſt dicta quaſi ictio, ſiuè eiectio à bono publico.*
4 *Bannum idem eſt, quod dicere extrà beneficia*

neficia bannientis ponere.
5 Et ſuit inuentum ad inſtar excommunicationis, quæ in foro Eccleſiaſtico eicit quẽ à communione Eccleſiæ.
6 Et dicitur ægrimonia quaſi à græmio Eccleſiæ ſeparatio.
7 Vaſſallus non eſt obligatus dominum excommunicatum, vel bannitum adiuuare, vel ei ſeruitium præſtare.
8 Immò donec in eodem ſtatu manet ſolutus eſt interim ſacramento fidelitatis.
9 Niſi fuerit ab Eccleſia, vel à Rege reſtitutus.
10 Nec tenetur vaſſallus dominum iniuſtè guerram alicui inferiorem adiuuare.
11 Sicut dominus per excommunicationẽ eſt ſeparatus à græmio Eccleſiæ, pari modo vaſſallus ſtante banno eſt ſolutus à ſacramento fidelitatis.
12 Bannitus nec poteſt, nec debet gaudere auxilio rei publicæ.
13 Nec officijs publicis, nec adiuuari debet iudicis iuriſdictione.
14 Sicut excommunicatia priuat quem à conſortio fidelium, ſicut fætidum cadauer, ita, & bannitio.
15 Qui deficiunt capite minuuntur.
16 Reſpublica non diuidit ſe.
17 Sententia banni publici eius eſt naturæ, quod faciat ius quò ad omnes.
18 Sicut ſententia excommunicationis, ſententia lata pro matrimonio, ſententia deportationis, ſententia colluſionis, & alia.
19 Banniti ſunt extra legis protectionẽ, & propterea iudicantur extrà conſortium publicum, nec debent gaudere officijs publicis. & num. 20.
21 Eiſq; interdicta ſunt auxilia ciuilia.
22 Ea quæ iuris ciuilis ſunt minimè habent, licet, quæ iuris gentium ſunt retineant.
23 Grecè vnde dicantur banniti.
24 Bannitus ammittit ciuitatem, & deſinit eſſe ciuis quò ad ſui odium, & incommodum.
25 An talis bannitus poſſit impunè occidi.
26 Maleficum licet capere, ſed non occidere.
27 Non eſt ſingulis concedendum, quod per magiſtratum publicè poſſit fieri.
28 Guglielmi de Cuneo opinio nõ admittitur.
29 Transfugæ, & hoſtes ciuitatis poſſunt impunè occidi.
30 Bannitus qui eſt iudici inobediens largo modo rebellis curiæ dici poteſt. & num. 31.
32 Bannitus non poteſt præſcribere.
33 Bannitus eſt à iure ciuili penitus alienus.
34 Bannitus habetur pro mortuo quò ad eius perſonam.
35 Bannitus habetur pro mortuo quò ad efficaciam.
36 Bannitus num habeatur pro mortuo quò ad eius bona.
37 Bannitus dicitur fugitiuus.
38 Bannitus num retineat poſſeſſionem naturalem.
39 Poſſeſſio in genere ſumpta eſt de iure gentium, ſed poſſeſſionum diſt. eſt de iure ciuili.
40 Banniti noſtri temporis num æquiparentur deportatis.
41 Bannum priuat quem vna ciuitate, ſed non alijs, depor. verò priuat omnibus ciuitatibus, & num 42.
43 Bannum eſt quædam pæna non importans deportationem, nec relegationem, ſed habet aliqua ſimilia cum deportatione, & relegatione, & num. 62.
44 Hæreditas num ſit vſusfructus, vel vſus, & num. 60.
45 Contractus emphiteoticus num ſit venditio, vel locatio? & num. 61.
46 Laudemium debetur pro re cenſuali perpetua, ſed non pro re conceſſa cum facultate redimendi.
47 Subnectitur ratio concluſionis prædictæ per authorem.
48 Contractus quando eſt perpetuus propriè contractus emphiteoticus eſt, & traditur ratio num. 46.
49 Conceſſio facta cum facultate redimendi contractus eſt ſimilis emptioni, & venditioni.
40 Laudemium non debetur ex contractu emptionis, & venditionis, & ſubiungitur ratio num. 51.
52 Præcedens concluſio ampliatur etiam ſi fieret mentio de contractu emphiteotico.
53 Non verba, ſed ſubſtantia contractus eſt inſpi-

inſpiciendas.
54 *Cenſuum duo ſunt genera, perpetui, & non redimibiles, & cum facultate redimendi.*
55 *Cenſus redimibilis quando dicatur.*
56 *Cenſus redimibilis dicitur res conceſſa cum pacto de retronendendo.*
57 *Cenſus perpetui ſemper diiudicatur perpetui licet ex pacto ſint redimibiles.*
58 *Expenditur ratio ſubdiis præ conſtituta concluſionis.*
59 *Ex ratione inferiur ad Vlpiani reſponſum in l. ſufficit. ff. de cond. indeb.*
63 *Bannum eſt pæna.*
64 *Banna, aut procedunt ad homine, aut à l. ſed ambo à iuriſd. ſententiarum.*
64 *Banna num ſint ad inſtar interlocutoriarū*
65 *Banna ſunt interlocutoriæ, quando expectatur alia ſententia diffinitiua, & nu mero 66.*
67 *Banna conferunt ad iuriſdictionem exercendam.*
68 *Iuriſdictio eſt productio bannorum.*
69 *Banna dicuntur fructus iuriſdictionis.*
70 *Banni emanatio ſufficit ad probationem exercitij iuriſdictionis.*
71 *Ampliatur concluſio etiam ſi probaretur banno non fuiſſe paritum, & de ratione.*
72 *Ius prohibendi venationem num cenſeatur acquiſitum per prohibitionem factā à Barone, & licentiam per ipſum datā.*
73 *Pœna publicationis bonorum bannito in contumacia impoſita num tranſeat ad hæredes.*

Et ſiue in contumatia Banniti.

AMPLIATIO VIII.

CAPVT XIII.

Iam verò hæc, quæ ſequūtur verba apertè demōſtrant, intellectū per nos traditum præcedentibus verbis, quod intelligi debeant de contumacibus eſſe veritati conſonum, ac huiuſce noſtri Regalis indultus ſenſui maximè accōmodandum, dum Rex noſter inquit, & ſiuè in contumacia banniti, ſed quoniā de contumacia in præcedenti capite nō nulla pertractauimus, quæ ſtudioſo lectori minimè diſplicere poſſe ſperamus, pariter hoc in loco non nulla de banno, & bannitis pertingere decreuimus, vt ex ijs, quæ dicenda ſunt indicetur quanta fuerit inuictiſſimi Regis noſtri liberalitas, ac veri Principis munificentia erga ſuo imperio ſubiectos.

1 Itaque illud in primis notatu dignū aduertendum eſt, quod hoc nomen banni erat incognitum à lege ciuili, ſecundū Guglielmum de Suza in l. 1. C. de hęred. inſtit, ſed tamen à legibus nouiſſimus in-
2 uentum, in quibus expreſſa mentio reperitur facta bannirorum, vt liquet in tex. in c. 1. de ſtat. & conſuet. contra libert. Eccleſiæ, in illis verbis bāno mille marcharum præcipimus ſubiacere, & ibi, banno imperiali ſubiaceant, iterum, & in illis verbis, item quæcunque ibi, ipſo iure banno Imperiali ſubiaceant, itē, & paulò poſt, dum inquit, diffidamus atque bannimus, & demum, ibi, credētes præterea rceeptatores, defenſores, & fautores hæreticorum bannimus. tex. per Bald. citatus in d. l. 1. num. 11. C. de hæred. inſtit.

3 Dictum bannum à bannitione, dicta bannitio quaſi ictio, ſiue eictio à bono publico, quia vt inquit Bald. in d. l. 1. nu. 4. verſ. vnde dicendum, per bannitionē eijcitur à bnno publico, ideſt ſeparatur, & eijcitur.

4 Ex quibus Dynus ibidem dixit, quod eſt, ac dicere extrà beneficia bannientis ponere.

5 Inuenta ad ſimilitudinem excommunicationis, quæ ſicut in foro Eccleſiaſtico eijcit quem extra cōionem Eccleſiæ,
6 inde dicitur excōicatio quaſi extra cōionē Eccleſię & adhuc dicta agrimonia. 1. à gręmio Eccleſiæ ſeparatio. tex. eſt in l.
7 placet. in fi. C. de Sacroſ. Eccleſ. & ad inſtar vaſſalli, qui quemadmodum non eſt obligatus dominum excommunicatum, vel à Rege bannitum adiuuare, vel ei

ſer-

8 uitium præſtare; immò donec in eo ſta-
tu permanet ſolutus eſt interim ſacra-
mento fidelitatis.
9 Niſi ab Eccleſia, vel à Rege fuerit re-
ſtitutus, ita etiam nec tenetur dominum
10 iniuſtè alicui guerram facientem adiu-
uare, vt eſt tex. in cap. 1. hic finitur lex,
11 & ratio nam ſicuti is per excommunica-
tionem eſt ſeparatus à græmio Eccleſiæ
pari modo vaſſallus ſtante banno ſolu-
tus eſt ſacramento fidelitatis. c. nulla,
per quos fiat inueſtitura, ergò mirum nõ
eſt, ſi per dictum tex. inferatur, quod
bãnitio ſit ſeparatio à bono publico ad
inſtar excommunicationis, hanc Baldi
doctr. & Dyni in l. reos. C. de accuſat.
recenſet Nell. in tract. de bannitis in 1.
par. 2. temporis. num. 12. cum ſeq.
12 Quod autem diximus, quod ſit ſepa-
ratio à bono publico eò pertinet, vt is
bannitus non debeat, neque poſſit gau-
dere auxilio Reipublicæ, nec officijs pu-
blicis, nec adiuuari iudicis iuriſdictio-
13 ne, ſecundum Nicolaum de Mattarellis
tam in d. l. 1. C. de hæred. inſt. vbi Bald.
ſub num. 5. verſ. ex prædictis eum refert,
quam in l. 1. C. de fideiuſſ.
Cuius quidem rei illa ratio eſt, nam
24 ſicut excommunicatio priuat quem à
conſortio, ſicut fætidum cadauer, vt no-
tatur in §. minor. inſt. de capit. diminut.
ita pari, ac maiori ratione dicendum
erit idem in bannitis, qui enim deficiunt
15 capite minuuntur, quorum numero ne-
dum eos aſcribendos eſſe cenſuit Pau-
lus Iureconſultus, qui ab his, quorum
Imperio ſunt deſciſcunt, & in hoſtium ſe
numerum conferunt, verum & eos, quos
ſenatus hoſtes iudicauit, vel relegatos
vſque adeò, vt Ciuitatem amittant, tex.
eſt in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de
capitis diminutione.
Ex quo tex. motus Bald. dixit in l. 2. num.
5. verſ. ſententia exilij. C. quibus res iud.
16 non noceat. quod Reſpublica non diui-
dit ſe, inde, quod ſententia banni publi-
17 ci eſt illius naturæ, vt faciat ius quò ad
omnes, ſicuti ſententia excommunica-
18 tionis, ſententia lata pro matrimonio,
ſententia deportationis, colluſionis, &
alia de quibus per eundem Bald. in præ-
monito loco.
19 Hinc idem Bald. in tit. de pace conſt.
in verſ. iniuriã. fol. mihi, 85. à tergo. edo-
cuit, hos bannitos eſſe extrà legis pro-
tectionem. l. 1. vbi Cynus annotat. C. de
natural. lib. allegatus per Foller. in ſua
praxi crim. in verſic. banniantur. num. 1.
fol. mihi 124.
20 Et propterea hi diiudicantur extra
conſortium publicum, nec debent gau-
21 dere officijs publicis, cum ſint eiſdem
interdicta auxilia ciuilia, & quæ iuris ci-
22 uilis ſunt non habeant, ſecus verò quæ
ſunt iuris gentium, l. quidam. ff. de pœnis.
quo in loco iure cõſultus tradit huiuſce
concluſionis rationem inquiens, quod
23 ſunt ἀπόλιες, Græcè, quòd, vt Accurſ. ini-
bi declarat, idem erit dicere Apolies,
ac extorres, ſeu exules, dicti ab A, quod
eſt ſine, & polis, quod eſt ciuitas, & ſic
abſque ciuitate, vti idem Accurſ. decla-
rando idem verbum per iure conſultum
adiectum in l. 1. §. ij qui. ff. de leg. tertio.
ſic exponit.
24 Sed intelligas, quod bannitus ammi-
ttit ciuitatem, & deſinit eſſe ciuis ſuæ ci-
uitatis, quò ad ſui commodum, ſecus
verò quò ad ſui odium, & incõmodum,
quo caſu retinet ciuitatem, vt Foller. di-
xit in præcitato loco. num. 37. & aduer-
tit Nellus in d. 1. parte 2. temporis. q. 45.
25 Ex quibus idem Guglielmus de Suza
in præallegata l. prima inferebat, talem
bannitum impunè offendi poſſe ex eo
ductus, quod ciuilia auxilia erant ei in-
terdicta, quod quidem iuris communi
diſpoſitioni contrarium eſſe, aſſeueran-
dum eſt, nam ſicuti verum eſt eidem in-
terdicta eſſe ciuilia auxilia, ita à verita-
te etiam abhorret affirmari eum amiſiſ-
ſe, quæ ſunt de iure naturali, quo iure cũ
offenſio ſit ſicuti defenſio. l. vt vim. ff.
26 de iuſtitia, & iure, tamen, quia maleficũ
licet capere, ſed non occidere. l. fin. C. de
malef. & mathem. & quia non eſt ſingu-
27 lis concedendum, quod per magiſtratũ
publicè poſſit fieri, ne occaſio ſit maio-
ris tumultus faciendi. l. non eſt ſingulis.
ff. de reg. iur. Ideò Guglielmi opinio nõ
erit

28 erit admictenda,niſi tamen per ſtatutum
aliter mandaretur, hoc enim in caſu ta-
les banniti poſſent impunè offendi tan-
quam transfugæ, & hoſtes ciuitatis. arg.
29 tex.in d.l. amiſſione. §. 1. ff. de capit. di-
minutione. ſicq; Bald. relato Bart. tradi-
dit in d. l. 1. num. 2. ſibi met contrarius,
cum aliud voluerit in d.l.vt vim.nume.1.
ff. de iuſt. & iure, de quo per Hoſt. cæte-
roſque Canoniſtas in cap. fin. extrà. de
conſuet.

Hos autem nedum transfugas, ho-
ſteſque ciuitatis habendos eſſe exiſtima-
30 mus, verum quoque Curiæ rebelles ha-
bendos eſſe, largo tamen modo voluit
Foller. in d. praxi, & verſic. banniantur.
numero 25.inherendo Baldi doctr.ind. l.
prima columm. 7. verſic. ſequitur videte
num. Nam quamuis propriè rebellis
dici nequaquam poſſit, cum non poſſit
verè dici hoſtiſ. Bart.in d.l. amiſſione. in
princi.verſ.aduertendum eſt. ff de capit.
dimin. Corn. in conſil. 55. incip.reperio
in litera L volumine ſecundo. Attamen
quia is eſt iudici inobediēs largo modo
rebellis Curiæ dici poſſe putamus.

31 Hiſce conſequens eſt, vt annotemus,
quòd bannitus non poſſit præſcribere,vt
32 voluit Bald. in tit. de pace conſt. in ver-
ſic. Imperialis. in princip. quia à iure ci-
33 uili eſt penitus alienus.l. prima. §. ſi qui-
libet.ff deleg.3.& habetur pro mortuo.l.
34 prima.§.qui habebat.ff.de bonorum poſſ.
contra tabul. §. relegati. inſt. quib. mod.
ius patr. pot. ſolu. etenim quò ad perſo-
nam banniti inter mortuos erit connu-
merandus,ex quo inter viuos non poteſt
connumerari. d. l. amiſſione. §. qui deſi-
ciūt.ff.de capit.dimi.l.hi qui. C.de apoſt.
35 maximè quò ad efficaciam. l. ſi tutor rei
publicæ.§.pen. ff. de tut. & rat.diſtrahen.
36 ſed non quò ad collectas, & onera, nam
ex quo retinet bona nō dicetur mortuus
quò ad ea l.ex pollicitatione. ff. de polli-
37 cit. l.ſi is qui rem.§.iulianus.ff.de iure iur.
diciturq; bannitus fugitiuus. cap. primo
§.ſi quis hominem.de pace ten. & l. Ful-
38 cinus.ff.ex quibus cau.in poſſ.eatur dixit
Bald.in l.rogaſti. §. ſi fugitiuus. ff. ſi cert.
39 pet. Nec poterit retinere poſſeſſionem
naturalem,nam quamuis poſſeſſio in ge-
nere ſumpta ſit de iure gentium, diſtin-
ctio tamen dictarum poſſeſſionum eſt de
iure ciuili.Bart.& cæteri in d.l. 1.ff.de ac-
quiren.poſſeſſ.voluit deciſ.Peruſc. in de-
ciſ.11.numero 13. cum ſequen. in qua la-
tè pertractatur,num bannitus poſſit ſuc-
cedere, & de alijs quoque quæſtionibus
latè per Boſſ.in tit. banniti, quod admi-
ctant.

40 Hiſce tamen ſubnectendum eſt,quod,
& ſi banniti noſtri temporis æquiparen-
tur deportatis, vt dixit glo. communiter
ter recepta in verſic.retinent.tex.in §.re-
legati.inſtit.quibus modis ius patriæ po-
teſt ſoluitur. Alexan.Iaſ.& alij in d.l. pri-
ma.Corn.in præcitato conſi.55.litera R.
volum.ſecundo per Ludouic.recenſiti in
præcitata deciſ. 11. numero 7. diſſeruere
Capic.in deciſ.153. numero ſecundo, &
poſt eum Præſes de Franchis in deciſion.
116.à numero 5.cum ſequ.& in deciſ.140
41 numero.4.cum ſequen. & nos diſſeremus
quoque infra in cap. 43. tamen, cum per
42 bannū quis priuetur vna Ciuitate, & non
priuetur alijs,& per deportationem pri-
uatur quis omnibus ciuitatibus,ideo erit
43 vna cum Baldo in d.l. 1. numero 4. C.de
hæred. inſtitut. concludendum,quod ſit
quædam pęna non importans deporta-
tionem,nec relegationem, ſed benè ha-
bebit aliqua ſimilia cum deportatione,
44 & relegatione ſicut & hæreditas,quæ (vt
inquit Baldus in loco nuper enunciato)
non eſt vſus fructus,nec vſus,ſed eſt quo-
dam ius habens per ſe aliqua ſimilia cum
45 vtroque.l.cum antiquitas. C. de vſufr. &
ſicut & ſecundo contractus emphiteoti-
cus,qui non eſt vendirio,non eſt locatio,
ſed conuenit in aliquibus cum vtroque.
l.1.vbi Doct.C.de iure emphit.

Ex qua Baldi ratione anſa mihi præbe-
46 tur hoc in loco explicare, quare laude-
mium debeatur pro re cenſuali perpe-
tuo, & non pro re conceſſa cum faculta-
te redimendi, ſicuti edocuit Faber. in l.
fin.numero 10. C. com. deleg. & Caſſan.
in conſil. Burg. in rub. 11. des cenſes. §.
7.nume.5.fol.mihi 1433.& in ead.rubr.§.
1.num.15.fol.mihi 1370.

Ex quibus cum nulla huius dicti red-
48 datur ratio, propterea excogitauimus
hic in medium eam afferre. dicentes, quod
ideò debetur laudemium pro cenſu per-
petuo, quia quando contractus eſt per-
petuus tunc contractus is verè contra-
ctus emphiteoticus eſt, & quia per con-
cedētem retinetur directum dominium,
& vtile in conceſſionarium tranfertur,
ob quod ſubeſt cauſa cognitionis, & re-
cognitionis eius in dominum directum,
vt tradidere Doct. in auth. qui rem. C. de
ſacroſ. Eccleſ. ideò debetur laudemium
pro cenſu perpetuo.
49 Sed quando conceſſio fit cum facul-
tate redimendi, & ſic cum pacto de re-
trouendendo, vt vulgatis huius regni
noſtri verbis vtamur, tunc quia talis con-
tractus ſimilis eſt emptioni, & venditio-
ni. l. ſicut emptio. cum ll. ſequent. ff. loca-
ti, Faber. in §. adeò, & Aret. in §. fin. inſt.
locati. Alexan. in conſil. 28. incip. pon-
deratis. volum. quarto, quos citat Frec-
cia in addit. ad Nap. in conſuet. de iure
congrui. ſub verſic. quid ſi eſt facta. fol.
51 325. mirum non eſt ſi non debetur lau-
demium, cauſa enim cognitionis, & re-
cognitionis ſoluendi laudemium proce-
dens à directi dominij retentione per
dominum, ceſſat in contractu emptio-
nis, & venditionis, cum in conceſſiona-
rium tranſeant, & directum, & vtile do-
minium, propterea non debetur laude-
mium.
52 Qua quidem ratione ſtante conſuli-
mus idem audacter affirmandum fore,
53 etiam ſi fieret mentio de contractu em-
phiteotico, cum non verba, ſed ſubſtan-
tia contractus ſit inſpicienda. l. prima vbi
gloſ. ff. de ſuperfic. faciunt tradita per
Bald. in l. æde. verſic. ſed quid de eo, qui
emit. C. locati, & in l. licet. C. eodem tit.
in l. ſi eum. C. de rerum permut. in l. ſi
cum antea. C. de donat. ante nupt. in l.
prima. C. de ædil. action. per Afflict. in de-
ciſ. 65. in deciſ. 68. numero ſecundo 72. in
fine, & 80. numero 8. verſic. ſed in ſecun-
do caſu, vbi Vrſillus ſub numero 6. per
Guid. Papam in deciſ. 92. vbi addentes,

54 Et quoniam duo ſunt cenſuum gene-
ra, quidam ſunt perpetui, cenſus, & redi-
mibiles, quidam verò cum facultate re-
dimendi, quando res eſt inuito domino
vendibilis pro certo ad hoc æxtimato
precio, huncque nos dicimus pactum de
retrouendendo.
56 Propterea illud annotandum cen-
ſeas, quòd quando cenſus ſunt perpe-
57 tui, quamuis ex pacto redimibiles ſint,
tamen ſemper perpetuos diiudicandos
eſſe probat tex. in l. ſufficit. vbi Iaſ. ff. de
cond. indeb. voluit gloſa proprè finem
in cap. fin. extrà. de ſolut. l. iuriſperitos.
in princ. ff. de excuſ. tut. cap. ſi gratiosè.
& cap. fin. vbi glo. in verſic. per tuas. de
reſcr. in ſexto. Ruinus in conſil. 82. co-
lumn. prima numero tertio volum. ſe-
cundo. Tiraq. in tract. de retr. proxim. §.
primo. glo. 14. numero 120. & in tract. de
58 retr. conu. §. 2. nume. 39 Cuius ratio ſit,
quia ſufficit vi ipſa, & habitu perpetuum
eſſe, licèt habeat incertum reſolutionis
euentum.
59 Inde dubia exceptionis perpetuæ
cauſa pendente dubietate habet vim
exceptionis perpetuæ, etenim pactum,
quòd in tempus certum collatum eſt
non magis inducit conditionem, quam
ſi debitor ex die ſoluiſſet, ſufficit enim
ad cauſam indebiti incertum eſſe, tem-
poraria ſit, an perpetua exceptionis de-
fenſio. ſic Papinianus in dict. l. ſufficit.
Prorſus autem defenſio iuris, quam cau-
ſam incertam habet conditionis inſtar
obtinet.
Sed quia vlterius progreſſi ſumus,
quam materia exigebat, ob id reuer-
tamur, quò noſtra cæpit oratio, & dica-
60 mus, quòd ſicut hæreditas non aſſimila-
tur vſufructui, nec vſui, & contractus em-
61 phiteoticus non æquiperatur, nec loca-
tioni, nec venditioni, vt ſupra demon-
62 ſtrauimus, eodem modo bannum non
aſſimilabitur deportationi, nec relega-
tioni, ſed quod cum vtroque in aliqui-
bus conueniat, quamuis negari non poſ-
ſit quin pæna ſit.
Quod quidem, aut procedit ab homi-
ne,

64 ne, aut à lege, ſed ambo à iuriſdictione. Bald. in d.l.1. num. 6. diximus à iuriſdi-
65 ctione,quia banna ſunt ad inſtar ſententiarum interlocutoriarum. l. 1. & 2. vbi Bald. C. comm. vel epiſt.l.3.C.de modo mulct. Bald. in l.1.col.pen.C. de furt. & in l. pen.col. 10. C. de cond. inſ. de quo latè per Boſſ. in tit. de bannitis.nume. 3. Bald. in l. item illa, & in authen.item. C. de Epiſc. & cler. in d.l.1.col.6. C.de hered.inſt. Aret.in l.eius qui. §. is cui.ff. de teſtam. Cæpoll. in conſil. 64. incip. primum dubium.col 6.verſ.præterea num. 17. Alex.in conſil.90. incip. verè omnis. col.3.num. 6. vol. 1. Doct. in l. 2. C. qui reſt. fac. poſſ. Nellus in tract. de bannitis in prima parte 2. tempor. q. 3. quan-
66 do tamen expectatur alia ſententia diffinitiua poſt bannum, vt differit Boſſ. in d.tit. numero. 3.nam alias bannum cenſebitur ſententia diffinitiua ſecundum Bald. in c. 1. col. 2. hic finitur l. edocuit Freccia in tract. de præſentatione inſtr.
67 par.7. q. 2.num. 17. & 18. ideò dicimus, quòd conferunt ad iuriſdictionem exer-
68 cendam ex quo iuriſdictio eſt eorũ productiua, vt tradit Bald. in l. 1.col.2.in fi-
69 ne, C. de fruct. & lit. expenſ. & propterea dicuntur fructus jurisdictionis illius à quo emanantur.l.fin.vbi Doct. ff. ſolut. matrim.
70 Ad cuius iuriſdictionis exercitij probationem ſufficit emanatio banni. Capic. poſt Bald. in eius Margarita in verſ.
71 poſſeſſio. in deciſ. 27. nume. 30. etiam ſi probaretur eidem non fuiſſe paritum, cum ſufficiat probatio quaſi poſſeſſionis
72 iuriſdictionis, vti per præcitatos atteſtatos de iure fundatur, adeò vt per exactionem pænæ incurſæ ob prohibitionẽ præcedentem à Barone factam, & licentiam per eundem datam videatur acquiſitum ius prohibendi venationem Præſes de Franchis in deciſ. 158.num.3.
73 Poſtremò illud recenſebimus, quòd pæna bannito in contumacia impoſita publicationis bonorum non tranſit ad ipſos hæredes lite tamen non conteſtata in publicis tamen iudiciis. l. ex iudiciorum.ff.de accuſ. Aret.in l.qui à latronibus.§. 1. col. 5. ff.de teſtamentis. ſecus verò in priuatis delictis,de quo per Boſſ. non inconcinè in tit. de accuſatione.nu. 34. cum ſeq. ex his ergò colligatur ratio huiuſce noſtræ octauæ Ampliationis.

SVMMARIVM.

1 *Differentia recolligitur inter bannitos in contumatia, & inter condemnatos in contumatia.*
2 *Condemnatio requiritur, vt contumacia pariat effectum, quando tamen non cadit forindicatio.*
3 *Quod de iure communi quomodo procedat admonetur Boſſij authoritas, & locus.*
4 *Forindicatio quando cadit, non cadit condemnatio contumatiæ.*
4 *Forindicatio quando habet locum.*
6 *Forindicationis caſus recenſentur.*
7 *Forindicationum vendicet ſibi locum pro periurio.*
8 *Indultus huius beneficium ampliatur nedum in contumacibus bannitis, verum etiam in contumacibus condemnatis.*

Aut condemnati.

AMPLIATIO IX.

CAPVT XIIII.

STatutum erat in præcedenti, Regem noſtrum inuictiſſimũ adhuc voluiſſe ſub hoc generali indultu comprehendi in contumacia bannitos, nunc proſequitur dicens condemnatos in contumacia contineri ſub eiuſdem indultus diſpoſitione.

1 Ex quibus quidem verbis colligitur diuerſitas inter bannitos in contumacia, & inter condemnatos in contumacia, nam pręter contumaciam contractam, & bannum emanatum contra contumaces ad finem, vt contumacia ſuum operetur

retur effectum, neceſſum eſt, vt ſequatur
2 condemnatio, in delictis rñ in quibus nõ
cadit foriudicatio, vt ex Folle. in ſua pra
3 xi. in verſ. bãniantur, & in ver. foriudicẽ-
tur deducimus, quod quo nam pacto de
iure cõi procedat vidẽdus eſt Boſſius in
4 tit. de requi. reis. in delictis verò in quib.
cadit foriudicatio vigore conſtitutionis
Regni, pænam eorum, & vigore C. Re-
gni incip. ſiue quis fuerit forbannitus, nõ
cadit condemnatio, ſed foriudicatio,
5 quæ tunc habet locum, quando quis ac-
cuſatur pro crimine capitali, pro quo ve-
nit imponenda pęna mortis naturalis,
6 vel abſciſſionis membri, vel carceris per-
petui. foriudicationis caſus recenſet Ca
rauita in Ritu M. C. 270. num. 1. ab his
7 excipimus crimen periurij, in quo quã-
uis veniat imponenda pęna abſciſſionis
membri, vt eſt conſtit. Regni incip. eos,
qui ſcienter. tamen ceſſat foriudicatio,
ſicuti dictat Ritus M. C. incip. item ſer-
uat ipſa Curia, quod pro periurio, de
quo per Francum in deciſ. 271. num. 8,
8 cum ſeq. deſcendit propterea ex dedu-
ctis ampliatio ad hunc noſtrum Princi-
pis indultum, vt vendicet ſibi locum ne-
dum in contumacibus, & in contumacia
bannitis, verum quoque etiam in con-
tumacia condemnatis, de quibus hacte-
nus cum hæc præſens pars intelligi de-
beat, vt iacet.

SVMMARIVM.

1 ELicitur in hac parte decima indultus huius ampliatio.

2 Tempus condemnationis in ſententia adiectum à reo ſeruari debet continuè, & non interpellatè,

3 In dubio omne tempus poſitum à lege eſt continuum, & non interpellatum.

4 Libertatis fauore tempus non requiritur, quód ſit continuum.

5 Reus non ſeruans tempus condemnationis patietur duplationem temporis ex illi, quod ſupereſt.

6 Relegatus per decennium in perpetuum relegabitur, Relegatus in perpetuum, pœna mortis punietur.

7 Condemnatio Regis, aut Pro Regis arbitrio collata quanto tempore durat.

8 Condemnatio vel à Iudice, vel à Principe.

9 Condemnatus à Iudice abſque temporis præfinitione intelligetur condemnatus per decennium.

10 Condemnatus in exilium ſimpliciter intelligitur in perpetuum exulatus.

11 Ciuitas damnata ad murorum deſtructionem debet perpetuò manere ſine muris.

12 Iudex poſitus ad beneplacitum in dubio cenſetur perpetuus.

13 Intellectus ad tex. in l. cum ſeruus. C. de pænis num procedat ex certa ſcientia.

14 Intellectus ad tex. in l. ſine præfinitione. ff. de pænis,

15 Intellectus recitatus ad præcitatum tex. in l. cum ſeruus reſpuitur per authorem.

16 Pro reſolutione difficultatis tres eſſe conſtituendos caſus cenſuit author. & numero 17.

18 Dum ſumus in claris non egemus coniecturis.

19 Pæna tempore determinata contra ſententiæ fidem non eſt vlterius porrigenda,

20 In ſententia quando ſit mentio de tempore ſine tamen præfinitione condemnatio intelligetur in decennium.

21 Condemnatio intelligetur in perpetuum ſi in ſententia nulla ſit mentio de tempore.

22 Hic vltimus caſus improbatur per authorem pluribus rationibus.

23 In pænis mitior pæna eſt infligenda.

24 Iudices debent eſſe promptiores ad abſoluendum, quàm ad condemnandum.

25 Odia ſunt reſtringenda.

26 Odioſum eſt reos perpetuis ſubiacere pænis.

27 Fauor eſt extendendus.

28 Condemnatio ſemper intelligenda erit facta per decennium, ſiuè in ſententia ſit facta mentio de tempore, ſiuè ſine præfinitione.

29 Diſcutitur per authorem tex in d. l. cum ſeruus. C. de pænis.

30 Lex noua derogat antiquioribus.

31 Lex noua erit interpetranda ſecundum leges veteres.

32 Lex

32 Lex vni interpetratur per aliam.

33 Verbum in perpetuum poſitum in d.l cum ſeruus declarandum per decennium.

34. Perpetuum dicitur ſine temporis præfinitione.

35 Perpetuò declaratur .i. ſemper.

36. Priuilegium conceſſum alicui per dictionem perpetuò, tranſit ad ſucceſſores in infinitum.

37 Dictio perpetuò facit priuilegium perſonale perpetuum.

38 De quidditate dictionis perpetuò remiſſiuè.

39 Dictio perpetuò recipit interpetrationem ex ſubiecta materia.

40 Dictio, perpetuò, aliquando ſumitur pro centum annis.

41 Legatum annum relictum Eccleſiæ perpetuò ſoluendum extinguitur poſt centum annos.

42 Legatum vſusfructus Eccleſiæ, vel ciuitati relictum expirat curſu centum annorum.

43 Non eſt par ratio legati annui, & vſusfructus relicti Eccleſiæ, vel ciuitati.

44 Improbatur Alex. ſententia in conſil. 60. vol. 1.

45 Legatum vſusfructus relictum ciuitati, vel Eccleſiæ in perpetuum finitur ſpacio centum annorum, ne proprietas ſit inutilis.

46 Vſusfructus eſt ſeruitus perſonalis, ſeu mixta, & debetur à perſona.

47 Vſusfructus relictus Eccleſiæ, vel ciuitati cenſetur relictus tunc incolis.

48 Incolæ non præſumuntur viuere vltra metam centum annorum.

49 Legatum vſusfructus relictum Eccleſiæ, vel ciuitati cenſetur relictum etiam futuris incolis.

50 Eadem ciuitas cenſetur per perſonarum ſubrogationem.

51 Legatum factum alicui, eiuſq; hæredibus intelligetur de primis hæredibus.

52 Legatum annuum non finitur ſpacio centum annorum.

53 Teſtatoris voluntas primum obtinet locũ in teſtamentis condendis.

54 Legatum perpetuum à teſtatore relictum non debet reſolui in temporale.

55 Actus non debet operari præter voluntatem teſtatoris.

56 Dictio perpetuò quandoq; interpetratur, donec quis viuit.

57 Aliquando perpetuò declaratur vſq; ad 30 vel 40. annos.

58 Demum pro decennio.

59 Dictio diù aliquando ponitur pro anno.

60 Diù aliquando pro biennio.

61 Dictio diù ponitur quandoque pro quinquennio.

62 Dictio diù aliquando ponitur pro decennio.

63 Subiecta materia tradet interpetrationem dictioni diù.

64 Libertatis fauore dictio diù declaratur pro decennio.

65 Libertas eſt inæxtimabilis.

66 Dictio perpetuò declaranda erit pro decennio in caſu l ſeruus. C. de pœnis.

67 Aequitas non nuda, & imaginaria, ſed rationi coniuncta.

68 Aequitas non proprij capitis, ſed l. æquitatem continens.

69 Aequitas non ex naturalibus, vel iuris gentiũ præceptis, ſed ciuilibus munita.

70 Aequitas in legali iuſtitia poſita recenſetur.

71 Pœna ad beneplacitum, arbitrium, & voluntatem ſuperioris quanto tempore duret, & expiret, & mortuo ſuperiore, vel finito offitio, quando cenſeatur reuocata.

72 Q. prædicta figuratur in perſona Regis, vel ProRegis & in officiali inferiori.

73 Voluntas quando requiritur ad perſeuerantiam alicuius actus finitur morte.

74 Arbitrium non habet perſeuerantiam.

75 Fideiuſſor iudicatum ſolui non tenetur ſoluere iudicatum in appellatione.

76 Vendita ancilla ſub ea l. quod emptor manumictat quando velit, dicitur velle per mortem.

77 Declarotio animi eſt perſonaliſſima, nec tranſit ad hæredes.

78 Donatio ratione ingratitudinis non reuocatur ab hærede donantis

79 Venditio collata in æxtimationem alicuius euaneſcit, ſi talis noluerit, vel non potuerit.

80 ſtipu·

80 *Stipul. cũ volueris, inutilis eſt ſi moriaris.*
81 *Gratia non expirat per mortẽ cõcedentis.*
82 *Priuilegiũ non expirat morte concedẽtis.*
83 *Actus executiuus, & acceſſorius commiſſus iudici delegato non extinguitur morte delegantis.*
84 *Mandatum licet extinguatur morte, non tamen extinguitur executio acceſſoria illius actus.*
85 *Delegante mortuo ſubdelegatus poteſt negotium definire.*
86 *Precarium non reuocatur morte concedentis.*
87 *Pœnã exilij morte Regis non extingui enunciatur.*
88 *Pro Rex huius Regni idem poteſt quod Rex noſter inuictiſſimus.*
89 *Pro Rex, vel pro Rege Vicem Regis gerẽs.*
90 *Pro Rex omnia poteſt facere, quod ipſe Rex.*
91 *Pro Rex gaudet omnibus priuilegijs, quibus gaudet Rex noſter Inuictiſſimus.*
92 *Pro Rex eadem iuriſdictione potitur, quã Rex idem habet.*
93 *Iuriſdictio. & poteſtas non ineſt in Pro rege iure proprio, ſed alieno, ſicut in ipſo Rege.*
64 *Iuriſdictio in prorege eſt tanquam ſtola, vel trabea.*
95 *Iuriſdictione induitur pro Rex in ingreſſu, ſed ea exuitur per aduentum ſucceſſ.*
96 *Pro Regis officium expirat per aduentũ ſucceſſoris.*
97 *Iuriſdictio Pro Regis non eſt perpetua, perẽnis, & incõmutabilis, ſicut in Rege*
98 *Pœnam exilij Pro Regis arbitrio collatam morte, vel finito officio extingui concludit author.*
99 *Quid autem in caſu mortis.*
100 *Conceſſio facta ad beneplacitum Legati*
101 *vel Vicarij ẽt ſub nomine dignitatis nũ expiret per mortem, vel per finẽ officij.*
102 *Licentia alicui conceſſa celebrandi in domo ſua num expiret mortuo Papa.*
103 *Gratia donec reuocetur, & durante cã quare concedatur, eſt manſura.*
104 *Licentia data Rectori per Epiſcopum de reſidendo expirat per mortem Epiſcopi.*
105 *Licentia data Religioſo ſtandi extra monaſterium vſq; ad beneplacitum Legati expirat legato reuocato.*
106 *Caſus mortis num æquiparetur caſui officij finiti.*
107 *Finito officio num finiatur exilium in alicuius arbitrium collatum.*
108 *Finito officio finitur voluntas.*
109 *Cauſa arbitrij, & voluntatis, eſt in ipſo officio, & iuriſdictione.*
110 *Nunciatio finitur alienata re.*
111 *Dñium eſt cã, & qualitas nunciationis.*
112 *Arbitrium alicui collatum vti hæredi ceſſat eo deſinente eſſe hæres.*
113 *Iudices à Præſide dati ſolẽt ẽt in tẽpus ſucceſſorũ durare, & cogi pronũciare.*
114 *Voluntas, & poteſtas requiruntur in quolibet actu.*
115 *In caſu mortis, vel officij finiti deficit ſaltim poteſtas.*
116 *Mors omnia ſoluit.*
117 *Voluntas non egreditur poteſtatem, nec poteſtas regulatur à voluntate.*
118 *Quid in iudice remiſſiuè.*
119 *Traditur diſtinctio per authorem pro re ſolutione præſentis quæſtionis.*
120 *Condẽnatio cõcepta per verba perſonalia eatenus durat, qũsq; durat voluntas.*
121 *Voluntas ceſſat, & expirat per mortem.*
122 *Actus requirens perſonalitatẽ non põt per aliũ explicari, & de rõe. nu. 123.*
124 *Cond. concepta per verbũ meum, tuum, ſuũ erit perſonalis, & de rõe. nu. 125.*
126 *Reuocatio num requiratur dictæ condemnationis, & de ratione num. 127.*
128 *Condemnatio facta per iudicem, quò ad reuocauerit, num morte finiatur, an verò requiratur reuocatio.*
129 *Reuocatio num cenſeatur facta per mortem in contractibus.*
130 *Quid in præcario.*
131 *Reuocatio num requiratur in vltimis voluntatibus.*
132 *In pænalibus beniguior pars erit amplexanda.*
133 *Cyni diſtin. in l. fin. in fine num. 8 C. de contrab. empt. ex mente Bart. per authorem refellitur.*
134 *Condemnatio poteſt fieri per verba concernentia dignitatem.*
135 *Subnectitur ſubdiſt. per authorem in caſu præconſtituto.*

Con-

136 Condemnatio facta per verba concernentia dignitatem per iudicem, cui ineſt iuriſdictio iure proprio per mortem non finitur. & num 137.

138 Dignitas nunquam moritur.

139 Ex condemnatione huiuſmodi facta voluntas non in priuatam perſonam, ſed in publicam.

140 Iudicis ſucceſſoris videtur collata.

141 Voluntas in dubio cenſetur reſeruata ad Regem, vti Regem, & non vti Philippum.

142 Actus in dubio debet intelligi ſecundũ qualitatem perſonæ proferentis.

143 Condemnatio concepta per verba propria, & non nomine dignitatis nũ morte extinguatur.

144 Priuilegium ad Regis beneplacitum concessum non expirat morte concedentis.

145 Condemnationis reuocatio in futurum collata morte expirabit.

146 Condemnatio ad beneplacitum non executioni demandata euaneſcit declaratione non ſubſecuta.

147 Sed explicatio d. ſententiæ num tranſeat ad ſucceſſorem.

148 Sed quid re integra.

149 Condemnatio facta per Iudicem habentem iuriſdictionem in officium num finiatur morte.

150 Conceſſio facta per Epiſcopum expirot per eius mortem.

151 Officium datum per Proregem num finiatur eius officio finito.

152 Subdiſtinguitur per authorem, num ſententia ſit concepta per verba concernentia dignitatem, vel perſonam.

153 Dignitas numquam expirat ſaltim per ſubrogationem.

154 Stante rationis identitate idem ius erit ſtatuendum.

155 Condemnatio quando eſt ſecuta præuia cauſæ cognitione num expiret.

156 Condemnatio abſq; cauſæ cognitione, & ſententia interlocutoria num expirent.

157 Finito officio non expirat iuriſdictio ſi agitur de executione actus neceſſarij, vel acceſſorij.

158 Mandatum executoris num extinguatur mortuo domino.

159 Poſſeſſio capta vigore mandati Iudicis, cuius officium expirauit num ſubſiſtat.

160 Refertur deciſio S. C.

161 Colligitur ratio huius Ampliationis.

Aut arbitrio noſtro, vel Proregum noſtrorum, aut aliter certo tempore, aut perpetuo relegati, aut in exiliũ miſſi fuerint, ſiuè etiam deportationis ſententiã paſſi fuerint.

AMPLIATIO X.

CAPVT XV.

EX verbis in præſenti huius indultus parte, aut arbitrio noſtro, vel Proregum noſtrorum, aut aliter certo tempore, aut perpetuò relegati, aut in exilium miſſi fuerint, ſiuè etiam deportationis ſententiam paſſi fuerint, elici-
1 citur decima Ampliatio ad hunc noſtrũ longè præcipuum indultum, quinimò ex eiſdem colliguntur omnes, & quæcunque condemnationis ſpecies in eo contentæ exilij, relegationis, & deportationis nempè, aut certo tempore, aut perpetuò, aut Regum arbitrio inferri conſuetæ; propterea, aliqua per nos hoc in loco diſcutienda proponuntur, quæ notatu digna exiſtimanda fore cenſemus.

2 Ac illud imprimis quod quoduis cõdemnationis tempus in reum collatæ ſeruari debeat iuxta ſpatium in condẽnatione adiectum continuò, & non interpellatè, ſicuti cenſuit glo. notabilis in rubr. ff. de diuer. & tempor. præſcript. argumentum ſumens de tex. in l. capite quinto. ff. de adul. in l. relegati. ff. de pœnis. in l. ſi §. quocies. ff. de publ. & vectig. glo.

glo. in capit. 2. dè tempor. ordin. in 6.
& ſic tempus debet eſſe continuum, &
non interpellatum, ex quibus dixerunt
Doct. inter quos præcipuè Ang. Dec. &
Moderni in l. ſi idem cum eodem. ff. de
iuriſd. omn. iud. & Imola in clem. 1. col.
4. de in integr. reſtitutione, & Phil. Fran-
3 cus in d. c. 2. quod in dubio omne tem-
pus poſitum à lege eſt continuum, & nõ
interpellatum, ramen talis regula ſuum
4 non vendicabit locũ in cauſa libertatis.
Cuius quidem fauore non requiritur,
quòd tempus ſit continuum. l. Paulus. §.
fin. ff. de liber. cau. quem caſum vti ſin-
gularem expendit Rom. in l. fin. §. quo-
ties. col. 2. ff. de publ. & vectig. Iaſ. in d. l.
ſi idem cũ eodem. ff. de iuriſd. omn. iud.
& ad eiuſdem limitationis comproba-
tionem nos citamus tex. in l. cum hæres.
§. ſi hæredi. ff. de ſtatu lib. quod ſi conti-
gerit illud tempus à condemnato non
5 ſeruari duplicabitur tempus exilij, quod
ſupereſt. l. aut damnum §. quisquis. ff. de
pænis, vbi Bart. Doct. communiter in §.
temporales. poſt glo. inſtit. de except.
vnde ſequitur, quòd ſi quis per decem-
6 nium fuerit relegatus exilium perpe-
tuabitur, ſi verò in perpetuum condem-
natus exilium punietur pæna mortis. l.
relegatorum. verſ. planè. ff. de interd. &
releg. l. relegati. ff. de pænis, & vtrobiq;
communiter Doct.
Ex qua quidem theorica excerptus
erit caſus condemnationis in perperuũ,
& ſic relegationis in perperuum, de quo
adhuc in hoc noſtro indultu ſit mentio,
dum ait, aut perpetuo relegati, aut in
exilium miſſi fuerint. Verumtamen cum
7 in eo quoq; agatur de condemnatione
Regis, aut ProRegis arbitrio collata, ſeu
aliter, propterea huc pertinet pertracta-
ri, quonam pacto ſit interpetranda talis
condemnatio, & quanto tempore ſit du
ratura.
8 In qua quidem quæſtione pertractan-
da vt diſtinctè procedamus conſideran-
dum eſt, duplici modo fieri condemna-
9 tiones, vel à Iudice, vel ab ipſo Princi-
pe, & quantum pertiner ad primum di-
cendum eſt, quod ſi Iudex abſque tem-
poris præfinitione quem condemnat,
tunc talis condemnatio intelligenda
erit per decennium per tex. qui tergi-
uerſari nequaquam poteſt. in l. ſi ne præ-
finito. ff. de Pænis. vbi Barto. cæterique
ſcribentes, de quo meminit Bald. in c.
ex literis. col. pen. & ibi Felin. nu. 6. Dec.
num. 10. extrà. de conſtitut. idem Bald.
in l. 1. circa medium. C. de poſtul. Iaſ. in l.
5. §. 1. num. 38. ff. de re iud. & in §. curare.
nume. 36. inſtit. de act. & Platea in l. ne-
mo. num. 6. & 8. C. de exact. tribut. lib. x.
10 Cui tamen concluſioni aduerſari vide
tur tex. in l. cum ſeruus. C. de pęnis, vbi
quis condemnatus in exilium ſimplici-
ter nulla temporis facta mentione intel-
ligitur in perpetuum exulatus, & ita Pe-
trus, Cynus, Bart. Alber. Bald. Ang. Sa-
lic. cæterique Doct. communi omnium
conſenſu inibi ſcripſere, ex quo tex. de-
ſumpſit Bald. argumentum, quòd ciui-
11 tas damnata ad murorum deſtructionẽ
debet perpetuò manere ſine muris. qui
bus ſuffragatur regula, quòd Iudex poſi-
12 tus ad beneplacitum in dubio cenſetur
perpetuus. l. iuriſperitos, vbi Bart. ff. de
excuſ. tut. l. ſufficit. ff. de cond. indeb. Bar.
in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. col.
5. & q. 3. ff. de noui oper. nunc. quarè pro
horum textuũ conciliatione plura Doct.
tradidere, nempè primo, quòd in d. l. cũ
13 ſeruus condemnatio intelligitur in per-
petuum facta ex certa ſcientia, ſed in l.
14 ſine præfinito non erat facta condemna
tio ex certa ſcientia, propterea reſtrin-
gitur condemnatio ad decemnium; Qui
15 primus intellectus nobis minimè ſatisfa-
cit ex eo, nam quis eis reuelauit Impe-
ratorem in d. l. ſeruus ex certa ſtatuiſſe
16 ſcientia, & in l. ſine præfiniro ſecus? Quã-
obrem ex communi doct. reſolutione ſic
concludamus ex mente Bart. in d. l. ſine
pręfinito, & Bald. in d. l. ſeruus. tres con-
ſtituendo caſus.
17 Primo quando in condemnatione ſit
mentio de tempore cum cetti tamen tẽ
18 poris pręfinitione, & tunc cum ſimus in
claris in quibus non egemus coniectu-
ris. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor.
oblig. l. ille aut ille. ff. de leg. 3. pæna tem-
pore

19 pore determinata contra ſententiæ fidẽ
non eſt vlterius porrigenda. l. Impera-
20 tor. ff. de poſtul. l. omnes. C. de pænis.
Quandoq; in ſententia fit mentio de tẽ-
pore, ſed ſine eius præfinitione, & tunc
intelligitur in decennium, & procedat
21 tex. in d. l. ſine præfinito. Aliquando, &
tertio in ipſa condemnatione nulla fit
mentio de tempore, & tunc procedit
tex. in d. l cum ſeruus hæc eſt communis
doct. reſolutio, à qua nos in hoc poſtre-
22 mo caſu, & nouiter facilè recedimus
ſubſtinentes ſiue facta ſit mentio tempo-
ris in condemnatione ſine præfinitione
ſiue ſimpliciter intelligenda ſit ſemper
in decennium facta, & non perpetuò.

23 Idque probatur ex eo, nam ſumus in
pæna infligenda, in qua mitior pæna ve-
nit imponenda. l. ſancimus. C. de pænis
ſicq; in dubio per Iudices interpetratio
24 eſt facienda, ij enim promptiores de-
bent eſſe ad abſoluendum, quam ad
25 condemnandum. l. Arrianus C. de act.
& obligat. ideo vt odia reſtringantur,
26 cum reſpectu reorum odioſum quip-
pe ſit pęnis perpetuis ſubiacere. cap.
27 odia de regulis iurſi. in ſexto. l. qui-
dam. ff. de lib. & poſth. & vt fauor exten-
28 datur, dicendum eſt, quòd ſemper con-
demnatio intelligatur facta per decen-
nium. ſiuè in ea ſit facta mentio tempo-
ris, ſiuè ſit ſine præfinitione facta men-
tio, per tex. in d. l. ſine præfinito. ff. de pæ-
29 nis. Nec obſtat tex. in d. l. ſeruus, nam
hic tex. recipit interpetrationem ex tex.
30 in d. l. ſine præfinitione, etenim quamuis
ſit l. noua derogãs antiquioribus ad tex.
in l. leges ſa 2. ff. de legibus, & l. ſed &
poſteriores. ff. eodem tit. & ad tex. in l.
31 pacta nouiſſima. C. de pactis, tamen ad
huc verum eſt leges nouas interpetran-
das ſecundum veteres. l. non eſt nouum.
32 ff. de leg. §. 1. in authen. vt nati poſt matr,
cum vna lex interpetretur per aliam. l.
ſed vtrum. vbi Ang ff de perit. hæred.

Et ex his ducti cẽſemus, quod dũ tex.
33 in d. l. ſeruus, inquit, in perpetuum, de-
clarari debeat per decennium, iuxta
tex. in d. l. ſine præfinitione ad euitandã
contrarietatem, ad quam ſubterfugien-
dam poſſumus ſic concludere, nam quã-
34 uis perpetuum dicatur ſine temporis
præfinitione. l. falſo. C. de diuer. reſcr. l.
purè. §. fin. ff de doli mali, metuſuè exc.
c. 2. vbi glo. de hæret. in 6. vbi Archid. cũ
mille concord. & dictio perpetuo decla-
35 retur. ſ. ſemper, ob quod conſuluit Paris.
in conſil. 88 num. 22. vol. 2. quod priuile-
36 gium tranſit ad ſucceſſores in infinitum,
prout voluit etiam in conſil. 73. num. 85.
& 86. vol. 3.

37 Adeò quod priuilegium perſonale fa-
ciat perpetuum. Alex. in conſil. 31. num.
38 2. vol. 2. de cuius dictionis materia, quid-
ditate, & eſſentia latè per Bart. in l. præ-
tor. § hoc interdictum ff. de noui operis.
nunc. in l. iuris peritos. ff. de excuſ. tut.
in l. eum qui debere columnas ff. de ſer-
uit. vrb. præd. & in prima C. cõſtitutione
poſt glo. in verſ. perpetui, & in l. 1. ff. pro
ſocio. per Soccin in conſil. 34. incip. ac-
curatiſſimè & eleganter col. 2. verſic. vi-
39 demus enim. vol. 3. & Bald in conſi 275.
incip. factum tale eſt, vol. 1. tamen ad
huc certi iuris eſt, talem dictionem per-
petuò recipere interpetrationem ſecun
dum ſubiectam materiam, arg. tex. in l. ſi
vno. ff. locati, itaque in ſpecie dixit Iaſ.
in l. 2. num. 1. & Ripa num. 2. ff. ſol. matr.

Et huiuſmodi concluſio vera reddi-
40 tur per tradita ab Accurſio in l. 1. ff. lo-
cati, etenim aliquando dictio perpetuò
ſumitur pro cẽtum annis. l. pen. vbi glo.
ff. de ann. leg. differit Bart. in l. ſi vſus
fructus. ff. de vſufr. leg. ex quibus Alex.
dicebat ſe alias cõſuluiſſe, & obtinuiſſe
41 legatum annuum Eccleſiæ relictum per-
petuò perſoluendum finiri, ac extingui
poſt centum annos, in eius conſil. 60. in-
cip. omiſſo multiloquio. vol. 1. quem plu
res per Ripam loco paulò antecitato cu
mulati ſecuti fuerunt, ſed per ipſum, &
per Iaſ. cæteroſque improbati rationa-
42 biliter, cum ſectantes primæuam opi-
nionem in eo ſe fundent, quod legatum
vſusfructus Eccleſiæ relictum, vel ciuita-
ti expiret curſu centum annorum, per
tex. in l. ſi vſusfructus municipibus, & l.
an vſusfructus. ff. de vſufr. leg. ideò infe-
runt idem dicendum in hoc annuo le-

gato perſoluendo, quæ quidem ſimilitu-
do de iure admicteretur, ſi eadem in
43 vtroque caſu ineſſet ratio, at cum non
ſimilis, ſed diuerſa colligatur ratio ex
tex.in l.in annalibus. C.de leg.& in l. an-
tiquitas.C.de vſufr. mirum non eſt, ſi nõ
idem concludendum.

44 Quorumquidem tex.rationes per Iaſ.
loco premonito adductas. & latius p Ri-
pam explicatas breuibus nobis liceat re
cenſere, ne extra inſtituti noſtri mate-
riam exeamus, inquit enim Iaſ. quod
45 ideò legatum vſusfructus relictum Ec-
cleſiæ, vel ciuitati in perpetuum curſu
centum annorum finiatur, ne proprie-
tas eſſet inutilis.d.l.in annalibus.vbi Bal.
Salic.Fulg.& Caſtr. ne id ſequatur, ideò
dixerunt Doct quod extinguatur meta
centum annorum. ſubdit hiſce Ripa, q
46 vſusfructus eſt ſeruitus perſonalis, ſeu
mixta, & debetur à perſona.l.1 ff.de ſer-
47 uit. ſed ſic eſt, quòd vſusfructus relictus
ciuitati,vel Eccleſiæ intelligitur relictus
48 tunc incolis, & incolæ non præſumuntur
viuere, niſi ſpacio centum annorum. l.
fin. C de Sacroſan. Eccleſ. ergò non eſt
dicendum, quod tale legatum tranſgre-
di debeat metam centum annorum.

Sed huic Ripæ arg. replicari poſſet, q
nõ eſt verum, quod legatum vſusfructus
relictũ ciuitati, vel Eccleſiæ intelligatur
49 factum tunc incolis, ex quo etiam de fu-
turis incolis debet interpetrari, cum per
50 futuros incolas ſemper cenſeatur eadẽ
ciuitas per perſonarum ſubrogationem
ad tex. in l. proponebatur, & l. mortuo.
ff. de iudicijs,at talis Ripæ inſtantia cor-
ruit per rationem tex.in d.l.cum antiqui
tas, quæ cum ſit fundata ne proprietas
remaneat inutilis reſtrictionem opera-
bitur, quòd legatum perpetuum relictũ
ciuitati extinguatur curſu centum anno-
51 rum,ſicuti in legato facto alicui, eiuſque
hæredibus, nam intelligetur de primis
52 hæredibus. d.l. cum antiquitas. Verum
iſthæc ſuum non vendicabunt locum in
legato annuo,d.l.in annalibus,ſi quidem
53 ſi in teſtamẽtis condendis teſtatoris vo
luntas primum ſuum obtinet locum l. in
conditionibus primum locum.ff.de con
dit. & demonſt.quo nam pacto legatum
annuum per teſtatorem factum non de-
bet eſſe perpetuum, dum de eius clara
conſtat voluntate; l. ille aut ille. §. cum
54 in verbis. ff. deleg. 3. quod ſi reſtringen-
dam fore diceremus legatum perpetuũ
55 reſolueretur in temporale, & actus ope-
raretur præter teſtatoris voluntatem. l.
non omnis,ff. ſi cert. pet. de qua dum li-
quet apertè eam ſequendam eſſe neceſ-
ſe eſt, quod ſi de dubia teſtatoris volun-
tate pertractaretur, tunc vtique inter-
petranda foret, vt non redderetur pro-
prietas inutilis.

Sed de his hactenus, ſatis eſt, quod ex
56 præcedentibus conſtituta ſit prima di-
ctionis perpetuò ſignificatio, quòd ſuma
tur pro curſu centum annorum. Aliquã-
57 do ſumitur donec quis viuit,vt conſuluit
Dec. in conſil. 521. Quandoq; vſque ad
triginta, vel quadraginta annos, toto
tit.inſtit.de perpet. & tempor.preſcript.
58 Specul. in tit de ſent.§ 7. in fine. Quan-
doque tandem pro decennio. tex eſt in
l. nam Imperator. ff. de legibus. vbi Ac-
curſ. declarans illum tex dicit, in ambi-
guitatibus, quæ ex legibus proficiſcun-
tur conſuetudinem, aut rerum perpetuò
ſimiliter iudicatarum authoritatem vim
legum obtinere, exponit illam dictionẽ
perpetuo.i.decennio,Latius id compro-
bat idem Accur. in glo. in verſ. inuete-
rata tex.in l.de quibus ff de legibus & in
verſ. decennio tex. in l.ſi cum fideicom-
miſſa libertas. §. Ariſto. ff. qui. & a qui-
59 bus, in quo loco declarando Accurſ. di-
ctionem diu in eod. tex.poſitam inquit,
60 diu aliquãdo poni pro anno.l.1.§.largius,
ff.de carb.edic.quandoque pro biennio.
61 l.cum domini horreorum, ff. locati, ali-
quando pro quinquennio.l.1.§ quod di-
62 ctum.ff.de ſeparat. quandoq; tamen pro
decennio, vt in præcitato tex. ſic acci-
piendam ſanxit iure conſultus,& poſt eũ
63 Accurſius profitetur adducens tex.in l.
3.§.ſi ſeruus ff.de acquiren.poſſeſſ.idque
ex eo, quia ſubiecta materia illius tex.ita
ſuadebat.

Eadem ergo ſubiecta materia huius
noſtri indultus demonſtrabit optimam

mitem,

mitem, & rationabilem eſſe hanc noſtrá
interpetrationem. nam ſicuti in d. rex.
64 dictio diu, declaratur pro decennio fa-
uore libertatis, idem in caſu noſtro affir-
65 mandum, cum tractetur de libertatis
priuatione, cuius nulla æxtimatio eſt l.
66 libertas. ff. de reg. iur. quapropter ſic in
terperranda erit dictio perpetuò, in
tex. l. ſeruus adiecta pro decennio;
Quem quidem intellectum amplexan-
dum conſulimus tanquam, & æquitati
67 conſentaneum, & iuſtiria fulctum, cum
ex ſupra diſcuſſis colligatur quędam
æquitas non nuda, & imaginaria, ſed ra-
tioni coniuncta, vt dixit Bald. in rubr.
68 C. de conſt. pec. non proprij capitis,
ſed legis æquitatem continens, ad tra-
69 dita per eundem Bald. in conſil. 97. vol.
2. non ex naturalibus, vel iuris gentium
præceptis, ſed ciuilibus munita, ex to-
tius quidem negotij ſubiecti conſidera-
70 tione deſumpta, non denique in ęquita-
te duntaxat, ſed etiam in legali iuſti-
tia poſita, & quia æquitas ſic ſuadet, &
iuſtitia admonet ſic de iure cenſendum
eſſe arbitramur.

Reliquum eſt, vt vltimam condemna-
71 tionis ſpeciem aggrediamur, & ſic quan-
do imponitur pœna exilij ad beneplaci-
tum, arbitrium, & voluntatem ſuperio-
ris, ex qua quidem ſpecie reſultat, talis
condemnatio facta quanto tempore du
ret, & num expiret? & num cenſeatur
reuocata mortuo ſupetiore, vel eius of-
ficio finito.

Pro cuius quidem faciliori intelligen-
72 tia poſſumus q. hanc ſupponere in per-
ſona Regis, vel Proregis, ne ab indultus
verbis diſcedamus, & in alio quoque of-
ficiali inferiori, vt inferius declarabi-
mus.

Itaque ſi in Rege quæſtio fingatur, vi-
deretur dicendum mortuo Rege reuo-
catum eſſe exilium, idq; exſequentibus
medijs, &

Primo quando voluntas requiritur ad
73 perſeuerantiam alicuius actus finitur
morte l. 4. ff. locati. vbi Paulus in ſpecie
Fulg & alij cōiter. in l. mandatum. C.
mand. l. fin. ff. de ſolut. at condemnatio
exilij arbitrio Regis collata per mortem
74 ceſſat, & finitur, quia arbitrium non ha-
bet perſeuerantiam, ergò dicendum,
quòd ob Regis mortem ſecutam ceſſat
condemnatio exilij ad eius arbitrium
remiſſa.

75 Secundo adducitur tex. in l. 3. ff. iud.
ſolui, per quem deciſum repetitur, quod
fideiuſſor promictens ſoluere quicquid
per certum Iudicem fuerit iudicatum
non tenetur ſoluere, quod per alium iu-
dicem iudicatum fuerit, etiam quod ſit
Iudex appellationis, concordat tex. in l.
cum apud. ff. ind ſolui. ſic Præſes de Fran
chis in deciſ. 208. & per Theſaur. in de-
ciſ. 202. & nouiſſimè per Carro c. poſt
hæc ſcripta viſum in ſua deciſ. 4. cui caſui
ſimiles deciſos eſſe haberi poſſe dicimus
ex Baldo in l. per hanc. num. 17. verſ.
modo quæro. C. de tempor. appell. ex
Vrſillo ad Affl. in deciſ. 182. num. 5. cum
ſeq. ex Grato in conſil. 102. & Franco in
deciſ. 320. & 344. ergò pari modo dicen
dum in condemnatione exilij Regis ar-
bitrio facta.

76 Tertio affertur tex. in l. fin. ff. qui ſine
manum. ad libert. peruen. vbi vendita
ancilla ſub expreſſa lege, quod emptor
manumictat, quando velit dicitur velle
per mortem, ergò ſicut explicatur actus
per mortem, eodem modo actus con-
demnationis per mortem Regis expli-
cari intelligendus eſt.

77 Quarto adducitur tex. in l. idem
Pomponius ſcribit ſi frumentum. ff. de
rei vendicatione, vbi declaratio animi
eſt, adeò perſonaliſſima, vt nec tran-
ſeat ad hæredes, ſicuti notatur per glo.
communiter per Doct. inibi approba-
tam, ergo debet per mortem Regis
finiri.

78 Quinto ſicuti reuocatio donationis
ob ingratitudinem non poteſt fieri per
hæredes. tex. iuncta glo. in l. fin. C. de re-
uoc. donat. vbi Tiraqu. ſub verbo ſulce-
perit liberos. ſub num. 212. & 215. ergò
eodem modo, & in caſu noſtro.

77 Sexto adducitur tex. in l. fin. C. de cō-
trahen. empt. vbi vend. collata in æxti-
mationem alicuius pro nihilo erit, ſi talis

noluerit, vel non potuerit prętium defi
nire, de cuius tex. intellectu videto Dec.
in conſil. 340. & Carroc. in caſu. 40.
80 Septimo, & vltimo in medium afferi-
mus tex. in l. centeſimis. §. fin ff. de verb.
oblig. vbi ſtipulatio cum volueris inuti-
lis eſt, ſi moriaris, vbi Bart. Ang. Imola.
Caſtr. Iaſ. & alij vnanimi conſenſu Cyn.
Alb. Bald. Salic. & alij in d. l. fin. C. de con
trahen. empt.

Ex quibus videtur concludendũ con-
demnationem ſub Regis arbitrio colla-
tam ob eius mortem inſecutam finiri.

Sed non defuere, qui contrariam ſe-
ctati ſunt opinionem, dicentes, morte
non extingui, nec reuocari, pro cuius cõ
probatione expenditur in primis regula
81 illa, quod gratia facta non expirat per
mortem concedentis.. Ioannes Andr. in
c. ex tua. de filijs prębit. & in c. ſi ſuper
gratia. de offic. deleg. ergò eodem mo-
do non expirabit condemnatio exilij
ad Regis arbitrium collata.
82 Secundo adducitur tex. in c. ſi gratio-
sè, de reſcr. in 6. vbi priuilegium non ex
pirat morte concedentis, ergo, & con-
demnatio Regis arbitrio remiſſa non ex
pirabit.
83 Tertio affertur tex. de ſuper citatus in
c. ſi ſuper gratia. de officio delegati, vbi
quamuis actus commiſſus Iudici delega
to regulariter ceſſet, & finiatur per mor
tem delegantis, tamẽ ſi ille actus eſt exe
cutiuu, & acceſſorius ad ipſam cauſam
principalem non finitur, nec extingui-
guitur morte delegantis, ergò ſic in caſu
noſtro affirmandum fore deducimus.
84 Quarto adducitur talis ratio, manda-
tum morte mandantis extinguitur d. l.
mandatum cum ſimilibus ſupracitatis,
tamen quando committitur, & manda-
tur executio acceſſoria alicuius actus
principalis non expirat, nec extinguitur
morte. l. fundi venditor. §. fin. de acquir.
poſſeſſ. vbi Bart. Caſtr. & cæteri ſcriben-
tes communiter, ergo.

Quinto adducitur tex. in c. ſi delega-
85 tus. de officio deleg. in 6. vbi ſub delega-
tus poteſt negotium definire delegante
rebus humanis exempto.

86 Sexto, & vltimo dicimus idem eſſe in
præcario, cuius conceſſio per mortem
concedentis non reuocatur. l. 1. in princ.
iuncto tex. in l. quæſitum. §. 1. ff de præ-
87 cario, ex quibus videretur affirmãdum,
quòd talis pęna exilij non extinguatur
per mortem Regis, & in hac opinione
reſidet erudiriſſimus Gomeſ. in lib. 3. va
riarum reſolutionum. c 8. tit de exilio,
& relegatione. num. 4. verſ. aliquando, &
4. in fine.

Sed antequam ad huiuſce quæſtionis
reſolutionem deueniamus, videamus
quæſo, num quæ nuper nos tradidimus
adaptari poſſint in condemnatione ad
Proregis arbitrium collata? & vtique vi-
deretur dicendum omnia in Rege enar-
88 rata ſuum vendicare locum in Prorege,
nam inficiari non poteſt quin ProRex
huius Regni idem poſſit, quod, & ipſe
Rex noſter inuictiſſimus, vt dixit Andr.
in c. Imperialem col. 4. in fine. de prohib.
feudi alienatione per Feder. Affl. in præ-
lud. conſt. Regni. q. 25. & Freccia in lib.
3. de ſubfeud. in 6. authoritate, quos al-
legat Præſes de Franchis in deciſ. 165.
89 num. 3. & 12. Inde dicitur ProRex, &
accuratius, Prorege VicemRegis gerẽs,
90 cuius quidẽ authoritate decoratus om-
nia poteſt facere quę. & ipſe Rex, ad tra-
91 dita per eundem Francum in deciſione
64. Hinc debet gaudere eiſdem priuile-
gijs, quibus gaudet Rex noſter, in cuius
locum ſubſtiturus eſt. c. fin. 93. diſt. Bart.
in l. filius. ff. delegat. cum alijs per Ro-
manum adductis, & per eum addentes
92 in ſingul. ſuo 367. incip. Bart. Propterea
hic conſonum eſt, vt eadem iuriſdictio-
ne potiatur, quam Rex idem habet, vn-
de fit, vt diximus, quod ſicut in Rege
condemnatio eius arbitrio collata mor-
te expirat, eodem modo, & in Prorege
aſſeuerandum.
93 Tamen cum eius poteſtas, & iuriſdi-
ctio à Rege tribura non inſit in Prorege
iure proprio, ſed nomine alieno, ſicut in
Principe ineſt, adducimus tradita per
Cyn. in d. l. fin nu. 8 C. de contrah empt.
94 & per Francum in deciſ. 370. nu. 2. cum
ſeq. nam in Prorege conſideratur iuriſ-
dictio

dictio tanquam ſtola, vel trabea, quæ in-
95 duitur in ingreſſu Bald. in l. vnica. C. de
ſent. quę pro eo quòd int. & exuitur per
aduentum ſucceſſoris. Bald. in l. memi-
niſſe. ff. de officio præf. aug. Francus in
deciſ. 393. ergò, quia eius officium ex-
96 pirat per aduentum ſucceſſoris, & quia
in eo non conſideratur iuriſdictio per-
97 petua, peremnis, & incommutabilis, ſi-
cut in perſona Regis, ideò ſecus in Pro
Rege dicendum affirmamus, & ſic quod
98 tam in caſu mortis, quàm in caſu officij,
ac gubernij finiti condemnationem exi-
lij in ProRegis arbitrium collatam fini-
ri, ſubſtinendum putamus. Quòd ſi pri-
99 mum mortis caſum proſequamur illum
infraſcriptis rationibus exornabimus.

Et primo per tex. in l. lucius la 1. ff. de
fideicommiſſ. libert. cum tñ inducendo
iuxtà Baldi theoricam in d. c. ſi gratioſè.

100 Secundo adduci poteſt, quod conceſ-
ſio facta ad beneplacitum Legati à late-
re, vel Vicarij etiam ſub nomine digni-
tatis expirat per mortem, vel per finem
officij, ſecundum Philippum in d. cap. ſi
gratioſè in 3. q. ergò eodem modo in
cõdemnatione exilij facta ad arbitrium
101 Iudicis iam mortui; & ſi contrarium te-
neat Calder. in tit. de reſcriptis in conſ.
3. Gemin. in cap. ſi gratioſè. vbi Bald.
Domin. & Francus, Ioannes Andr. in c.
licet. de accuſat. & in cap. ad abolendam
de hæret. in 6. Cardin. & Imola in c. lite-
ris. extrà. de reſcr. Federic. de Senis in
conſil. 251. incip. reuerende.

102 Tertio adducitur deciſ. Rotæ numer.
380. incip. Camerarius Papæ, qua deciſũ
reperitur, quod ſi Vicarius Eccleſiæ Aui
nionenſis conſtitutus à Papa, & tenens
Epiſcopatum ad manũ ſuam quam diu
ſuæ placuerit voluntati conceſſerit licen
tiam alicui celebrandi in domo ſua mor
tuo Papa talis licentia non expirat, cum
ſit gratia, & ſic eſt manſura donec reuo-
cetur, & durante cauſa quare conceda-
tur, vnde decidit morte concedentis re
uocari per tex. in d. cap. ſuper gratia de
offic. deleg.

103 Quarto ſicut licentia rectori data per
Epiſcopum de reſidendo expirat per
mortẽ Epiſcopi, vt notatur per Archid.
in c. licet cauſam, vbi Ioannes Andr. de
electione. eodẽ modo, & in caſu noſtro.

Et tandem allegamus Felini doctri-
nam in c. ex literis col. 8. de conſtit. vbi
ait, de facto Ferrariæ vidiſſe, quod li-
104 centia data religioſo, vt licitè ſtare poſ-
ſet extrà monaſterium vſque ad bene-
placitum legati expirauerit legato re-
uocato; de quo articulo latè diſcutit Ca-
pic. in deciſ. 136. num. 5. & ex his robo-
105 ratus remaneat caſus mortis, quem di-
camus procedere etiam in caſu officij
finiti.

106 Nam quamuis videatur dicendum,
quòd finito officio exilium non finiatur
per tex. in l. cum pater hæreditatem. ff.
de leg. 2. in l. 1. ff. de poſtul. & in l. ex fa-
cto. §. ſi quis rogatus. ff. ad Trebell. tamen
contrarium eſt aſſeuerandum ex infra
dicendis, & primo, quia finito officio fi-
107 nitur voluntas. l. fin. ff. de pœnis. iudicis
enim arbitrium non poterat extendi vl-
tra voluntatem, & ſic donec voluero, exi
ſtens in officio, quo finito cum finiatur
voluntas conſequens eſt, vt finiatur eius
arbitrium, & ſucceſſiuè pœna in eius ar-
bitrium collata.

108 Secundo & melius, cauſa, quare reſer-
uauit ſibi voluntatem, & arbitrium erat
in ipſo officio, eiuſque iuriſdictione, &
ſic voluntas in officium collata, ſed fini-
to officio finitur voluntas. Bart. in l. cen-
teſimis. §. fin. numer. 11. ff. de verborum
oblig. ergo.

109 Tertio adducitur tex. in l. non ſolum.
§. fin. ff. de noui oper. nunc. vbi nunc. cu-
ius cauſa eſt dominium finitur alienata
110 re, & ſic quia ceſſat illa qualitas dominij,
ideò ceſſat nunciatio, & ſic colligitur, quod
finitur voluntas.

111 Quarto affertur tex. in d. l. Lucius. la
prima, cum ll. ſeq. vbi arbitrium alicui
collatum, vt hæredi ceſſat eo deſinente
eſſe hæres.

112 Quinto facit tex. in l. venditor. §. In-
dices. ff. de iudic. vbi iudices à Præſide
dati ſolent etiam in tempus ſucceſſorum
eius durare, & cogi pronunciare, eaſque
ſententias ſeruari in eundem ſenſum
etiam

etiam Scæuola reſpondit. Ab hoc tex.
113 eliciamus argumentum à contrario ſen-
ſu, & dicamus ſi reſpondit ſcęuola, iudi-
ces ſolere durare, & cogi pronunciare
in tempus ſucceſſorum, ergò in contra-
rium eſt regula.quod in aduentu ſucceſ-
ſoris non durat eius iuriſdictio, & ſic fi-
nito officio finitur voluntas.

114 Sextò, & vltimò hac vtimur ratione,
in quolibet actu requiritur voluntas, &
poteſtas.l. multum intereſt. C. ſi quis al-
115 teri vel ſibi, cum concordantibus, at in
caſu morris, vel officij finiti deficit ſaltē
116 poteſtas, cum mors omnia ſoluat. §. de
inceps. in auth. de nuptijs, & per offi-
117 cium finitum ſoluitur iudicis poteſtas,
ergò quia voluntas non poterit egredi
poteſtatem, nec poteſtas poterit regu-
lari à voluntate ex defectu vtriuſq; con-
cludendum eſt tam ob mortem, quam
ob officium finitum expirare pęnam exi
118 lij ad Proregis arbitrium collatam, ſicu-
ti in iudice diſcuſſum videmus per Præ-
ſidem de Franchis in deciſ. 405.

119 Verum, vt vtriuſq; quæſtionis, tam in
Rege, quam in Prorege, tam in caſu
mortis, quam officij finiti veridica ha-
beatur reſolutio, excogitauimus ſic di-
120 ſtingui poſſe, quod aut condemnatio fa-
cta concipitur per verba perſonalia, &
ſic per verba perſonam concernentia,
vtputa donec voluero, vel donec volam,
& tunc dicendum, quòd eatenus durat
121 condemnatio, quatenus durat voluntas,
qua voluntate ceſſante ceſſabit, & con-
demnatio; at voluntas per mortem ex-
pirat, & ceſſat l.4.ff. locati. l. mandatum
C. mand.§.item adhuc. inſtit. eodem tit.
mandati.

Ergò morte finitur condemnatio, &
hoc pacto intelligendos eſſe præcitatos.
122 tex. aduertimus, nec poterit per alium
explicari, quia actus requirens perſona-
litatem non poteſt per alium explicari,
123 vt dixit glo. in clem.1.de ætate, & quali-
tate, cum ſit electa induſtria perſonæ. l.
inter artifices ff.de ſolut. Sed illud etiā.

124 Notatu dignum cenſemus, quod ſi Iu-
dex condemnaret aliquem adhibens
verbum meum, ſuum, tuum, & ſic meo
arbitrio, tuæ voluntati, exiſtimabitur vti
125 condemnatione per verba perſonam
concernentia, vt edocuit glo. in verſic.
ſuæ.tex. in d. c.ſi gratioſè.de reſcr. in 6.
vbi Ioannes de Lign. Francus col. 2. &
Archid.tradidit diffusè, ſed obſcurè Ca-
pic.in præcitata deciſ. 136.nume. 2.cum
ſequ.

126 Iterum in hac materia non omictendum,
dum, quòd in ea non indigeamus reuo-
catione, ſed dumtaxat, quod voluntas
127 ceſſet per mortem, vt admonuit Bart.
præcæteris in d.l.centeſimis. §. fin. num.
9.& ratio, quia lex per obitum ſubſecu-
128 tum parit effectum reuocationis, ideò
dicunt opus eſſe eam coarctari, & pro-
pterea, ſi Iudex condemnauerit quem
in exilium quò ad reuocauerit tunc non
ſufficit prim æuam volútatem ceſſare per
mortem, ſed requiritur reuocatio, ac
contraria, & noua voluntas, quæ cum
per mortem non colligatur, per quam
voluntatem ceſſare, & non reuocari di-
129 cimus, aliqui dixerunt, quod non ſuffi-
ciat, moti à contractibus, eorumque na-
tura, in quibus reuocatio non fit, nec
cenſetur facta, vt eſt caſus in d. c. ſi de-
130 legatus. de officio delegat. in 6. ſicut in
præcario l.1.in princip. & l. quæſitum. §.
1. ff. de præcar. his tamen reiectis con-
131 trarium eſt dicendum, quòd immò non
requiratur reuocatio, tum quia in vlti-
mis voluntaribus non requiritur reuo-
catio.l.fideicommiſſa. §. quāquam. ff. de
leg. 3.l.vxorem §.pen. ff. de reb. dub. &
dixit Bart.in d.l.centeſimis.§.fin.num.2.
132 cum ſeq. ergo eodem modo in caſu no-
ſtro, cum etiam vt benigniorem partem
ſequamur in pœnalibus. ad tex. in l. ſi
præſes. & in l. interpetratione. ff. de pœ-
nis. hancque amplexamur opinionem
133 non obſtante Cyni diſtin in l. fin. in fine.
nume. 8. C.de contrah. empt. quæ ſicuti
Bart. tradit in d.l. centeſimis.§ fin.num.
9. verſic. Cynus refert, nullum iuris ſuo
quidem iudicio ſaporem habet, ideò
vna cum Bartolo eam refellimus.

134 Aut vero condemnatio cōfertur per
verba concernentia dignitatem, puta
quandiu S. P. placuerit, vel ad Regis be-
nepla-

neplacitum, & tunc irerum ſubdiſtin-
135 guendum fore ſubtiliter arbitramur.
136 Quod aut ſumus in Iudice cui ineſt iu
riſdictio iure proprio, puta in Rege, S.P.
qui ſunt domini iuriſdictionis ordinarij,
Belluga in ſpeculo Princip. rubr. 24 de
amortiz verſic. nunc videamus. num. 36.
aut verò in eo, qui habet iuriſdictionem
in officium, puta in Prorege, vel alio iu-
137 dice inferiori. Primo caſu per mortem
non finitur, nec expirat condemnatio,
vt edocuit Faber in §. item ſi ad hoc. col.
2. verſic. quid de officiali Epiſcopi. inſtit.
mand. Aret. in §. rectè. col. 2. verſ. ex qui-
bus. inſtit. eodem tit. quos allegat Præſes
de Franchis in deciſ. 165. num 6. Et ra-
138 tio, quia cum dignitas nunquam moria-
tur conſequens eſt, vt condemnatio nec
morte finiatur. d. c. ſi gratioſè. l. annua. §.
1. ff de ann. leg.
Quod quidem duplici quoque fulcia-
139 tur argumento. Quorum primum ſit il-
lud, quod dum ſententia fuerit taliter
140 concepta voluntas videtur collata non
in priuatam perſonam, ſed in publicam
iudicis, qui ſecundum qualitatem deli-
cti poſſit extendere, vel coarctare, vnde
ad iudicem ſucceſſorem talis facultas
debet pertranſire arg. tex. in l. proponebatur,
& l. mortuo. ff. de iudic. l. memi-
niſſe. iuncta gloſæ opinione. ff. de officio
141 proconſ. & leg. Secundo per talem re-
ſeruationem cenſetur voluntas collata
ad Regem vti Regem, & non vti Philip-
142 pum, cum in dubio ſemper actus, vel diſ
poſitio debeat intelligi ſecundum quali-
tatem perſonæ proferentis, & non alias.
l. plenum. § æquitij. iuncta gloſa. ff. de vſu
& habitatione, ſecundum quæ intelligen
di ſunt tex in l. quod Principi. ff. de leg.
2. in cap. quoniam Abbas. de officio de-
leg. & tradita per Gomeſ. in tit. de exi-
lio. & relegatione, lib. 3. variarum reſo-
lutionum. numero 4. verſic. aliquando,
& 4.
143 Hæc autem concluſio ſic conſtituta in
fraſcriptas recipere debet declaratio-
nes. Quarum prima ſit, quod ea non pro-
cedat, ſi ſententia fuiſſet concepta per
verba perſonam concernentia, puta ſi
proprio nomine, ſecus ſi nomine digni-
tatis Lappus in d. cap. ſi gratioſè, vbi
Archid. & alij. de quibus per Capicium
in d. deciſ. 136. in quo loco diſcuſſo ar-
144 ticulo teſtatur in cauſa Ducis Grauinæ
cum Vniuerſitate Altamuræ fuiſſe deci-
ſum priuilegium ad Regium beneplaci-
tum conceſſum per mortem Regis non
expirare, ex quo infertur hunc caſum
rei iudicatæ authoritate munitum li-
quere.
145 Secundo talis concluſio nõ procedet,
ſi condemnatio fuerit de præſenti, ſed
reuocatio fuerit in futurum collata, pu-
ta ſi dictum fuerit, quoad, vel quouſque
voluero, vel volam, nam tunc cum volũ-
tati ſuæ videtur eſſe remiſſum per mor-
tem expirabit. ſic Bart. in d. l. centeſimis.
§. fin. num. 9. verſic. & prædicta vera. mo-
tus de tex. in l. in annos ſingulos. in prin
cip. ff. de ann. leg.
146 Tertio huiuſmodi regula limitabitur
ſuum minime vindicare locum, ſi iudex
condemnaret ad ſuam voluntatẽ, vel be-
neplacitũ, ſed ſententiam nõ mandaret
executioni, tunc n. Iudex non declaret
non intelligetur condemnatus, ex quo
ſententia eſt conditionalis, & ſub condi-
tione formata .i. ſi voluero; propterea,
quia talis voluntas non explicatur ſen-
tentia non poteſt habere executionem;
Quinimmo ſin aliquos talis ſententię ex-
147 explicatio nõ tranſit ad ſucceſſorem, ex
quo eſt facultas perſonalis, cuius con-
trarium voluit Alex. in d. l. centeſimis. §.
fin. num. 10. quæ non admittentur ſi rè
integra mors iudicis ſucceſſerit. idem
148 Alex. in præcitato loco num. 11. in fine.
Reliquum eſt, vt ſecundum explice-
149 mus caſum, quid in iudice habente iu-
riſdictionem in officium; & quamuis in
eo Capic. in præmonita deciſ. 136. à nu.
5. vſque ad finem indiſtinctè concludat
finito officio, & rectoratu condemnatio-
nem expirare, ſicuti conceſſio facta per
150 Epiſcopum expirat per eius mortem
Afflict. in deciſ. 101. & Francus in dict.
deciſ. 165. nume. ſeptimo. hinc eſt quod
151 officium datum per Proregem expirat
eius officio finito, vt dixit Francus in
præ-

præcitata deciſione.

152 Attamen ab infraſcripta diſtinctione diſcedere nobis minime viſum eſt, nempe quod aut ſententia concepta fuit per verba concernentia dignitatem, aut verò per verba ad perſonam ſpectantia; ſi per verba concernentia dignitatem, & tunc, aut quærimus ſi expiret condemnatio ob mortem ſecutam, vel per officium finitum, & tunc in ambobus caſibus dicendum, quod ſententia, & condemnatio nunquam expirabit, nam quamuis
153 expiret officium ipſo finito, dignitas tamen nunquam expirabit ſaltem per ſubrogationem iudicis ſucceſſoris. d. l. proponebatur, & l. mortuo iudice. ff. de iud. & arg. omnium deſuper deductorum in Rege, & ProRege, in quo ſicut, & in alio iudice inferiori nullam perſpicimus rationem diuerſitatis, quare in ſententia ſub nomine dignitatis concepta aliud ſit ſuadendum in Prorege, quam in Rege ideo ſtante rationis identitate idem
154 ius ſtatuendum fore arbitramur. ad tex. in l. illud ff. ad l. Aquil. l. à Titio. ff. de verborum oblig. latè Bertazzolus in conſil. 22. & 23.

Aut verò ſententia eſt formata per verba perſonam concernentia, & tunc iterum ſubdiſtinguendum erit, quod aut condemnatio ſecuta eſt præuia cau-
155 ſæ cognitione, & tunc ſententia finito officio, vel morte Iudicis ſubſecuta non expirat, ſed eius perpetuus erit effectus, vt eſt tex. vbi glo. in c. fin. de officio deleg. & procedit tex. in l. 1. C. de poſtul.
156 Aut verò condẽnatur quis abſque cauſę cognitione, vel ſi eſſemus in ſententia interlocutoria, & tunc ſententia non extenditur vltra tempus officij. l. fin. ff. de pęnis, vbi Bart. cęterique ſcribentes.

157 Hunc autem poſtremũ caſum reſtringamus, niſi tractaretur de executione alicuius actus neceſſarij, & acceſſorij ad cauſam principalem, hoc enim in caſu, quamuis finiatur officium, non tamen expirat eius iuriſdictio. Bart. & alij communi calculo in l. fundi venditor. ff. de acq. poſſeſſ. de qua per Gomeſ. in lib. 3. variarum reſol. c. 8. in fine, de exilio, & releg. in fine.

158 Ex qua theorica infertur, quod mandatum executoris ſcientis dominũ mortuum eſſe non extinguitur, ſi non ſequatur hæredis prohibitio, ſi tamen adeſt, vt dixit idem Bartol. loco præcitato de quo per Capic. in deciſ. 121. num. 2.

159 Infertur ſecundo, quod ſi iudex commiſit, vt quis mitteretur in poſſeſſionem & fuit quis introductus in poſſeſſionem poſt officium finitum, vel mortem ipſius iudicis mandantis ad huc teneat, & non
160 expirat. d. c. ſi ſuper gratia, de officio deleg. in 6. ſi tamen id cauſa cognita fuerit decretum, per quæ deciſum fore in S. C. teſtatur Pręſes de Franchis in deciſ. 405 executionem factam virtute literarum executorialium per iudicem mortuum expeditarum ſubſiſtere, & ex his probatum credimus, quando condemnatio expiret per iudicis mortem, vel officium
161 finitum &c. ex quibus facilè dignoſci poteſt, num præmiſſi caſus dubietatem in ſe continerent, nec ne, vt omnis ergò dubietas tolleretur decreuit inde Rex noſter inuictiſſimus caſus præmonitos ſub hac regali indulgentia includi.

SVMMARIVM.

1 *MAndat Rex noſter omnes, & quoſcunque criminum reos laxari, atq; liberari.*
2 *Satis eſt reos ſemel immenſorum cruciatuum luiſſe ſupplicia.*
3 *Qualibet pœna perſonalis eſt maior quacunque pœna pecuniaria.*
4 *Exordium pœnæ perſonalis extenditur ad mulctam, & condemnationem pecuniariam.*
5 *Pecunia eſt vita hominis.*
6 *Nummus eſt fideiuſſor futuræ neceſſitatis.*
7 *Pecuniam habens habet omnem rem, quam vult habere.*
8 *Pecunia præſtat ſuffragium.*
9 *Pecunia eſt fragilis, eſtque de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. & nu. 10.*
11 *Pecuniæ omnia obediunt.*
12 *Sicut ſapientia ita protegit pecunia.*
13 *Pœnæ pecuniariæ ſunt fructus iuriſdict.*

14 *Maxima*

14 *Maxima dignoſcitur liberalitas, ac munificentia Regis noſtris in hac præſenti parte.*
15 *Ius mulctæ indicendæ ex l. 12. tabularũ inductum eſt.*
16 *Refertur Tullij authoritas circa mulctæ materiam.*
17 *Mulctæ nomen eſt verbum oſcum.*
18 *Mulcta dicta à mulcendo.*
19 *Mulctare idem ſonat, quod condemnare, & punire.*
20 *Mulcta, & pœna num ſint idem.*
21 *Mulctæ tres ſunt ſpecies.*
22 *Mulctæ prima ſpecies eſt, quando lex certam imponit pœnam.*
23 *Mulctæ 2. ſpecies eſt, quando ſtatuitur, vt vltra non procedatur, diciturq; propriè mulcta.*
24 *Mulcta tunc 3. dicitur, quando nullo modo ponitur quantitas.*
25 *Mulcta num poſſit imponi vltra tres vices, quod quomodo intelligatur numero 26.*
27 *Iudex in mulctarum impoſitione non debet habere largas habenas.*
28 *Lex dicens quem eſſe mulctandum non intelligetur ipſo iure, ſed per ſententiam.*
29 *Mulcta num differat à pœna.*
30 *Pœna eſt nomen generale omnium delictorum.*
31 *Pœna dicitur coerctio tam corporalis, quam pecuniaria.*
32 *Mulcta eſt pœna ſpecialis peccati.*
33 *Negligens iudicis præceptum mulctandus eſt.*
34 *Traditur regula, quando mulcta infligi dicatur, & quando non.*
35 *Prima differentia inter mulctam, & pœnam colligitur.*
36 *Mulctæ animaduerſio eſt pecuniaria.*
37 *Pœna verò non tantum pecuniaria, verũ capitis, & exiſtimationis.*
38 *Mulcta venit ex arbitrio mulctantis.*
39 *Pœna verò deſcendit à lege.*
40 *Mulcta tunc propriè dicitur, vbi pœna non eſt ſpecialiter conſtituta.*
41 *Mulcta impropriè dici poteſt, quando pœna eſt ſpecialiter conſtituta.*
42 *Pœna in dubio eſt fiſco applicanda.*
43 *Pœna fiſco applicanda pro delicto, licet pecuniaria non ciuilis, ſed criminalis erit.*
44 *Pœna pecuniaria ex delicto deſcendens habebitur ex cauſa lucratiua.*
45 *Magiſtratus, & Præſides prouinciarum ſoli poſſunt mulctam indicere.*
46 *Pœna poteſt à quocunque iudice irrogari.*
47 *Appellatio non admictitur à pœna, à mulcta verò ſic.*
48 *Tex. in l. ſi qua pœna. ff. de verbor. & rerum ſignificatione num loquatur de delictis priuatis.*
49 *Appellatio num admictatur ab executione pœnæ. & quid in executione mulctæ, & num 50.*
51 *Intellectus traditus per Accurſ. in d. l ſi qua pœna refellitur.*
52 *Statuens quando aliquid vult exprimit.*
53 *Quod l. non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.*
54 *A pœna num appelletur ſtatim lata ſententia, & de ratione num. 55.*
56 *A mulcta licet appellare, & de ratione num. 56. cum ſeq.*
58 *A ſententia arbitri poteſt appellari ſtante enormiſſima læſione.*
59 *Accurſij ſcholium in d. l ſi qua pœna per authorem reprobatur.*
60 *Pœna indicari debet indiuidua ad inſtar ſententiæ.*
61 *Ab authore traditur intellectus ad d. l. ſi qua pœna, quod procedat iuris fictione.*
62 *Delinquens iuris fictione videtur ſemetipſum pœnæ infligendæ ſubijcere, & numero 93*
64 *Dictio ſimulatq; idem ſignificat, quod dictio ſtatim.*
65 *Dictio ſimulatq; idem importat, quod dictio poſtquam*
66 *Fiſcus tenetur proſequi delinquentes.*
67 *Ad fiſcum pertinent confiſcationes, pœnæ & mulctæ.*
68 *Fiſcus num habeat hypotecam in bonis delinquentis.*
69 *Tex. in d. l. ſi qua pœna procedit in pœnis ſtatutis imponendis ipſo iure.*
70 *Tex in d. l. ſi qua pœna duo copulatiuè requirit.*

71 *Tex. in l. non tantum. ff. de appellat. num ceſſet. quando pœna delicti certa ſtatuta eſt.*

72 *A pœna licebit appellare, quando certa non eſt ſtatuta.*

73 *Pœnæ certæ ſunt ſingulorum peccatorũ.*

74 *Iudicis arbitrio mulcta indicto remiſſa eſt.*

75 *Pœna à lege certa conſtituta non remittitur iudicis arbitrio, quod declara vt in num. 76.*

77 *Pœna, & mulcta quando propriè dici debet. & num. 78.*

79 *Pœna ab eo tantum iudice infertur, qui delicti cognitionem habet.*

80 *Mulcta ab eo irrogatur, cui ex l. vel Principum mandatis indultum eſt.*

81 *Adiudicatio ijs data eſt, qui imperium habent.*

82 *Adiudicatio eſt meri, mixtique Imperij.*

83 *Ordinarius poteſt pœnam indicere.*

84 *Delegatus num poſſit mulctare.*

85 *Magiſtratus municipales, defenſores ciuitatum num poſſint mulctare.*

86 *Arbitri num poſſint mulctare.*

87 *Iudex num poſſit minuere, vel augere pœnas à lege conſtitutas, & limita num. 88*

89 *Mulcta datur fiſco.*

90 *Pœna verò datur quandoq; actori.*

91 *Pœna in dubio fiſco eſt applicanda quando Princeps ſtatuit certo modo.*

92 *Lex quando non declarat, cui pœna ſit applicanda fiſco venit applicanda.*

93 *Fiſcus non poteſt agere ad pœnam per partes in contractu appoſitam.*

94 *Limita, niſi notarius fuerit ſtipulatus nomine fiſci.*

95 *Pœna cui ſit applicanda fiſco, an parti, remiſſiuè.*

96 *Publicatio bonorum non Baroni, ſed fiſco eſt facienda*

97 *Mulcta non irrogat infamiam, pœna verò ſic num 98.*

99 *Mulcta aliquando ſumitur pro pœna.*

100 *Mulcta quandoque accipitur pro pœna pecuniaria.*

101 *Mulcta ſumitur pro pœna conuentionali*

102 *Mulcta, & pœna vſus eſt promiſcuus.*

103 *Indultus huius liberaliſſimum decretum ſtatuitur.*

A quacunque pœna non modo corporali, ſed etiam mulcta, vel cond. pecuniaria.

AMPLIATIO XI.

CAPVT XVI.

PErtractauit hucuſque Rex noſter inuictiſſimus de pœnis corpo-
1 ris afflictiuis, vt vidimus in præcedẽtibus, à quibus mandat nũc
2 omnes, & quoſcunq; criminum reos laxari, atque liberari; et enim viſum eſt ſatis eſſe tales immenſorum cruciatuum ſemel luiſſe ſupplicia, vt Imperatoris verba adhibeamus in
3 tex. l. omnes C. de pœnis appoſita, nam cum quælibet pœna perſonalis ſit maior quacunque pœna pecuniaria. l. quicunq; C. de ſeru. fugit. l. 1. §. fin. & l. in ſeruorum. §. 1. ff. de pœnis. dixit Afflict. in tit quæ ſint regalia. verſic. & pœnarum. num. 15.
4 Conſequens erat, vt à pœnæ perſonalis exemptione exordium daret, illud quidem extendẽdo etiam quò ad mulctã, ac condemnationem pecuniariam, per-
5 inde quaſi illud etiam conſiderauerit, quod pecunia eſt vita hominis l. aduoca-
6 ti. C. de aduoc. diuerſ. iudiciorum, quia nummus eſt fideiuſſor futuræ neceſſita-
7 tis, ſecundum Ariſtotilem, ex quo qui habet pecuniam habet omnẽ rem, quã
8 vult habere. Bald. in l. receptitia. num. 4. C. de conſt. pecun. præſtatq; ſuffragium. §. ſi quis autẽ. in auth. quomodo oportet. Epiſc. quamuis fragilis, & de his re-
9 bus, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt ea exiſtimetur. §. conſtituitur. inſtit. de vſufr. l. 1. §. fuit quæſitum. vbi glo. ff. ad Trebell. Dec. in conſil. 409 incip viſo, conſil numer. 15. l. lex, quæ tutores & l. nouiſ-

nouiſſimè. C. de admin. tut. dixit Bart.
& poſt eum cæteri Doct. in l. ſi ex legati
cauſa. ff. de verbo. oblig. Alex. in conſil.
92. num. 2. cum ſeq. vol. 6. Bert. in conſ.
100. num. 13. lib. 1. & in conſil. 216. num.
2. lib. 3. Tiraq. de retr. conſang. §. 1. glo.
10 7. num. 102. cum ſeq. Rota Auin. in de-
ciſ. 144. num. 4. & ratio. quia eſt res mo-
bilis facilis ad cõſumptionem. l. 1. §. quo
niam pecuniæ, & l. hoc ſenatus conſul-
tum. in princip. ff. de vſufr. earum rerum,
11 quæ vſu conſum. & in ſumma pecuniæ
obediunt omnia, Eccl. 10. & ſicut ſapien-
12 tia ſic protegit pecunia, Eccleſiaſt. 7. qua
re cum decreuit per hunc generalem
indultum criminoſos pro delictis eſſe
relaxandos multò maior ratio ſuadebat
pęnę non corporalis, ſed pecuniariæ re-
miſſionem quoque impartiendam fore,
13 quas cũ inter iuriſdictionis fructus eſſe,
pro comperto habeatur, arg. tex. in l. de-
functa. ff. de vſufr. dixit Bald. in l. fin. C.
de fruct. & lit. exp. & Affl. in d. verſ. & pę-
narum num. 38.

14 Et Rex noſter remictat eis, inde di-
gnoſcitur maxima eius in ſubditos libe-
ralitas, ac munificentia; at quoniam ſta-
tuit reos à quacunque pæna non modo
corporali, ſed etiam multa, vel condem-
natione pecuniaria omnes reos eſſe re-
laxandos, propterea ad præſentis mate-
riæ intellectum annotabimus.

15 Quod hoc ius mulctæ dicendę ex l.
duodecim tabularum inductum eſt, vti
relato Tullio in libro 3. de legibus teſta-
tur Alciatus in l. aliud eſt fraus. §. inter
mulctam, numer. 11. de verbor. & rerum
ſignific. cuius verba hoc in loco recenſe-
bimus, inquit enim Tullius iuſta impe-
16 ria ſumpto, iiſque ciues modeſtè, ac ſine
recuſatione parento. Magiſtratus, nec
obedientem, vt nouum ciuem mulcta,
vinculis, verberibusuè coercento, ni
par, maioruè poteſtas, populuſquè pro-
hibeſſit, ad quos prouocatio eſto, cũ ma
giſtratus iudicaſſit, irrogaſſituè p popu-
lum mulctæ certatio eſto. Hæc Tullius.
Cuius quidem mulctæ nomen eſt oſcum
17 verbum ſecundum Alciatum loco ante-
dicto. num. 1. meminitq; in l. ſi qua pęna.
in princip. infra allegenda. ff. eod. tit. de
verborum, & rerum ſignificatione. pæ-
18 namque ſignificat, dicta mulcta per an-
tipharſim à mulcendo, quaſi quod mul-
19 ctare ſit condemnare, & puniri, quod
Terentij, Plauti, Vergilij, Tranquilli, ac
Cornelij Taciti authoritatibus compro
bauit inibi Alciatus.

20 Hinc Antiſtius Labeo pænam, & mul-
ctam idem eſſe ſcripſerat in d. l. ſi qua
pæna. inquiens, ſi qua pæna eſt mulcta, ſi
qua mulcta eſt pæna eſt, ſed vtrunque
eorum falſum eſſe exiſtimat breuibus
demonſtrans in d. l. ſi qua pæna non pau
cam harum rerum diſſimilitudinem, &
diffuſius in d. l. aliud eſt §. inter mulctam,
de quo nos inferius diſſeremus. Huius
21 autem mulctæ tres eſſe ſpecies vnà cum
Accurſio in verſic. dicat. tex. in d. l. ſi qua
22 pæna. Conſtituamus, nempe prima mul-
ctæ ſpecies dicitur, quando lex certam
ponit pænam, quæ mulcta vocatur. l. prę-
uaricatoris. in fine. ff. de pręuar. l. 2. C. de
Epiſc. audientia. l. abſtinendum. C. quo-
rum app. non recip. l. properandũ. §. ſin
autem vtraque. C. de iudic. ſed impro-
priè mulctam vocari voluit Accurſ. loco
præcitato.

23 Secunda ſpecies mulctæ eſt, quando
ſtatuitur, vt vltra non procedatur, & tũc
quia minus poteſt dicere quantum vult
dicitur propriè mulcta. l. fin. C. de modo
mulct. l. 2. C. de ſport.

24 Quandoq; & tertio nullo modo po-
nitur quantitas, vt in l. ſi quis reum. ff. de
cuſt. & exib. reorum, & tunc propriiſſi-
mè mulctam dici teſtatur, idem Accurſ.
in d. l. ſi qua pæna, & ſic intelligendum
fore tex. præcitatum, & tex. in d. l. aliud
eſt fraus. §. inter mulctam. ff. de verbor. &
25 rerum ſignific. Hæc autem mulcta non
poteſt imponi vltra tres vices. l. fin C. de
modo mulct. pro eodem tamen delicto,
26 ſecus verò pro diuerſis, & contumacia
circa idem, ſecus verò circa diuerſa. Bar.
in l. numquam. num. 2. ff. de priu. delic. &
Cynus in l. quicunque. C. de ſeruis fugit.
27 Afflict. in d. verſ. & mulctarum. numer. 9.
que ſint Regal. & ratio eſt, nam ſi aliter
fieret, & mulcta vltra tres vices imponi

per iudicem poſſet, iudex haberet lar-
gas habenas in multarum impoſitione,
& poſſet multum partem grauare, ob id
ergò non datur iudici facultas mulctan-
di vetta ter. Alber. in l. eos. C. de modo
mulct.
28 Poſtremò illud eſt animaduertendũ,
quòd quando lex dicit, quòd quis mul-
ctetur non intelligitur ipſo iure, ſed per
ſententiam. arg. tex. in l. in criminali. vbi
Salic. ſub num. 5. ibi mulctetur, quòd nõ
ipſo iure. C. de iuriſd. omn. iud.
29 Reliquum eſt vt quæramus, num
mulcta differat à pæna? videtur quod
ſic, vt innuit tex. in d. c. 1. verſic. &
mulctarum, & pęnarum. quæ ſint regal.
& hic tex. noſter, dum inquit, ſed à mul-
cta, vel condemnatione pecuniaria, &
quidem certi iuris eſſe, mulctam ſatis
30 admodum diſtare a pęna. Etenim pæna
eſt nomen generale omnium delicto-
31 rum. & coërctio tam corporalis, quam
pecuniaria, ſecundum glo. in verſiculo
32 coertio præcitati tex. in d. §. inter mul-
ctam; mulcta verò eſt ſpecialis peccati,
33 puta cum quis in ius vocatus iudicem
negligit, nam tunc contumaciæ mulcta
infligitur. l. 1. ff. in ius voc. l. 2. C. de Epiſc.
audientia. l. 2. C. de ſport. & in hac ma-
34 teria illud generale delicti nomen intel-
ligit iuris conſultus, quod certa appel-
latione generali, & communi plura cri-
mina complecti poteſt, vt furtum, ho-
micidium, falſum, peculatus, in quibus
cum certæ conſtitutæ ſint pænæ, mulcta
propriè locum ſibi non vendicat, quod
ſi pluribus verbis ſpecialibus deſignan-
tur, ita vt nominatum delictum dicatur,
puta ſi in ius vocatus non paret, cum
temerè appellat, cum ius dicentem ap-
pellat, tunc mulcta infligetur, vti edo-
cuit Alciat. in d. l. aliud eſt fraus. §. inter
mulctam. numer. 3. & 7. & in d. l ſi qua
35 per calumniam. num. 5. verſ. 3. differen-
tia, & hæc conſtituent primam differen-
tiam inter pęnam, & mulctam.
36 Secunda differentia eſt, quia mulctæ
animaduerſio hodie pecuniaria eſt, non
37 tamen in caſu, tex. in l. 2. C. de ſport.
At pæna non tantum pecuniaria, ve-
rùm capitis, & exiſtimationis irrogari
ſolet. Accurſ. in d. §. inter mulctam. verſ.
coerctio.
38 Tertio mulcta venit ex arbitrio eius,
qui mulctam dicit, pæna verò non irro-
39 gatur, niſi quæ quaque lege, vel quo alio
iure ſpecialiter huic delicto impoſita
40 eſt; immò mulcta ibi dicitur vbi ſpecia-
liter pęna non eſt impoſita propriè ta-
41 men, nam impropriè mulcta dici poteſt
etiam in caſu, in quo pęna ſpecialiter eſt
impoſita, ſicuti in caſu tex. in l. 2. C. de
Epiſc. audientia, & tex. in l. 2. C. ne li-
ceat potent. Quibus ſubnectendum eſt,
42 quod quando pęna ignoratur, cui ſit
applicanda in dubio fiſco applicari
debet l. mulctarum. C. de modo mulctar.
Bartol. in l. agraria. ff. de term. moto.
quæ quando fiſco venit applicanda ex
delicto, quamuis ſit pecuniaria, tamen
criminalis pęna, non autem ciuilis erit
43 diiudicanda. l. 3. §. fin. vbi glo. & Bar. ff.
de ſepulcr. viol. Innoc. in c. qualiter, &
quando el 2. extrà. de accuſ. & Imola in
c. Odoardus. num. 29. circa. medium ex-
trà. de ſolut. Panor. in rubr. de iudic. nu.
5. Aret. num. 19. Dec num. 95. Clar. in §.
fin. q. t. Boſſ. in tit. de pænis. nume. 2. cum
ſeq. Rota Auin. in deciſ. 112. num. 4. pro
certo tamen habendum erit, talem pę-
nam pecuniariam, etſi criminalem cen-
ſeri, tamen haberi ex cauſa lucratiua. l.
44 apud celſum. §. authoris, vbi glo. in verſ.
noxæ. ff. de doli mali, metuſue exceptio.
ne. Bart. in l. męuio. § duobus. col. pen. ff.
de leg. 2. Alex. in l. cum mulier. in fine.
col. 2. ff. ſolut. matrim.
45 Quarta differentia, is indicere poteſt
mulctam, cui adiudicatio data eſt, man-
datis enim permiſſum eſt, Magiſtratus
ſolos, & Præſides prouinciarum poſſe
mulctam indicere, pęnam autem vniuſ-
quiſque irrogare poteſt, cui huius crimi
nis ſiuè delicti executio competit etiam
per delegationem, vt declarat glo. in
verſ. competit. tex. in d. l. aliud eſt fraus.
§. inter mulctam.
47 Quinto differt. mulcta à pęna, nam à
pæna nõ appellatur, à mulcta verò ſic, vt
edo cuit Labeo in d. l. ſi qua pęna, hiſce
verbis,

verbis, namque harum rerum diſſimili-
tudo ex hoc quoque apparet, quo de
pęna prouoc. non eſt, ſimul atque enim
vinctus quis eſt eius maleficij cuius pęna
eſt ſtatuta ſtatim ea debetur, at mulctæ
prouoc. eſt, nec ante debetur, quam aut
non eſt prouocatum, aut prouocator
victus eſt, nec aliter quam ſi is dixerit
cui dicere liceat. Hæc labeo in d.l. ſi qua
pœna, cum qua concordat tex. in l. in
mulctis. C. de appell. & in l. certa ratio-
ne. C. quando prouoc. non eſt neceſſe.
cui quidem tex. cum infraſcripta obſta-
re videantur, propterea vt iuris contra-
rietas euitetur, plures intellectus tradi-
ti fuere.

48 Quidam enim ſenſerunt tex. illum lo-
qui de delictis publicis, & non de priua-
tis, de quibus conſtituta erat regula in
l. furti. ff. de his qui not. infam. & in l. 3.
C. de re iud. ſed hæc declaratio nullius
erit roboris, & momenti, ex quo con-
traria tex. in l. non tantum, & l. litigato-
ribus. C. de appellat. inde pro eius con-
cordia Accurſ. in verſ. de pęna. in d. l. ſi
qua pœna plura effundit duas in ſpecie
afferens declarationes.

49 Quarum prima eſt, quod quando di-
cit tex. à pęna non appellatur, ſed à mul-
50 cta ſic, interpetrandus ſit, quod non ap-
pellatur ab executione pœnę, ſed ab exe-
cutione mulctæ admittatur prouocatio.

51 Hanc primam interpetrationem ex
mente eiuſdem gloſæ optimo refella-
mus iure, ex quo lex generaliter reſiſtit,
ea enim diſpoſitum eſt, quod ab execu-
tione non poſſit appellari ad tex. in l. ab
executione. C. quorum appell. nó recip.

Nos autem vlterius conſiderantes di-
camus, quod reſiſtit tex. met ipſe in d. l.
ſi qua pęna, qui dum formaliter inquit,
quod de pęna prouocatio non eſt, ſed
mulctæ prouocatio eſt non poteſt inter-
petrari, quod detur prouocatio ab exe-
cutione pœnę, id enim non expreſſit, quę
52 ſi iſthæc ſtatuentis voluntas fuiſſet vtiq;
expreſſiſſet, arg. tex. in l. vnica. §. ſciendū.
C. de cad. toll. & l. tale pactum. §. fin. ff. de
pactis, at non dixit, ergo noluit, propte-
rea nec nos diſtinguere debemus. l. de
precio. ff. de publ. in rem actione.

Sed ad ſecundum tranſeamus intelle-
53 ctum per Accurſ. adductum, ex cuius
mente dicamus, tex. hunc, quando in-
quit quod à pęna non appellatur, intelli-
54 gẽdum fore a pęna non appellari etiam
ſtatim lata ſententia, puta ſi quis fatea-
tur feciſſe furtum manifeſtum, quo caſu
à pęna non datur prouocatio, ex quo cer
ta quadrupli pœna ſtatuta eſt, l. quid er-
55 gò. §. pęna grauior. ff. de ijs qui not. inf. &
ratio quia videtur potius conqueri de le
gis iniquitate, quàm iudicantis.

56 Sed in mulcta datur prouocatio cum
is appellet conquerens potius de iudi-
57 cantis iniquitate, quam legis; vel quia ni
mis arbitratus ſit iudex, vel quia nimis
exercuit officium ſuum, quibus quidem
58 in caſibus, inquit gloſ. quod poteſt ap-
pellare, mota arg. à ſimili, quod dicitur
in ſententia arbitri, à qua ſtante enor-
miſſima lęſione poterit appellari, quam-
uis adeſſent clauſulæ præciſæ, quod eius
ſententia ſuam haberet executionem,
& quod ab ea nó liceret appellare, nam
nihilhominus reducetur ad arbitrium
boni viri. l. ſocietatem. §. arbitrorum. ff.
pro ſoc. l. ſi libertus. ff. de oper. lib. l. 2. ff.
quis, & à quo.

59 Hunc autem Accurſij ſenſum, & ſi li-
benter in caſu ſuo amplexandū cenſea-
mus, attamen nobis nó ſatisfacit, ex quo
ſi tex. dicit à pęna non datur prouoca-
tio, & reddens rationem dicit, quod ſi-
mul atq; quis euictus eſt eius maleficij,
cuius pœna eſt ſtatuta ſtatim ei debetur,
ergò quando quis committit furtum ma
nifeſtum ſtatim ſe ſubiicit pęnę ſtaturę,
at pęna. l constituta eſt, quantam dicat,
vt inquit tex. in d. l. ſi qua. §. fin. quod te-
neatur in quadruplum. d. l. quid ergò. §.
pęna grauior. ff. de ijs qui not. inf. Alcia-
tus expunxit in d. l. ſi qua. num. 2. & 3. pę-
na ſtatuta ſtatim ei debetur, ergò non
datur appellatio, nec videmus, quo nam
pacto defendi poſſit admitti prouoca-
tionem in qualitate pœnæ, & prohiberi
60 in pęna, cum pœna iudicari debeat, vt
indiuidua ad inſtar ſententię arg. tex. in
l. in hoc iud. ff. fam. herciſc.

Pro

Pro inde duas poſſumus noſtro quidē
iudicio huic tex. intelligentias accomo-
61 dare, per quas explicatus apparebit. pri-
mus intellectus erit, quod quando tex.
inquit, quod ſimul atque victus quis eſt
eius maleficij cuius pęna ſtatuta eſt, ſta-
tim debetur, inde vt de pęna non detur
62 prouocatio intelligi debeat iuris quidē
fictione, non autem verè ad tex. in l. 1. §.
beſtias. ff. de poſtul. & dixit Belluga in
ſpec. Princip. rubr. 47. de publicatione
fori. §. ſciendum. num. 21. & diximus ſu-
63 pra in 1. q. nu. 8. Quaſi dicat. ꝙ ſimul atq;
quis victus eſt eius maleficij cuius pæna
eſt ſtatuta pęna ſtatim debetur, quia per
delicti perpatrationē videtur tacitè ſe-
metipſum pęnę eius delicti ſubijcere, ma
ximè, qñ eius delicti victus eſt, & ſic ex
tacita delinquentia voluntate videtur,
ꝙ ab ipſa pęna nulla detur prouocatio.
Quem quidem intellectum verum fa-
64 cit dictio illa in tex. poſita ſimulatque,
quæ idem importat, ac ſi diceret ſtatim
65 vt eſt tex. in §. feræ. inſtit. de rerum di-
uiſione, vel poſtquam, vt in l. tutorea. ff.
de teſtam. tut. & in princ. §. 1. inſtit. de
empt. & vend. Quamobrem tex. hic vi-
detur innuere, quod ſtatim, vel poſtquā
quis deliquit, & delicti victus eſt, eiuſq;
pæna eſt ſtatuta, ſtatim debetur.
66 Quibus ſuperaddimus. quod fiſcus li-
cet teneatur proſequi delinquentes, &
curare, vt puniantur. l. 1. C. de mulier.
quę ſe proprijs ſeruis immiſc. l. cōgruit,
& §. qui vniuerſas. l. illicitas ff. de officio
67 Præſid. quia ad fiſcum pertinent confiſ-
cationes, mulctæ, & pęnę. c. Principes.
23. q. 1. cum alijs per Rotam Auin. ad-
68 ductis in deciſ. 121. num 5. tamen habe-
bit hypotecam in bonis delinquentis à
die latę ſententiæ. Alex. in l. reſcriptum.
num. 8. & 9. ff. de pactis. Clar. in §. fin. q.
78. num. 32. Ang. de maleſ. in verbo. di-
ctum ſemptonium. numer. 11. Boſſ. in tit.
de bonor. publ. num. 81. Rota Auin. in
d. deciſ. 121. num. 8. & diximus infra in
c. 18. num. 55. & 56.
69 Secundum afferre poſſumus intelle-
ctum, ſi hic primus tibi diſpliceat, ſcili-
cet, quod loquatur in pænis ſtatutis im-
ponendis tamen ipſo iure, vti in pęnis à
noſtris Pragmaticis ſanctionibus ſtatu-
tis, in quarum caſibus ſi quis delinquat,
earum ſtatutas pęnas reus debet luere,
qui quidem intellectus elicitur ex eodē
met tex. noſtro, dum inquit, ſtatim de-
betur, ſecus verò in pęnis non infligen-
dis ipſo iure, ſed per ſententiam, quod
tantò magis aſſeuerādum eſſe putamus,
quanto ſumus in delictis quorum quis
conuictus eſt, ſicut loquitur tex. iſte, ibi
70 ſimulatq; enim victus quis eſt, & ſic tex.
iſte duo neceſſario requiſita exigere vi-
detur. Primum ſcilicet, quod quis vi-
ctus ſit maleficij, & ſecūdo quod ſit quis
victus eius maleficij, in quo pęna ſtatuta
ſit, quorum vnum ſi deficit non erit ab-
ſonum inhærere regulæ tex. in l. non tan-
71 tum. ff. de appell. & l. litigatoribus. C.
eodem tit. quem ex his audacter inferre
poſſumus non tantum ceſſare in conui-
cto, & confeſſo, quibus non permictitur
appellare, verum quoque quando pęna
delicti certa ſtatuta eſt, ſicq; tex. hic in-
telligi debeat in caſu ſuo, quando quis
72 eſt conuictus alicuius maleficij, cuius
certa eſt ſtatuta pęna, in alijs vero caſi-
bus vera remanebit regula, quod à pęna
ad huc liceat appellare, hancque pro-
pterea interpetrationem text. præfato
adaptandam arbitramur. ſed ad vlte-
riora progrediamur.
73 Sextam conſtituimus differentiam in-
ter pęnam, & mulctam, quæ in eo conſi-
ſtit, quod certæ pænę ſunt ſingulorum
peccatorum, mulctæ verò contra, quia
eius Iudicis poteſtas eſt quantam dicat,
niſi l. conſtitutum ſit, quantam dicat, vt
conſtat in d. l. ſi qua pęna, ex qua liquet
74 Iudicis arbitrio mulctæ indictionem eſſe
remiſſam, vt dixit quoque glo. in verſic.
mulctis tex. in §. ſi tamē voluerit. in auth.
de non alien. aut permut. ſed pęna cum
l. certa ſtatuta eſt non relinquitur iudi-
cis arbitrio.
75 Hoc quidem certum eſt in delictis,
quæ certas à l. conſtitutas habent pænas,
76 & quę ſub generali, cōmuniuè noīe nun-
cupatur, puta ſtuprum, furtum, falſum,
peculatus, & ſimilia, quod ſi certas pæ-
nas.

nrs.l.imperio præfinitas nõ præſeferunt,
& commune nomen non habent,ſed ſpe
cialiter deſignantur, puta ſi quis contu
max ſit. Prætorem contumelioſè com-
pellauerit, & his ſimilia, tunc caſus erit
mulctæ ſignificationi ſubiectus, latè de-
clarat Alciatus in d.l.ſi qua pæna.nume.
77 5. verſic. 3. differentia. Ex hiſce Al-
ciatus in paulò ante citata. l. infere-
bat,eam propriè mulctam dici,cum cer-
ta pęna à l. conſtituta eſt alicui ſpeciali
delicto,quod ſi in communibus genera-
78 libusuè criminibus pęna conſtituita ſit
tunc mulctam nequaquam dici poſſe cõ
cludit ; Hęc Alciatus.
79 Septima erit differentia, quod quili-
bet Iudex, qui delicti cognitionem ha-
bet, poteſt pęnam inferre. d. l. ſi qua pę-
na, ibi, Hæc aliter quam ſi is dixit, cui
dicere licet,& vnuſquiſque irrogare po-
80 teſt, cui huius criminis, ſiue delicti exe-
cutio competit. d. l. aliud. §. inter mul-
ctam. in fine. At mulctam his ſolis dice-
re licet, quibus ex. l. vel mandatis Prin-
cipum mãdatum eſt, & is dicere poteſt,
cui adiudicatio data eſt, magiſtratus.n.
81 ſolos, & Præſides prouinciarum poſſe
mulctam dicere, mandatis permiſſum
eſt,vt loco præcitato conſtituit Iurecon
ſultus, ex quibus Alc inibi ſub nume. 9.
reaſſumpſit,quod ij tãtummodo ius habẽt
mulctandi, qui imperium habent, id.o
82 adiudicatio ijs data eſt, quia ea merum,
mixtumque imperium reſpicit. l.iubere
cauere ff. de iuriſd. omn.iud.
Hinc inferatur quod ſicut ordinarius
83 poteſt pænam indicere.l.2. in fine. ff. de
iudic.l. 1.ff. ſi quis ius dicenti non obtẽ-
per. l.fin.C. de ſport. declarauit glo. in
verſic. adiudicatio, & in verſic. compe-
tit. præcitati tex in §. inter mulctam. §.
84 audient.in auth. de defenſor. ciuit.& ſi-
cut delegatus poteſt mulctare.c. de cau
ſa.in fine.de offic.deleg. de quo per Bar.
Caſtr. Alex ac cæteros in l. 1.ff.ſi quis ius
dic. non obtemp. Spec. in tit. de con-
tum.§. 4.& in tit. de ſenten.& quæ ipſam
ſecuntur §. 2.verſ. ſed nunquid.& Ang.in
conſil.8 incip. regulatores,vel l. latores,
& ſi contrarium dixerit Afflict.in cap.1.
verſic. & mulctarum.numer. 11. quæ ſint
reg. de cuius veritate videto Ang. in l.
1.in princ ff. ſi quis in ius.voc. non ierit,
& per glo. & Doct. in l. eos.C.de modo
85 mulct. ita magiſtratus municipales, de-
fenſores ciuitatum.d §. audient. in auth.
de defenſor. ciuit. non poſſunt mulcta-
86 re, immo nec id arbitris eſt conceſſum.
l.non ex omnibus. ff. de recep. arb. niſi
tamen à partibus poteſtas fuerit conceſ
ſa,vt inibi per Doct.
87 Hoc tamen loco ſubiungendum fore
putamus, quod quando pænæ ſunt per
leges conſtitutæ, eas iudicis poteſtas nõ
poteſt minuere, vel augere.l.1 §.1. in fi-
ne.ff.ad Tertiţ'. glo. in verſ. ſunt. tex. in
d.l.ſi qua pæna,& latè per Decianum in
lib.5.ſub tit quando pænæ poſſint auge-
ri,vel minui ; per totum vol. 1.fol. mihi
88 300. niſi ex cauſa, vt annotauit Boſſ. in
tit de pænis num 8. cum ſeq.
89 Octauò differt mulcta à pæna, nam
mulcta datur fiſco.l. mulctarum C. de
modo mulctarum. Bart. in l filius famil.
§.diui ſeuerus el 2.num. 23.ff.de leg. 1.&
in l. 1.C.de exc uſ. mun.numer. 4 lib 10.
90 Bald. in c.1.quæ ſint regal. col. 2 verſic.
item pænæ, ſed pæna actori plerumque.
91 Alciat.in d §.inter mulctam.num.2.quã-
uis in dubio fiſco applicanda veniat, &
non parti, quando Princeps ſtatuit cer-
to modo. Bart in l.agraria ff de ter. mo-
to. & per Aret.in cap. cum in tua.in pri-
92 mo notabili.extrà.de accuſar.& quando
lex non declarat cui applicatur. Affl.ct.
in d.c. 1.verſic. & pænarum.num. 3. quæ
93 ſint regal. niſi tamen in contractu per
partes fuerit appoſita pęna,nam ad eam
fiſcus non poteſt agere,niſi notarius no-
94 mine fiſci fuerit ſtipulatus.Bart.in l.1 .in
fine.ff. de iure fiſci, & in l. arbitret ſi in-
tra certum diem.ff de recept. arb. Alex.
in conſil.103. incip. videtur.num.14.15.
& 16.vol.1.dixit Boſſ.in tit.de pænis.nu.
30. de quo articulo,cui nam pæna appli-
95 cetur fiſco ne, an parti remictimus ad
tradita per Iaſ. in l.ſi quis maior.col.1.
C.de tranſact.& per Affl.in loco præmo-
96 nito,vbi edocet, quod vbi ſit mentio de
publicatione bonorum intelligi debeat
bona

bona illa publicanda fiſco, & non Baroni. l. iubemus. §. is quoque. C. de Sacroſ. Eccleſ. de quo in c. 1. §. ſi iudex de pace ten. & in c. 1. §. conuenticulas. de pace iuramento firm.

97 Nonò, & vltimò differt mulcta à pœna, nam mulcta infamiam non irrogat. l. 1. C. de modo mulct. pœna verò irrogat
98 infamiam plerunque tamen, vt notatur in l. 1. §. qui furti. ff. de ijs qui not. infam. Gloſa magna in verſic. competit. tex. in d. l. aliud. §. inter mulctam.

Ex his elicitas credimus differentias
99 inter mulctam, & pœnam. Verum tamen ad huc certi iuris eſt, quod mulcta aliquando ſumitur pro pœna, vt in §. quia non eſt veriſimile. verſic. his ſolis. in fine.
100 in auth. de non alien. aut permut. Quandoque pro pœna pecuniaria. c. licet. ex-
101 tra. de elect. c. octaua diſcuſſio. 12. q. 2. Quandoq; tamen pro pœna conuentio-
102 nali §. quia verò. in auth. de iud. in ſumma promiſcuus erit inter eos vſus per
103 ſuperius notata, ex quibus dignoſcitur huius regalis indultus liberaliſſimum decretum, quo ſtatutum eſt, omnes condẽnatos abſoluendos eſſe à quacunque pœna nedum corporali, ſed etiam à mulcta, vel condemnatione pecuniaria.

S V M M A R I V M.

1 *Confiſcatis delicta grauia præſupponit.*
2 *Confiſcatio venit in conſequentiam delicti.*
3 *Indultus hic liberalior erit quò grauiora abolet delicta.*
4 *Confiſcatio ducitur à fiſco.*
5 *Fiſcus quis propriè dicatur.*
6 *Fiſcus publica Principis pecunia, ipſumq; patrimonium dicitur.*
7 *Princeps quandoq; fiſcus appellatur.*
8 *Res fiſcales quaſi propriæ, & priuatæ Principis ſunt.*
9 *Confiſcare à fiſco nomen deſumpſit.*
10 *Confiſcare idem quod fiſco committere.*
11 *Confiſcare, & camera fiſcalis idem ſunt.*
12 *Fiſcus eſt vnus, ſicut vnicum eſt imperium.*
13 *Fiſci iura per vſurpationem, vel ex priuilegio exercentur diuerſis in locis, ac per diuerſos.*
14 *Tutela vicem vnius repreſentat, licet plura ſint patrimonia, & per plures adminiſtretur tutores.*
15 *In ſingulis prouincijs plures ſunt procuratores fiſci.*
16 *Vnus, & idem eſt fiſcus.*
17 *Confiſcatio competit iudici habenti merum imperium ratione iuriſditionis.*
18 *Confiſcatio fit ratione iuriſdictionis.*
19 *Confiſcatio ad eum ſpectat, qui habet merum, & mixtum imperium.*
20 *Iuriſdictio non circumſcribitur loco.*
21 *Iuriſdictio adhæret territorio.*
22 *Epiſcopus num poſſit confiſcare.*
23 *Epiſcopus habet diocæſim, ſed non territorium.*
24 *Epiſcopus exequitur ſententias per iudicem ſæcularem.*
25 *Laici delinquentes nõ ſubſunt Epiſcopo, cum non habeat territorium.*
26 *Epiſcopus habet territorium, ſi fuit eidem per imperatorem conceſſum.*
27 *Epiſcopus quò ad ſpiritualia habet iuriſdictionem.*
28 *Epiſcopus in crimine hæreſis habet ius confiſcandi*
29 *Confiſcatio duplex ordinaria, & extraordinaria.*
30 *Confiſcatis ordinaria quando ſit.*
31 *Confiſcatio extra ordinaria quæ dicatur.*
32 *Confiſcandi ius habet ſolus Princeps, vel qui ſummam habet iuriſd. non autem inferior.*
33 *Confiſcatio ordinaria fit dupliciter, vel ipſo iure, vel per ſententiam.*
34 *Quis poteſt delinquere, vel circa perſonas, vel circa res.*
35 *Authoris inſtitutum eſt ea tantum attingere, quæ ad indultus cognitionem ſpectant.*
36 *Confiſcatio non habet locum, niſi præcedente hominis declaratoria.*
37 *Confiſcatio quibus de cauſis poteſt fieri de iure communi.*
38 *Confiſcatio in Regno non admittitur contra Neapolitanos ex gratia ſpecialiter ijs conceſſa.*
39 *Confiſcatio contra Neapolitanos admittitur*

ctitur in crimine hæreſis, & leſæ Maieſtatis diuinæ vel, humanæ.

40 *Gratia Neapolitanis conceſſa cõformem ſe reddit iuri communi quò ad iſtæc duo capita.*

41 *In exteris ius commune firmum remanet quò ad ius confiſcandi.*

42 *Reus ante ſẽtentiam num teneatur ſoluere pœnam à iure impoſitam in foro conſcientiæ num. 47.*

43 *Confiſcatio num compræhendat bona futura.*

44 *Confiſcatio num compræhendat iura conditionalia.*

45 *Confiſcatio num extendatur contra tertios poſſeſſores.*

46 *Ius confiſcandi num poſſit præſcribi.*

47 *Diſtinguitur, num in pœna inferenda ipſo iure, vel facto, aut in pœna quæ non imponitur ipſo iure.*

48 *In primo caſu bipartita recenſetur opinio.*

49 *Confiſcatio quando à lege ipſo iure eſt ſtatuta ſtatim quæritur ius fiſca ob delictum.*

50 *Pœna quando imponitur ipſo iure, vel facto tranſit ad hæredes.*

51 *Pœnæ delictorum non tranſeunt ad hæredes.*

52 *Niſi ſit lis conteſtata cum defuncto.*

53 *Pœnæ delictorum tranſeunt ad hæredes, ſi quid ad defunctum peruenerit.*

54 *Bona delinquentis ſunt tacitè hypotecata quando ſunt penes hæredem.*

55 *Quid ſi ſunt penes tertios poſſeſſores.*

56 *Pœna ipſo iure imponenda tranſit ad hæredes ſiuè lis ſit conteſtata cum defuncto, ſiue non.*

57 *Quod requiratur iudicis declaratio ex Gomeſii ſententia aduertitur. & num. 58.*

59 *Reijcitur Boſſii authoritas.*

60 *Aequitas ſemper præoculis eſt habenda.*

61 *Caſus iure canonico deciſus amplectendus, admonetur.*

62 *Confiſcatio non habet locum, quando non conſtat de delicto.*

63 *Non omnis accuſatus eſt reus, ſed qui conuincitur.*

64 *Confiſcatio nõ habet locum in caſu dubio*

65 *Probationes in criminalibus debent eſſe luce meridiana clariores.*

66 *Confiſcatio vendicat ſibi locum, quando conſtat de delicto.*

67 *Sententia num requiratur ſuper notorio.*

68 *Factum notorium num ſufficiat quando ex proceſſu non eſt notorium.*

69 *Notorium æquiparatur ſentẽtiæ quò ad effectum & num. 9.*

70 *Bald. in c. tua. extrà. de cohab. cler. & mul. declaratur.*

71 *Nemo tenetur ſe prodere, & diffamare.*

72 *Affertur per authorem diſtin. pro opinionum reconciliatione.*

63 *Pœna confiſcationis ipſo iure imponenda poteſt conſiderari reſpectu perſonæ delinquentis, & reſpectu executionis*

74 *Reſpectu perſonæ delinquentis ſententia non requiritur.*

75 *Reſpectu verò executionis requiritur ſententia.*

76 *Sententia ſaltim generalis requiritur quò ad infamiam, & effectualem bonorum confiſcationem.*

77 *Delinquens in foro conſcientiæ non tenetur reſtituere bona fiſco ante ſẽtentiam, quando pœna non imponitur ipſo iure.*

78 *Quælibet pœna imponenda requirit iudicis ſententiam.*

79 *Pœna confertur ne dum pro delinquentis punitione, ſed pro bono publico.*

80 *Reipublicæ intereſt delicta puniri.*

81 *Firmatur de ſuper conſtituta concluſio pluribus authoritatibus comprobata.*

82 *Sententia requiritur quando indicitur pœna confiſcationis per verba futuri temporis.*

83 *Reus ſi fuerit condẽnatus à iudice tenetur in foro conſcientiæ bona ſua fiſco reſtituere.*

84 *Ex ſententia quæritur ius fiſco.*

85 *Bona futura num veniant in confiſcationem. & num. 86.*

87 *Publicatio fit bonorum tempore confiſcationis exiſtentium.*

88 *Deportatus num ſit prohibitus acquirere quæ ſunt de iure gentium.*

89 *Bona futura tranſeunt ne ad hæredes, vel ad fiſcum mortuo reo.*

Digitized by Google

90 Expenditur duplex in hoc Doctorum ſententia.

91 Firmatur concluſio quod tranſeant ad fiſcum.

92 Bona damnatorum ſi non tranſeunt ad hæredes tranſibunt ad fiſcum.

93 Bona futura efficiuntur propria ipſius rei eius vita durante, ſed poſt eius mortem. tranſibunt ad fiſcum.

94 Iura conditionalia num veniant in confiſcationem.

95 Affertur diſtinctio proq. dilucidatione.

96 Iura conditionalia prouenientia ex vltima voluntate num veniant in confiſcationem.

97 Iura conditionalia non tranſeunt ad verum hæredem.

98 Iura conditionalia non ſunt tranſmiſſibilia.

99 Pendente conditione non eſt nata actio, neque obligatio.

100 Fiſcus loco hæredis habetur.

101 Iura conditionalia peruenientia ex contractibus num veniant in confiſcationem.

102 Contractus conditionales tranſeunt ad hæredes.

103 Iura conditionalia peruenientia ex contractibus tranſeunt ad fiſcum, quod quomodo intelligatur, vide in numeris ſequentibus.

104 Contractus conditionalis tranſit ad hæredes, quando conditio eſt cauſalis, vel mixta, ſecus ſi poteſtatiua.

105 Creditor non ad implendo cenſetur eſſe in culpa.

106 Conditio quando eſt de futuro tranſit ad hæredes, ſecus ſi de præſenti, vel de preterito.

107 Reus delinquens num valeat cum bona conſcientia alienare.

108 Reus delinquens non poteſt alienare titulo oneroſo. ſed bene lucratiuo, & de ratione ſub num. 109.

110 Delictum quando eſſet occultum reus poterit alienare etiam titulo oneroſo.

111 Reus poteſt alienare titulo oneroſo pro alimentis eius neceſſarijs.

112 Reus poterit ſoluere eius creditoribus.

113 Debitores an poſſint ſoluere ipſi reo, maximè quando non eſt interdicta adminiſtratio. num. ſequenti.

114 Bona alienata per reum in tertios poſſeſſores num poſſint à fiſco vendicari.

115 Tres caſus conſtituuntur por q. diſſolutione.

116 Primus quando quis alienat ante delictum commiſſum poteſt alienare, inde non cadit vendicatio.

117 Fiſcus nullam habet obligationem nec perſonalem nec realem ante delictum commiſſum contra reum.

118 Declaratur Accur. in l. reſcriptum. in princ. ff. de pact.

119 Pæna eſt quaſi debita fiſco largo modo, non autem strictè.

120 Pæna iudicis officio infertur.

121 Fiſcus habet ex ſuo contractu tacitã hypothecam.

122 Delictum ſi incidit in contractu tribuit fiſco hypotecham.

123 Fiſcus quando eſſet creditor pro pæna eſt creditor futurus.

124 Creditores futuri non poſſunt reuocare alienata ante contractum, niſi alienatio ſit facta in fraudem.

125 Fraudis expreſſæ, vel preſumptæ ſigna quæ ſint, remiſſiuè.

126 Fraude probata per donationem, vel quouis alio modo fiſcus num poſſit reuocare alienata.

127 Fraudis probatio non requiritur in poſſeſſore, quando ſumus in alienatione facta ante delictum.

128 Coniecturæ inducunt præſumptionem fraudis.

129 Secundus caſus quando quis alienauit poſt delictum commiſſum fiſcus non poteſt reuocare bona alienata, quando ſumus in delictis, in quibus cadit confiſcatio ipſo iure.

130 Propter delictum delinquenti non aufertur bonorum adminiſtratio, & de ratione ſub num. 131.

132 Bona ex delicto num ſint tacitè fiſco obligata.

133 Fiſcus habet quoddam ius contra perſonam rei.

134 Actio perſonalis non ſequitur tertios poſſeſſores.

135 Fi-

135 *Fiſcus poteſt vendicare bona à tertijs poſſeſſoribus ex cã delicti, in quo cadit confiſcatio bonorum, & in terdicitur adminiſtratio bonorum, & ibi de ratione num. 136.*
137 *Expenditur Diui Seueri, & Antonini reſcriptum pluribus authoritatibus firmatum*
138 *Caſus in quibus cadit confiſcatio bonorum ipſo iure, & remiſſiuè.*
139 *Quid dicendum poſt accuſationem inſtitutam, vel poſt litem conteſtatam.*
140 *Confiſcatio in crimine læſæ Maieſtatis num fiat ipſo iure.*
141 *Bona non ſunt iuris ciuilis, ſed de iure gentium.*
142 *Iudex debet deferre ſententiam in crimine læſæ Maieſtatis.*
143 *In crimine læſæ Maieſtatis num interdicatur adminiſtratio bonorum.*
144 *Interdictio bonorum ſolet fieri in officialibus delinquentibus in officio.*
145 *Interdictio bonorum habet locum contra officiales quando veniunt priuandi officio.*
146 *Tertius caſus, quando alienatio fit poſt ſententiam, & poſt condemnationem non valet, & proinde fiſcus poterit vendicare.*
147 *Alienatio pendente appellatione facta valet.*
148 *Sententia primæua condemnationis cõfirmata retractatur alienatio tanquam quid innouatum lite pendente,*
149 *Fiſcus reuocabit etiam prætio non reſtituto.*
150 *Niſi prætium conuerſum ſit in vtilitatẽ condemnati, vel ſi extaret, vel eſſet loco rei ſub rogatum.*
151 *Sequeſtrum non habent locum, quando non cadit confiſcatio bonorum ipſo iure, vel interdictio.*
152 *Ius hoc confiſcandi quanto tempore præſcribatur.*
153 *Conſideratur confiſcatio de iure canonico in crimine hæreſis, & ſimilibus*
154 *Crimina de iure canonico non tolluntur præſcriptione.*
155 *Ius confiſcandi de iure Canonico præſcribitur ſpacio 40. annorum.*
156 *Tex. in c. 2. §. 1. de præſcript. in 6. num procedat in fiſco Eccleſiæ.*
157 *Quid in confiſcatione facienda per Iudicem ſæcularem.*
158 *Fiſcus poteſt petere bona intra 30. annos, ſiuè ſimus in confiſcatione quæ fit ipſo iure, ſiuè non.*
159 *Actio perſonalis iudicati, & officium Iudicis præſcribitur ſpatio 30. annorum.*
160 *Hoc ius confiſcandi num præſcribatur ſpatio centum annorum.*
161 *Tex. in l. qui diutino ff. de pœnis declaratur.*
162 *Ius confiſcandi num præſcribatur ſpatio 20. annorum.*
163 *Ius accuſandi, & ius inquirendi num præſcribatur per 20. annos.*
164 *In omnibus fiſci quæſtionibus 20. annorum præſcriptio cuſtoditur.*
165 *Ius confiſcandi ſpatio quinque annorum præſcribi concluditur, & num. 171.*
166 *Tex. in l. incognitione ff. ad Sillan. procedit in extraneis, ſed non in filijs.*
167 *Commiſſum quinquennio præſcribitur.*
168 *Accuſatio Apoſtaſiæ quinquennio præſcribitur.*
169 *Crimen hæreſis eſt ſimile crimini læſæ Maieſtatis. & num. 170.*
171 *Promptiores debemus eſſe ad liberandum, quam ad condemnandum.*
172 *Crimen hæreſis, & læſæ Maieſtatis quinquennio præſcribitur.*
173 *Bona vaſſalli ſi ſubiacent confiſcationi, ad quem ſpectent, ad feudatarium, vel ad ſupremum dominum, remiſſiuè.*
174 *Confiſcatio num extẽdatur ad bona extrà territorium remiſſiuè.*

Vel bonorum confiſcatione,
quę ad noſtrum Regium
Fiſcum præfati no-
ſtri citerioris Si-
ciliæ Regni
ſpecta-
ret.

AMPLIATIO XII.

CAPVT XVII.

SED neque circa con-
fiſcationem bonorum
munificentiam ſuã de
eſſe voluit Rex noſter
1 pientiſſimus, itaque re
ſultat maxima ad in-
dultum Ampliatio, nã
2 quando confiſcationi locus eſt grauia
delicta patrata fore demonſtratur, atrox
enim facinorum genus ſignificat, cum
ea veniat inconſequentiam delicti. ſicuti
conſiderauit Præſes de Franchis in de-
3 ciſ. 102 nume. 26. pro inde quò grauio-
ra ſunt delicta, ad quæ abolitionem ex-
tendi Rex noſter decreuit, eò maior
eius munificentia, ac liberalitas digno-
ſcitur, vt ex hac. tex. noſtri parte elici-
tur, in qua cum aptiorem in hoc indul-
tu locum non inſpexerimus, in quo com
modius aliqua de bonorum confiſcatio-
ne pertractari potuiſſet, propterea de-
creuimus pauca notatu digna hoc loco
ad materiæ cognitionem breuibus per
cenſere.

Id ergò in primis aduertendum pu-
4 tamus, quod confiſcatio ſignificatum
ducit à fiſco, qui propriè dicitur grauio-
5 ris æris receptaculum, ſportulaſuè, qui-
bus æs fiſci, id eſt Principis defertur, in-
6 de fiſcus per metaphoram publica Prin-
cipis pecunia, ipſumque eiuſdem pa-
7 trimonium dicitur, adeò, vt quandoq;
Princeps fiſcus nũcupetur, hoc eſt quod
docet iureconſultus in l. 2. §. hoc inter-
dictum. in princip. ff. ne quid in loco pu-
8 blic. fiat. ibi, res enim fiſcales quaſi pro-
prię, & priuatæ Principis ſunt, ex quo
quidem tex. Ioannes Pirrhus in tract. de
Magiſtr. Rom. in 8. parte, ſub rubr. de
quęſtorijs magiſtratibus. nume. 8. tradi-
9 de, quod hoc verbum confiſcarit ſum-
pſerit denominationem à fiſco, quaſi
10 idem ſit, quod commictere fiſco, mo-
tus ex tractatu iure conſulti in d. l. 2. ff.
11 ne quid in loco publ. & idem eſt, quod
Camera fiſcalis, vt notatur in rubr. C.
12 de iure fiſci lib. 10. & vnus eſt fiſcus, ſicut
vnicum eſt imperium. l. de prec. ff. ad l.
Rhod. de iactu, & in authen. quomodo
oporteat Epiſcopos in princ.

13 Hinc aduertendum putamus, quod
quamuis fiſci iura per vſurpationem, vel
ex priuilegio diuerſis locis, ac per diuer
ſos exerceantur, vnus tamen eſt fiſcus,
14 ſicuti dicimus in tutela, ſub qua licet plu
ra ſint patrimonia, & plures ſint tuto-
res vicem tamen vnius pupilli repreſen-
tant. l. iuriſperitos §. 1. ff. de excuſ. tut. l. ſi
plures. ff. de pactis, quare eodem modo
15 dicendum in fiſco, nam quamuis in ſin-
gulis prouincijs plures ſint procurato-
res fiſci. l. ſi quando. C. de bonis damn.
16 eorumq; diuiſa ſit adminiſtratio, tamen
vnus, & idẽ fiſcus eſt. arg. tex. in l. ſi duo.
ff. de admin. tut. ſic per plura cõprobat
Alber. in tract. de ſtatutis. lib. 3. q. 2. nu. 9.

Hiſce ſic præhabitis non omictendum
eſt, quod hæc confiſcatio non competit,
17 niſi iudici habenti mærum imperium ra
tione iuriſdictionis, & non alij, cuius qui
18 dem concluſionis ea erit ratio, quia con-
fiſcatio fit ratione iuriſdictionis, quæ ad
19 eum ſpectat, cui ineſt mærum, & mix-
tum imperium, vt per Doct. in l. impe-
rium. ff. de iuriſdict. omn. iud. Propterea
conſtituta eſt concluſio nuper fundata,
quæ quidem iuriſdictio cum certum ſit,
20 quod loco non circumſcribatur. l. Caius.
ff. de leg. 2. Præſes de Franchis in deciſ.
21 93. num. 4. nihilhominus adhæret terri-
torio. l. fin. C. vbi, & apud quos in integr.
22 reſtit. poſtul.

Ex quo deſcendit, aliquos ſecundũ ꝙ
Epiſcopus non poſſit confiſcare, quia,
& ſi

23 & ſi habeat diocæſim, vt dixit glo. in l.
Epiſcopale. C. de Epiſc. audientia, ta-
men non habet territorium, & propte-
24 rea ſuas exequitur ſententias per iudicẽ
ſecularem. §. ſi quis autem litigantium, in
auth. de Sanctiſſ. Epiſc. & d. l. Epiſco-
pale, quod quidem ſecùs foret, ſi habe-
ret territorium, nam ſequeretur Epiſco
25 pos habere iuriſdictionem in laicos de-
linquentes in Epiſcopi territorio, ſicuti
admonuit Alber. in loco præcitato. q. ta-
men 18. num. 9.
Hanc autem concluſionem ex mente
26 eiuſdem limitabimus duobus modis. Et
primo eam non admictemus, ſi per im-
peratorem fuiſſet Epiſcopo conceſſum
territorium, hoc enim in caſu haberet
27 iuriſdictionem. Secundo non procedet
præfata concluſio, ſi loquamur in ſpiri-
tualibus, & rebus Eccleſiaſticis, nam
pro comperto tenendum eſt, eos habe-
re iuriſdictionem, & per conſequens
28 poſſe confiſcare, vt in crimine hæreſis,
de quo per tex. in c. decernimus. de hæ-
ret. in 6.
His impoſitis conſequens eſt, vt ma-
29 teriam ſequamur, & hoc in loco dica-
mus, ꝙ hęc confiſcatio duplex eſt, vna eſt
confiſcatio ordinaria, & eſt illa, quę fit
30 in caſibus à iure, ſtatuto, vel conſuetu-
dine expreſſis, & hæc fit per quemcun-
que habentem mærum imperium ratio-
31 ne territorij. Altera verò eſt confiſcatio
extraordinaria, quæ fit in caſibus non
32 expreſſis à iure, & tunc ſolus Princeps
poteſt facere, vel iudices poteſtatis sũ-
mam habentes iuriſdictionem, non au-
tem inferiores ſine tamẽ iuſſu Principis.
l. vnica. C. ne ſine iuſſu Principis cæteris
iudicibus liceat confiſcare.
33 Prima itaq; vt ad eius explicationem
reuertamur, Confiſcationis ſpecies, quæ
fit in caſibus à iure permiſſis fit duplici-
ter, vel ipſo iure, vel per ſententiam iu-
dicis, vt declarat Alber. optimè in loco,
etq. proximè citatis, num. 8. cum ſeq. ad
quem remiſiſſe ſatis eſt, vti latè hanc
34 differentem diſtinctionẽ; quo loci ſub-
dit adnotandum, ꝙ quis poteſt delin-
quere, vel circa res, vel circa perſonas.

At cum noſtri ſit inſtituti ea tantum
35 attingere, quę ad huius indultus cogni-
tionem ſpectant vlterius non progredie
mur, ſed duntaxat illud proponemus, ꝙ
confiſcatio locum non habet, niſi pręce-
36 dente ſententia hominis declaratoria. l.
eius qui delatorem. ff. de iure fiſci, con-
tra glo. in c. cum ſecundum, de hæret. in
6. notant Bart. & Doct. in l. 3. §. quid au-
tem ff. quod quisque iur. Felin. in cap.
Rodulphus. in verſ. declaratoria. de reſcr.
Clar. in §. læſæ Maieſtatis. nu. 9. Boſſium
in tit. de ſententia. num. 47. cum ſequen.
Rota Auin. in deciſ. 121. in finalibus
verbis. itidem.
37 Confiſcatio pluribus de cauſis poteſt
fieri de iure communi, de quibus per
Ang. de maleficijs. in verbo, & eius bo-
na publicamus. per Felin. in c. cum no-
bis col. pen. ad finẽ. extrà. de præſcript.
Afflict. in c. 1. verſic. & condemnatorum
quæ ſint Regal. & Franc. de parma diſ-
fusè in tract. de priuil. fiſci part. 2. verſio.
ſupereſt igitur, citatus per Boſſ. in tit. de
bonorum publicatione nu. 1. circa prin-
cipium, idem Afflict. in conſtit. Regni
38 Patarenorum. num. 63 & ſeq. ea tamen
in hoc Regno paſſim non admictitur cõ
tra tamen Neapolitanos, niſi ex duobus
caſibus ex ſpeciali gratia Neapolitanis
39 conceſſa, nempe, puta in crimine hære-
ſis, & ſecundo in crimine læſæ Maieſta-
tis Diuinę, vel humanę, vt de ea meminit
Pręſes de Franchis in deciſ. 102 in prin-
cip. & aliqua ponit in materia, in deciſ.
40 213. & 276. & ſi talis gratia reddat ſe
conformem iuris tamen communis diſ-
poſitioni, vt dixit Ang. & Bald. in auth.
bona damnatorum. C. de bonis damn.
Cagn. in l. ea ſola. num. 7. ff. de reg. iur.
Dec. in conſil. 257. numer. 6 & in conſil.
442. numer. 6. Rol. à Valle in conſil. 92.
num. 5. & in conſil. 97. num. 2. vol. 2. Cę-
polla in conſil. 17. in 3. dubio. Boer. in
deciſ. 263 num. 24. cum ſequ. & in tract.
de ſedit. in 7. & vltima q. num. 30. Iacob.
Nouell. in pract. crim. fol. 176. num. 6.
Afflict. loco pręcitato. Claudius Barran-
dier in pract. crim. q. 70. numer. 5. Boſſ.
in pręcitato tit. dę bonorum publica-
tione,

Digitized by Google

tione, & in tit. de hæreticis. nu. 26. fol.
231.& Doctiſſimus Gomeſ. in libr. 3.va-
riarum reſol.tit.2.de crimine lęſę Maie-
ſtatis. num. 1. & 4.
Præter quos duos caſus Neapolitani
41 à confiſcationis nexu ob qualecunque
atrociſſimum delictum exempti ſunt, in
exteris autem ius commune firmum re-
41 manet.l.nam quod liquidè. §. pen. ff. ad
Sillan. in quibus, ſi daretur locus confiſ-
cationi ob delictum, quod de iure com-
muni pateretur confiſcationem animad
uerti poſſe non eſt dubitandum, confiſ-
cationem dari; verum nè ſic illotis ma-
nibus hanc confiſcationis materiam per
transeamus, decreuimus cæteris omiſſis
quinque ſubijcere quęſtiones quas in
hac materia digniores eſſe exiſtimaui-
mus.
42 Quarum prima illa ſit, num reus de-
linquens teneatur in foro conſcientiæ
ſoluere pænam à iure impoſitam, ante-
quam ſit per iudicem condemnatus, an
verò requiratur iudicis declaratio.
43 Secundo, num confiſcatio compre-
hendat bona futura.
44 Tertio, num comprehendat iura cō-
ditionalia.
45 Quarto, num confiſcatio extendatur
etiam contra tertios poſſeſſores bono-
rum.
46 Quinto & vltimo, num ipſum ius con
fiſcandi præſcribi poſſit.
Prima ergò q̄ſtio eſt, num quis in foro
47 conſcientiæ teneatur ſoluere pænam à
iure impoſitam, & hæc pro eius veridi-
ca reſolutione diſtinctionem patitur,
Quod, aut ſumus in pæna, quæ imponi-
tur ipſo iure, vel facto, putà in crimine
hæreſis, vel læſæ Maieſtatis, aut verò ſu-
mus in pęna, quæ non imponitur ipſo iu-
48 re, in primo caſu non parum inter Doct.
controuertitur, Nam quidam tradide-
re, quod ſtatim commiſſo delicto reus
delinquens teneatur in foro conſcientię
bona fiſco reſtituere etiam ante ſenten-
tiam, vel condemnationem; alij vero
non defuere, qui contrarium aſſeuera-
rint, vt inferius demonſtrabimus, adeò
vt media pro vtraque parte adducen-
da neceſſe ſit.
49 Pro prima itaq; opinione adducitur,
quod quando lex ſtatuit confiſcationē
ipſo iure imponendam ſtatim eſt quęſitū
ius fiſco, ob ꝙ delinquens obnoxius ſit le-
gis pænæ, eiuſq; confiſcationi indictę, vt
cenſuit Abb. in c. 1. colum. 8. verſic. hęc
limitarem. extrà. de conſt. idem in c. di-
lecti. col. 3. in fi. extrà. de arbitr. Felin. no-
tabiliter in d. cap. 1. col. 12. verſ. recipit
tamen. extrà. de conſtit. quamuis idem
parum conſtans cogitandum reliquerit
in c. audiuimus. col. 2. extrà. de ſimonia.
ſi ſic, ergo tenetur delinquens in foro
conſcientiæ bona fiſco reſtituere.
50 Secundo confirmatur hęc eadem cō-
cluſio per tex. in l. commiſſa. ff. de publ.
& vectig. vbi pęna quando imponitur
ipſo iure, vel ipſo facto tranſit ad hære-
des, ergò quæſitum eſt ſtatim ius fiſco
patrato delicto, & per conſequens tene-
tur in foro conſcientiæ bona fiſco reſti-
tuere.
Tertio præcedenti tex. proximus eſt
tex. in l. Caius. ff. ad Sillan. ex quo eadē
præcedens concluſio elicitur cum alijs
ſimilibus pro hac parte adductis per
Gomeſ. in lib. 3. variarum reſol. cap. 14.
51 ſub tit. de confiſcatione. numer. 3. circa
medium. Adeò, vt quamuis regula ſit
in contrarium, quod pænæ delictorum
non tranſeant ad hæredes, vt in l. 1. ff. de
priuatis delic. l. pupillum. §. in hęredes. ff.
52 de regul. iur. §. non omnes. inſtit. de per-
pet. & tempor. act. Niſi tamen lis ſit cū
defuncto conteſtata. §. pænales. inſt. eod.
53 tit. & in l. vnica. C. ne ex delicto defunct.
quatenus tamen ad eum peruenit. l. ſicut
pæna. ff. de reg. iur. vbi Decius, & in d. §.
in hæredes, & d. §. non omnes, quibus
54 quidem in caſibus bona delinquentis
ſunt tacitè hypotecata non ſolum quan-
do ſunt penes hęredem, verum quoque
ſi eſſent penes tertium poſſeſſorem, vt
55 per Neguſ. in 4. membro ſecundę partis
principalis. verſic. nonus caſus num. 124.
in tit. de pign. & diximus ſupra in cap.
56 pręced. num. 65. & infra ſub nume. 118.
cum ſeq. Attamen quando pęna eſt ipſo
iure imponenda tranſit ad hęredes, ſiuè
ſit lis

ſit lis conteſtata, ſiuè non; latè Iaſ. in l.
3.§.quid autem.num. 2. ff. quod quiſque
iuris, de quo latè per Boſſium in tit. de
pænis. num.34. verſic.pænæ delictorum.
57 Sed Gomeſ.loco nuper adducto con-
trariũ ſentijt,ſcilicet, quod delinquens,
licet ſtatim, & illicò poſt commiſſum
delictum pænæ ſe ſubijciat, tamen ad
huc requiratur iudicis declaratio prçce-
dente tamen proceſſu, ac plena cauſæ
cognitione.
Qua concluſione ſic poſita expendit
primo tex.in l. eius qui delatorem. ff. de
iure fiſci, ibi,nec enim exinde perit cau-
ſa, ex quo redempta eſt, vel actio peri-
mitur, vel condemnatio facta videtur,
verum oportet, conſtare prius, & de
crimine pronunciare, vnde conſtat li-
quidò, quod quamuis eius, qui delato-
rem corruperit ea ſit conditio, vt pro
victo habeatur, tamen per proceſſum
prius de delicto liquere debet, vt con-
demnatio poſtmodum ſequatur, ergò
requiritur ſententia, ac iudicis decla-
ratio.
58 Secundo adducit tex. in c. eum ſecun
dum l. verſ fin. de hæret. in. 6. ex cuius
formalibus verbis excerpitur, quod an-
te ſententiam non tenetur delinquens,
dum ait, confiſcationis tamen huiuſmo-
di executio, vel bonorum ipſorum oc-
cupatio fieri non debet per Principes,
aut alios dominos tẽporales iuxta Gre-
gorij Papæ prçdeceſſoris noſtri declara-
tionem, antequam per Epiſcopum loci,
vel aliam perſonam Eccleſiaſticam, quæ
ſuper hoc habeat poteſtatem ſententiá
ſuper eodem crimine fuerit promulga-
59 ta, & per prædicta (reiectis tamen per
Boſſium conſideratis in tit. de ſentẽtijs.
num.49.) hanc firmauit opinionem Go-
meſ. loco antecitato aſſentiens ſummæ
Angelicæ in verſic.pæna. art. 3 Silueſtr.
verſ. pæna.25. & in verſic. hæredis 18. q.
principali. verſic.3.pæna eſt, & ſic voluit
D. Thomas in 2. 2. q 62.art.3.vbi Caiet.
Cui quidem, & nos libenter ſubſcri-
bimus, tum quia ea non minimam cir-
60 cumfert æquitatem, quam ſemper præ
oculis habendá ex iure conſulti reſpon-
ſo in l. quod ſi epheſi.ff. de eò quod cer-
to loco cenſemus, tum etiam quia tra-
61 ctatur de articulo per ius canonicum de
ciſo d.c.cum ſecundum. l. quod tantorũ
Theologorum fide, ac doctrina fulctum
amplectendum fore putamus. per tex.
in c.1.& 2.extrà.de noui oper.nunciat.
Et nos vlterius cõſideramus, ꝙ hic ca-
62 ſus decidi poſſit ex his, quod aut non
conſtat de delicto, & erit caſus extra
difficultatem, quod non erit locus con-
63 fiſcationi, quia non omnis recuſatus eſt
reus, ſed qui conuincitur. c.non ne.8. q.
4. c. laudabilem. extrà. vt lite non con-
teſt. Specul. in tit. de aduoc. §. ſequitur
circa principium. Gram.in 1.conſil.poſt
64 deciſ. num.65. circa medium. Aut verò
caſus eſt dubius,& tunc nequaquam cõ-
fiſcatio ſuum obtinebit locum, cum in
65 criminalibus probationes debeant eſſe
luce meridiana clariores.l.ſciant cuncti.
C.de probat. cum ſimilibus.
66 Aut vero conſtat de delicto, & in eo
cadit confiſcatio bonorum ipſo iure, &
tunc, & ſi liquidò conſtaret quem deli-
quiſſe, clariſque probationibus de eo
victus eſſet, adeò, vt delicti notorium
apertè appareret, tamen non ne ſuper
67 notorio requireretur ſententia? vtique;
vt minimè negari poſſit.per tex.in clem.
appellanti. de appell. dixit Bart.in l.em-
ptorem.num. 3. ff.de act. empt. idem in
l. exitus. vbi addentes latè. ff. de acquir.
poſſeſſ. & deduxit Campeg. in materia
68 tex. in l. ſi conſtante. ff.ſolut. matrim. in
tract.de dote.par.3.q.21. Et ſi quis repli-
caret, quod ſuffi.it factum fuiſſe noto-
rium, quamuis ex proceſſu non ſit noto-
rium, allegando Bald. in c.tua. extrà. de
cohab. cler. & mul.de quo meminit Ca-
pic. in deciſ. 54. num. 6.
Attamen iſta Bart. doctr.non facit ad
caſum quæſtionis noſtræ, cũ nõ diſcepte-
mus, ſi ſufficiat factum fuiſſe notorium,
quando ex proceſſu non eſt notorium,
ſed ſupponimus, ſi ſententia requiratur
in notorio, inde non negabit Bald. etiã
69 ſuper notorio requiri ſententiam, nam
quamuis æquiparetur ſententiæ.d.l. em-
70 ptorem. ff. de act. empt. æquiperabitur
tamen

tamen quò ad effectum, vt idem operetur, ac ſententia, vt inibi aduertit Bart.

71 Vel, & ſecundo poſſumus dicere, q Baldi doctr. quatenus ad propoſitũ mereret allegari, vera per nos admictetur, quãdo vltra notorium aliud à iure non exigitur, vt in caſu q. noſtræ.

Pro inde, hac Baldi Doctr. ſepoſita, munitam credimus hanc noſtram concluſionem ex præcedentibus. Quam poſtremo roboramus hoc arguendi genere, dicentes, quod ſi affirmaretur ſententiam non requiri in confiſcatione ipſo iure facienda, ſequeretur, quod

72 reus delinquens teneretur ſe prodere, & diffamare, at quis non tenetur ſe prodere, & diffamare, arg. tex. in c. ſi peccauerit. 2. q. 1. cap. quis aliquando. verſ. non tibi dico. de pænit. diſtin. 1. quod contingeret in confiſcatione, cum non poſſet quis abſque maxima infamia bona ſua fiſco reſtituere, ergò non tenebitur reſtituere, ne quis ſe prodat, delictumque proprium oſtendat, ac manifeſtet.

73 Verum hanc opinionum diuerſitatẽ fœdere ſequentis diſtinctionis reconciliari poſſe noſtro quidem iudicio iudicamus, quod quando pęna confiſcationis ipſo iure imponitur duos poſſumus con

74 ſiderare caſus, primum nempe reſpectu perſonæ delinquentis, alterum verò reſpectu executionis, quòd ſi pæna con-

75 fiſcationis in perſona delinquentis conſideretur, quodq; is ſtatim patrato delicto pænæ per ſtatuentem indictę ſubijciatur, nulli dubium eſt, quin iuris ſubtilitate ſtatim commiſſo facinore reus in pęnam incurrat, & ſic poſſunt intelligi adducta pro primæua opinione, ſed non propterea ſequitur, quod teneatur in foro conſcientiæ ex ratione deſuper adducta, quia quis non tenetur ſe prodere, ac delictum proprium manifeſtare.

76 Quod ſi inſpicimus executionem pęnæ confiſcationis, quod eam ſtatuens exequi poſſit, vtique, quamuis pęna ipſo iure imponatur, quamuis delinquens pænæ ſe ſubijciat, tamen quia abſque proceſſu, & abſque liquidis probationibus, & abſque ſententia pæna ſuam non poterit ſortiri executionem, quam actendendam eſſe ratio ſuadet, propterea requiritur ſententia, & ex conſequenti quis in foro conſcientiæ non tenebitur ante ſententiam bona ſua fiſco reſtituere, ſicque in his reſidemus ex adnotatis maximè per Archid. per nos poſt hæc ſcripta viſum in c. fælicis. num. 13. verſi.

77 infamie. de pænis in 6. quem videt, nã concludit, quod quò ad infamiam, & bonorum confiſcationem effectualem, & pænam corporalem infligendam neceſſaria erit ſententia ſaltim generalis, vt pronuncietur, ſcilicet, talem criminoſũ, & quamuis tamen dominium bonorum eius à die commiſſi criminis amictatur; non tamen ei auferuntur, nec fiet executio bonorum, vel eius pęnę, niſi poſt ſententiam ſaltem generalem.

78 Hæc quò ad hanc primam diſtinctionis partẽ. Reſtat. vt ſecundum proſequamur caput, quando ſcilicet imponitur pęna non ipſo iure, & tunc ex communi Doct. conſenſu concludendum aſſeueramus, delinquentem in foro conſcientiæ bona fiſco reſtituere non debe-

79 re ante iudicis declarationem, quæ quidem concluſio infraſcriptis rationibus fulciatur. Quarũ prima ſit, quod quælibet pæna imponẽda requirit iudicis declarationẽ, eiuſque ſententiam. d. l. eius qui delatorem. ff. de iure fiſci. §. in hoc 33. q. 2. ergò non tenebitur quis in foro conſcientiæ fiſco bona reſtituere ante iudicis ſententiam.

80 Secundo pænæ impoſitio à lege indicitur non ſolum pro delinquentis punitione, ſed etiam pro bono publico, cum Reipublicæ interſit delicta puniri. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. l congruit. ff. de officio præſid. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publ. & vectig. l. capitalium. §. famoſos. ff. de pęnis, at ſi ante ſententiam quis teneretur bona fiſco reſtituere nõ

81 ſatisfieret Reipublicæ beneficio, propterea ex his, & ex alijs antè ſententiam iudicis delinquens non tenebitur bona fiſco reſtituere, vt voluit glo. finalis in c. fraternitas. 12. q. 2. quam commen-

dat

dat ibi Archid. eamquè reputat ſingu-
larem Panor. in c. 1. nume. 10. extrà. de
de conſtit. & in proęmio decret. in verſ.
Rex pacificus. col. 4. numer. 5. & in cap.
Rainaldus. de teſtamentis. Bald. in l. qui-
bus diebus. §. dominus. in fine. ff. de con-
dit. & demonſtr. vbi Imola, cæterique
ſcribentes. idem Bald. in l. id quod pau-
peribus. col. 4. C. de Epiſc. & cleric. & in
l. poſt deciſionem. C. de furtis. D. Tho-
mas in 2. 2. q. 62. art. 3. & alij per Gomeſ.
loco præmonito recenſiti, ad quem bre-
uitati ſtudendo legentes remittimus.

82 Hanc autem concluſionem multo for
tius procedere admonemus, quando
ſtatuens indicit pœnam confiſcationis
infligendam per verba futuri tempo-
ris, dicens, quod bona ſua publicentur,
& tunc abſquè ſcrupulo ſententia requi
ritur, vt probatur in auth. Gazaros. C.
de Hæret. & Manich. l. ſi quis in tantam
C. vnde vi. l. 1. & 2. C. ne liceat potent. l.
in criminali. C. de iuriſd. omn. iud. dedu-
xit latè Alber. in tract. de ſtatutis. parte
2. q. 18. num. 12.

83 Sed iſthæc limitabimus non proce-
dere, ſi reus delinquens condemnatus
fuerit per iudicem, nam tunc tenetur in
foro conſcientiæ bona ſua fiſco reſtitue-
84 re, & ratio, quia ex ſententia eſt ius quę-
ſitum fiſco, inde oritur actio iudicati ad
exigendam pœnam arg. tex. in l. 1. & per
totum. ff. de re iud. ſic edocuit Bald. in
l. id quod pauperibus. col. 4. q. 9. C. de
Epiſc. & cler. Anchar. in reg. poſſeſſor.
3. q. principali. col. 13. de regul. iur. in 6.
ideò tenebitur in foro conſcientiæ de-
linquens bona ſua fiſco reſtituere, & ex
his ſatis dilucidatam credimus hanc pri
mæuam quæſtionem.

85 Ad ſecundam propterea q. progre-
diamur, num in confiſcatione veniant
bona futura? in qua reſolutiuè reſpon-
dendum in ea non venire bona futura,
86 adeò, vt poſt confiſcationem illatam
bona de nouo per reum acquiſita non
veniant in confiſcationem, ſed propria
ipſius rei efficiantur per tex. in l. ſi man-
dauero tibi. §. is cuius bona ff. mand. cu-
ius tex. verba formalia hæc ſunt, is, cuius
bona publicata ſunt mandare alicui po-
teſt, vt ea emat, & ſi emerit vtilis erit
mandati actio, ſi non præſtet fidē, quod
ideo receptum eſt; quia publicatis bo-
nis quicquid poſtea acquiritur non ſe-
quitur fiſcum, & per hunc tex. ſic dixit
Bald. cæterique Doct. poſt glo. in l. fin.
C. quæ res pignor. oblig. poſſ. in fine.
Imola in l. ex facto. §. fin. ff. de vulg. &
pup. Bart. in l. fin. ff. de bonis damn. Cyn.
& Salic. in l. 2. C. de bonis proſcriptis.
And. in c. 1. §. ſi. col. 2. q. 3. de Capit. corr.
ac quamplures alij per Gomeſ. coacer-
uati in loco proximè citato num. 1.

Hoc autē Axioma duplici liceat per
nos corroborari fundamento, & primo
87 bona futura non veniunt in confiſcatio-
nem, quia publicatio non fit, niſi bono-
rum tempore confiſcationis exiſtētium.
l. eius qui. §. 1. ff. de teſtamen. ibi. bona
quoque, quæ tunc habuit, cum damna-
retur publicabuntur. vbi Bald. & Caſtr.

88 Secundo quia deportatus non repe-
titur prohibitus acquirere ea, quæ ſunt
de iure gentium. l. quidam ſunt ſerui. in
fine. ff. de pœnis. ex quibus nuper firma-
ta concluſio fulcitur, de qua eſt tex. in l.
certa forma. C. de iure fiſci libro 10. vbi
Bart. Platea, & cæteri Doct. & Canoni-
ſtæ in cap. fælicis. verſ. verum, de pœnis
in 6.

Sed quia paulò ante enunciauimus, ꝙ
bona futura non veniunt in confiſcatio-
nem, ſed efficiuntur propria ipſius de-
linquentis, obiter incidit quærere, num
89 talia bona tranſibunt ad hæredes rei, vel
ad fiſcum, Gomeſ. loco ſuperius allega-
90 to tenuit, quod quia efficiuntur propria
rei delinquentis tranſibunt ad eius hæ-
redes, motus per præcitatum tex. in l. ſi
mandauero tibi. §. is cuius bona ff. mand.

91 Contrarium tamen erit affirmādum,
quod immo non ad eius hæredes, ſed ad
fiſcum bona prædicta tranſibunt, idquè
ex ea iuris veridica concluſione, quod
is, qui porſcriptis bonis damnatus eſt
92 nequeat habere hæredem, ergò ſi non
ad hæredem ad fiſcum bona tranſibunt.
l. 2. C. de bonis proſcriptis. d. l. eius qui
§. 1. ff. de teſtamentis. l. quidam ſunt. ff.

de pænis. tradidit Bart. in l. ex facto. §. ex
facto. in princ. ff. ad Trebell. Fulg. in d.
l. ſi mãdauero tibi. §. is cuius bona. Aret.
& Alex. in l. 1. C. de hæred. inſtit. Platea
in d. l. certa forma. in princ. col. 2. C. de
iure fiſci. lib. 10. plura ad comprobatio-
nem effundit Arius Pinellus. in rubr. C.
de bonis mat. parte 1. nume. 3. verſic. ſi
93 verò publicatio bonorum, cum quo &
nos concludimus, quod quamuis effi-
ciantur propria bona futura ipſius de-
linquentis eius tamen vita durante ad
tex. in l. ſtatius florus §. corn. fælici. ff. de
iure fiſci, nihilhominus non tranſibunt
ad eius hæredes, ex quo non poteſt ha-
bere hæredes, ſed benè ad fiſcum ex ſu-
pra adductis.

94 Deſcendit ex his tertiã differere quę-
ſtionem, num ſcilicet in confiſcatione
veniant iura conditionalia? & in ea iti-
dem negatiuè dicendum, per tex. iuncta
glo. in l. nam ad ea. ff. de condit. & de-
monſtrat. cum alijs infra diſcutiendis.

95 Tamen pro eius dilucidiore explana-
tione ſic ſupponendum eſſe duximus,
nempè, quod, aut quærimus num veniſſe
in confiſcationem iura conditionalia
peruenientia ex contractibus, aut illa iu-
96 ra conditionalia, quæ ex vltima perue-
niunt voluntate, in hoc vltimo caſu non
difficultandum iura conditionalia mi-
nimè venire in confiſcationem, nam li-
cet habeant cauſam de præterito, & ve-
rificetur conditio poſt ſententiã, & poſt
condẽnationem, tñ. quia ſicut talia iura
97 non tranſirent ad verum hæredẽ, ex quo
conditionalia, inde non tranſmiſſibilia.
l. vnica §. ſin autem ſub cond. C. de ca-
98 duc. toll. l. 1. C. quando dies leg. ced. l.
1. §. fin. ff. quando vſufr. leg. ced. quia
dum pendet conditio nõ eſt nata actio,
99 neque obligatio. Bald. & alij in l. 1. C. vt
actiones ab hæred. & contra hæredes. in
l. 1. C. comm. deleg. & in d. l. vnica. §. 1.
vbi Bald. ſub nume. 11. eodem modo nõ
tranſibunt ad fiſcum, qui loco hæredis
100 habetur. l. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. de
quo differit Rota Auin. in deciſ. 121.

101 Quod ſi quærimus de iuribus condi-
tionalibus ex contractibus prouenien-
tibus, & tunc quamuis dixerimus iura
conditionalia non tranſire ad hæredes
per tex. in d. l. nam ad ea. ff. de cond. &
demonſtr. in illis iure conſulti verbis,
vel ſi publica ſint, nam poſtea quæſità
non caderent in eas cauſas, vbi Bartol.
Imola. Caſtr. & alij, facit tex. in l. inter-
dicit. ff. eod. tit. dixit Bald. in l. etiam. C.
ad l. falcid. Bald. Ang. Alex. & Imola in
l. quoties. ff. de nouat. attamen ex ratio-
102 ne in vltimis voluntatibus per nos per-
penſa reſultat, quod quia in contracti-
bus contraria ſit conſtituenda regula,
quod ij, quamuis ſint conditionales trã-
ſeunt tamen ad hæredes. §. ex conditio-
103 nali. inſtit. de verb. oblig. Ideò conclu-
dendum talia iura ſicut tranſeunt ad hæ-
redes, ita ad fiſcum debere tranſire,
probat hoc tex. in l. inter ſocerum. §. fin.
ff. de pactis dotalibus. Verum cum hanc
concluſionem cum ſeq. declarationibus
interpetrandam fore cenſeamus, pote-
rit vtraq; opinio admicti iuxta tamen
declarationes intellecta.

Pro inde aduertamus, quod quando
dicimus iura conditionalia ſicut ad hæ-
redes tranſmicti, ita ad fiſcum pertinere
intelligendum, quando conditio eſſet
104 caſualis, vel mixta, & procedet opinio
affirmatiua, ſecus verò ſi eſſet pote-
ſtatiua, nam ſicut talis conditio non
tranſmictitur ad hæredes, ita nec ſpecta-
bit ad fiſcum, & huius concluſionis ea
105 erit ratio, quia creditor defectus cenſe-
tur eſſe in culpa non adimplendo. l. ſi de
cem cum petiero. ff. de verbo. oblig. vbi
Doct. communiter l. potior. & l. qui bal-
neum. ff. qui potior in pign. hab. ſic vo-
luit Bald. in l. fin. col. 6. verſic. ego autẽ
diſtinguo. C. de contrah. empt. & pro-
cedet concluſio tex. negatiua in d. l. nam
ad ea.

106 Secundo tunc conditio tranſibit ad
hæredes, quando eſſet de futuro, &
ſic intelligi poterit primæua opinio, &
tranſibit adhuc ad ipſum fiſcum; quod ſi
conditio eſſet de præſenti, vel de præte-
rito, tunc ſicut non tranſit ad hæredes.
l. cum ad præſcriptionem, cum l. ſeq. ff.
ſi cert. pet. l. conditio. ff. de verb. oblig.

eodem

eodem modo non tranſibit ad fiſcum,&
ita interpetranda opinio negatiua, de
quarum veritate latè Gomeſ. in præcita-
ta rubr.de confiſcatione bonorum nu.2.
107 Quantum verò pertinet ad quartam
conclusionem, num reus delinquens va-
leat cum bona conſcientia alienare?pro
reſolutione q. ſic diſtinguendum arbi-
tramur, quod aut vult alienare titulo
108 oneroſo, & tunc non poterit pacto ali-
quo alienare, ex quo emptor eſſet in ma
ximo damno, cum ab eo poſſent bona
prædicta alienata per fiſcum auferri etiã
pręcio non ſoluto, nec oblato, ſi verò
alienaret titulo lucratiuo tunc vtique
poſſet alienare,quia ratio damni in caſu
109 præcedenti conſiderata ceſſat in aliena-
tione facta titulo lucratiuo. ſic ex Bart.
theorica per cæteros Doct. approbata
in l. poſt contractum,num. 12 ff. de do-
nat. colligimus,quam in duobus caſibus
110 reſtringendam fore conſulimus. Et pri-
mo quod ſi delictum eſſet ita occultum,
vt nullo modo probari poſſet, poterit
etiam tit. oneroſo in hoc caſu alienare,
vt ex authoritate ſummæ Angelicæ, &
Silueſtr. reſoluit eruditiſſimus Gomeſ.
in ſæpæ ſępius citato loco.num. 3.
111 Secundo,quod ſi alienaret pro alimẽ-
tis neceſſarijs vtique tunc licebit titulo
oneroſo alienare, & alienatio valebit
arg. tex. in l. alienationes quę. ff. fam.
hęrciſc. & in l. peto.§.prædium.ff. deleg.
112 2 immo quod plus eſt, nedum poterit
ſoluere eius creditoribus.l.ſed nec illud.
113 ff.de ſolut.l.debitori cum glo. ff. de fide-
iuſſ. Verum, & eidem poterit bona fide
ſolui per eius debitores l. aufertur.ff.de
iure fiſci, maximè, quando non eſt in-
terdicta adminiſtratio, vel bona ipſo iu-
re non ſunt publicata l.reo vbi glo. alle-
gat concordantes.ff.de ſolut. diſſerit la-
tè Boſſ. in tit. debitores an delinquenti
114 ſoluere poſſint in pręiudicium fiſci fol.
mihi 551. & ſic in hac q. ſubſiſtendum.
ex qua defluit.
115 Quinta quęſtio in eo conſtiſtens,num
bona alienata ac per tertios poſſeſſores
detẽpta poſſint à fiſco vẽdicari? & in ea
tres caſus ſupponẽdos eſſe arbitramur.

Primus quando quis alienat ante de-
lictum commiſſum. Secundus, quando
quis poſt delictum commiſſum,ſed ante
ſententiam alienat. Tertius, quando
quis alienat poſt ſententiam, & condẽ-
nationem.
116 Primus caſus quando quis alienat an-
te delictum commiſſum non habet vllã
difficultatem, quod poſſit quis alienare,
& per conſequens fiſcus non poterit ea
vindicare. Iſthæc concluſio duabus præ-
cipuis rationibus probari poteſt, quarũ
prima eſt illa, quia ante delictum fiſcus
117 nullam habet obligationem perſonalẽ,
vel realem, nec vlla eſt actio quæſita fi-
ſco, qua mediãte fiſcus poſſet bona alie-
nata reuocare, & vindicare, ſecundum
communem, de qua per Boſſ. in tit. de
bonorum publ. nume. 81. cum ſequ. & ſi
118 Accurſ. in l. reſcriptum. in princip.ff de
pact. dixerit, quod eo ipſo, quod deli-
119 ctum eſt commiſſum pęna eſt quaſi de-
bita fiſco, largo tamen modo ad ipſam
pęnam obligabitur, vt interpetratur
Bart. in l.fin. ff de iniur. non autem ſtri-
ctè, ex quo pęna iudicis officio infertur
Iaſ. in l. 1. col. 5 circa medium. ff.de iu-
120 rild. omn. iud. Alexan. in l diuortio. §. ſi
fundum. verſic. aut commodum. in col.
fin. ff. ſolul. matr. quod ſecus erit in deli-
ctis ex contractibus incidentibus, nam
ſicut fiſcus ex ſuo contractu habet taci-
121 tam hypothecam. l. aufertur. §. fiſcus. vbi
glo. ff. de iure fiſci, dixit Bart. in l. 1. & 2.
C. in quib. cau. pign. vel hypoth. tacitè
contrah. Eodem modo ſi incideret in
contractu delictum ſecundum Bart. &
122 poſt eum Paulus de Montepico in d. l.
poſt contractum. colum. fin. verſic. circa
prædicta. num. 16. de quo articulo vide
Neguſ. in tract. de pignor. in 4 membro
2. partis principalis. nume. 115. vbi latè,
& Boſſ. in pręcitàto loco num 82. recen-
ſuimus ſupra num. 55. & infra ſub nume.
133. vnde ſi non habet hypotecam non
erit locus reiuendicationi bonorum an-
te delictum alienatorum in tertios poſ-
ſeſſores.
123 Secunda erit ratio firmatæ conclu-
ſionis, nam fiſcus quando verum eſſet,

quod eſſet creditor ob delictum non eſ-
ſet niſi creditor futurus, at creditores
124 futuri nõ poſſunt reuocare alienata per
debitorem ante delictum contractum,
niſi probetur alienationem fuiſſe in frau
dem factam, vt Doct. & in ſpecie Bart. in
d. l. poſt contractum. ff. de donat. tradi-
125 dere. Cujus fraudis expreſsè, vel præſum-
ptiuè plura recenſet ſigna, Gomeſ. in
ſæpius enunciato loco. num. 4. & Affl. in
in deciſ. 370 ergo non admictetur ad re
uocationem bonorum in tertios poſſeſ-
126 ſores translatorum. Qua fraude proba-
ta expreſsè, vel præſumptiuè non ſolum
per donationem, verum quocunque alio
modo fiſcus poterit reuocare. l. in frau-
dem. ff. de iure fiſci. l. ſi aliquis. ff. de do-
nat. cauſa mortis.

127 In qua materia illud obiter vti ſingu-
lare recenſere non omictamus, quod
quando ſumus in alienatione facta ante
delictum coniecturæ fraudis ſufficiunt
tam in alienante, quam in poſſeſſore, &
non exigitur probatio fraudis in poſſeſ-
ſore, etiam ſi titulo oneroſo habeat, &
poſſideat, & ratio, quia coniecturæ indu-
128 cent præſumptionem fraudis, ſic notabi-
liter eruditiſſimus Gomeſ. loco antedi-
cto. num. 4. verſ. item & intellige.

129 Secundus eſt caſus, quando quis alie-
nauit poſt delictum commiſſum, & tunc,
aut ſumus in delictis in quibus cadit cõ-
fiſcatio ipſo iure, vel in quibus interdi-
citur bonorum adminiſtratio, eorumq;
dominium.

Primo caſu fiſcus non poterit bona
alienata reuocare ſiuè ſit facta alienatio,
130 tit. oneroſo, ſiue tit. lucratiuo, ex quo
alienatio poterat iure merito fieri, nam
propter delictum delinquenti non au-
fertur adminiſtratio bonorum, in reatu
131 enim conſtitutus bona ſua poteſt admi-
niſtrare eique debitor rectè bona tamẽ
fide ſoluit... aufertur, ff. de iure fiſci. inde
eſt quod tanquam dominus poterit alie
132 nare, eò maximè, quod eius bona non
ſunt ex delicto, eiuſque pœna fiſco taci-
tè obligata, vt præter deſuper adducta
probatur in l. res vxoris. C. de donat. in-
ter vir. & vxor. vbi Bald. l. 1. C. de pœnis
fiſcal. non præfer. lib. x. vbi Bart. Platea,
cæterique Doct. gloſ. vbi Bart. & alij
cõi omniũ calculo in l. aufertur. §. fiſcus.
ff. de iure fiſci, diximus ſupra ſub numer.
55. & num. 118. cum ſequ. Habet tamen
133 quoddam ius contra perſonam, quod
cum non ſequatur fundi poſſeſſores, l. ſi.
134 §. fin. ff. de contrah. empt. l. 1. §. ſublata.
ff. ad Trebell. cum ſimilibus, non pote-
rit fiſcus reuocare bona alienata in ter-
tios poſſeſſores, ſicuti de hoc tex. eſt
apertus in d. l. poſt contractum, & in l. ſi
quis poſt hac, C. de bonis proſcriptis.

Aut vero ſumus in delictis, in quibus
135 interdicitur bonorum adminiſtratio, &
cadit confiſcatio ipſo iure, tunc ex quo à
136 die commiſſi delicti eſt fiſco ius quæſitũ
omnis alienatio reuocabitur, & proinde
bona auferri poſſunt per fiſcum à poſſeſ-
137 ſoribus, adeò, vt Diui Seuerus, & Anto-
ninus reſcripſerint, ex quo quis aliquod
ex his cauſis crimen contraxit, nihil ex
bonis ſuis alienare, aut manumictere cũ
poſſe. in l. ex judiciorum. verſic. adeò,
vbi glo. & communiter Doct. ff. de accu-
ſat. l. donationes in concubinam. §. fin.
ff. de donat. l. fin. C. ad l. Iul. Maieſt. cap.
ſecundum. l. verſic. bona hæreticorum.
de hæret. in 6. ſicque concludendum in
omnibus caſibus, in quibus cadit con-
138 fiſcatio ipſo iure, de quibus per Bart. &
Doct. in l. imperator. ff. de iure fiſci. in
l. commiſſa. ff. de public. & vectig. & in
d. l. poſt. contractum. ff. de donat.

139 Hanc cõcluſionem ampliabimus pro-
cedere nedum ſi delictum ſit commiſsũ,
ſed ſi alienauerit poſt accuſationem in-
ſtitutam, & multò fortius poſt litem cõ-
teſtatam, ſecus tamen ſi condemnatio
ſecuta fuerit, vt eſt tex. in d. l. poſt con-
tractum.

140 Ex his infertur, quod in crimine læſæ
Maieſtatis non fiat confiſcatio ipſo iure
ex quo tractatur de bonorum confiſca-
tione, quæ quidem bona non ſunt iuris
141 ciuilis, ſed de iure gentium, vt conſide-
rat Boſſ. in tit. de crimine læſæ Maieſta-
tis. numer. 72. inde Bart. in verbo rebel-
lando ſub tit. qui ſint rebelles col. 2. ver.
142 ſed puto, dixit, quod Iudex debet ſententiã
ferre,

ferre, vt ſequatur bonorum confiſcatio,
ponderat Alex. in vol. 13. col. 2. verſ. 6.
143 Sed interdicitur adminiſtratio bono-
rum. l. pen. & fin. C. ad l. Iul. Maieſt. vbi
Bald. Salic. Alber. Ang. & alij Bart. in l.
Imperator. ff. de iure fiſci, & in d. l. poſt
contractum. col. pen. Bald. in l. 1, col. 2.
C. ne ex delicto defunct. Aret. in §. pla-
cet. col. 4. verſic. quarto contrahens in-
144 ſtit. de except.
Quæ quidem interdictio adminiſtra-
tionis adhuc ſolet fieri in officialibus in
officijs delinquentibus. de quo Bart. in
l. libertus. §. in quæſtionibus. ff. ad muni-
cip. & in l. quod ſi fortè. §. ſunt quidam. ff.
de ſolut. de quo per Præſidem de Fran-
chis in decis. 8. & in decis. 419. Eaque
145 tunc habet locum quando quis officio
priuandus venit. argumento tex. in l. hęc
ſtipulatio. §. dinus. ff. vt legat. nom. cau.
Francus in d. deciſ. 8. num. 2. & 5. & ha-
betur per Caſtr. in conſil. 332. incip. vi-
ſo teſt. in fine vol. 1.
146 Tertius, & vltimus caſus eſt, quando
quis delinquit poſt ſententiam, & poſt
condemnationem, & tunc nullum erit
dubium, quin alienatio vti facta per reũ
notoriè cõdemnatum non valeat. Hinc
ſi qua bona alienata ſunt per fiſcum vin-
dicabuntur. d. l. poſt contractum, & l. reo
criminis. ff. de ſolut.
147 Hanc autem concluſionem contin-
get limitari, niſi à ſententia condemna-
toria fuerit appellatum, nam ſi reus pẽ-
dente appellatione alienabit, valebit
alienatio, donec durat cauſa appellatio-
nis, verum ſi ſententia confirmata fuerit
148 ea retractabitur, tanquam quid innoua-
tum lite pendente tex. eſt ſingularis in l.
chirographis. §. 1. ff. de admin. tut. & eſt
communis Doct. reſolutio. de qua per
Bart. Alber. Caſtr. Imolam. Cumanum,
& Paulum de Montepico in d. l. poſt cõ-
tractum, & in d. l. ſi quis poſthac. C. de
bon. præſcrip. Dynus, & Alber. in l. om-
nes. §. Lucius. ff. quæ in fraudem credit.
149 & reuocabit fiſcus, ſed precio emptori-
bus minimè reſtituto, de quo eſt tex. in
l. 2. C. de furtis. l. 3. & l. ſi mancipium. C.
de reiuend. l. ſi ſciens. C. ad velleian. l. ſi
quis hoc pacto. ff. de contrah. empt. l. Ti-
tius. ff. de ſeruis export. l. 1. C. ſi mancip.
ita ven. ne proſtit. l. ſi debitor. ff. quæ in
fraudem credit. & d. l. poſt. contractum.
& l. donationes in concubinam. §. fin.
150 Sed prædicta declarabimus non eſſe
vſquequaque vera, nam ſi præcium con-
uerſum ſit inuctilitatem ipſius condem-
nati, vel ſi extaret, vel aliquid eſſet loco
rei ſubrogatũ fiſcus teneretur illud ſolue
re tex. eſt in l. ex his. ff. quæ in fraudẽ cre-
dit. in l. emptor. ff. de rei vend. & l. im-
perator. §. fi. ff. de leg. 2. vt dixit Bart. in l.
ſi debitor. in fi ff. quæ in fraudem credit.
Ioan. Andr. in c. cum ſecundum. l. col.
fin. vbi Anchar. col. 1. Archid. 2. & Do-
min. in 2. col. Idem Anchar. in cap. fin.
de præſcript. in 6. Rom. in l. ſenatus. ff.
ad Sillan. cum alijs per Gomeſ. coacer-
uatis in lib. 3. variarum reſol. cap. 2. ſub
rubr. de crim. lęſę Maieſt. num. 2.
151 Hiſce tamen poſtremò ſubiungẽdum
vtiliter erit, quod in caſibus in quibus
non cadit confiſcatio ipſo iure, nec tol-
litur. & impeditur adminiſtratio, ſeque-
ſtrum bonorum non habet locum. l. de
pollicitationibus. vbi Alber. mirabilem
reputat. ff. de pollicit. l. in omnibus, cum
materia. ff. de iud. alias verò ſequeſtrum
admitteretur. ſic Gomeſ. in l. 3. variarum
reſol. c. 14. de confiſcatione bonorum.
num. 4. verſ. ex quibus in fine.
In qua materia ſubnectendum erit, ꝙ
ĩ caſu, quo ſequeſtro locus eſſet interim
dominus alendus erit ex bonis ſequeſtra
tis. l. fin. C. de ordin. cognit. arg. tex. in l.
ſi neget. ff. de lib. agn. l. pupillus. ff. de pri
uil. l. credit. cum alijs per Surdum con-
ſideratis in tract. de alimẽtis. tit. 1. q. 123.
152 Reliquum eſt, vt vltimã expediamus
quæſtionem, quanto ſcilicet tempore
hoc ius confiſcationis pręſcribi poſſit?
Pro cuius declarat. ſic diſtinctim conſi-
derandum fore putamus, quod aut lo-
153 quimur de confiſcatione bonorum de
iure canonico indicta, puta in crimine
154 hęreſis, & ſimilibus, & tunc, quamuis de
eo iure crimina non tollantur præſcri-
ptione, vt docuit Dec. in cap. licet cau-
ſam. colum. 3. verſi. poſtremò. extrà. de
pro-

155 probat. & tradidere Doct. in c. venera-
bilis.extrà.de elect.tamen affirmandum
eſt hoc ius confiſcandi præſcribi ſpatio
156 10. annorum per tex. inſignem in c.2. §.
4. de præſcript. in 6. Quem quidem tex.
in fiſco Eccleſiæ procedere, declararunt
Abb.in c.cum nobis.col.3.num.8.& Fel.
in col. 3. in fine.verſ. inquantum Abbas
declarat, extrà. de pręſcriptionibus.

157 Aut verò loquimur de confiſcatione
facienda per iudicem ſæcularem, & in
beneficium fiſci ſæcularis, & in hac quã-
uis varij varia dixerint,

158 Quidam enim voluerunt, quod ſiuè
ſumus in confiſcatione ipſo iure indicta,
ſiuè in confiſcatione, quæ non fit ipſo
iure tunc fiſcus poſſit petere bona infra
triginta annos, & ratio, quia tanto tem-
159 pore præſcribitur actio perſonalis iudi-
cati, quæ ex ſententia oritur, ac iudicis
officiũ pro eius executione competẽs. l.
ſicut in rem, vbi glo.C.de præſcript. 30.
vel 40. annorum, & dixit Gram. in de-
ciſ.70.nu. 3. latè Lanfrancus in tract. de
arbitr. par.7.num.47. cum ſeq. fol. 18. à
tergo.Tract.tomo. 3. parte 1.

160 Alij verò dixerunt hoc ius præſcribi
ſpacio decem annorum moti per tex. in
l. qui diutino. ff. de pęnis, ſed tenentes
hanc opinionem hallucinantur, ex quo
161 tex. in d. l. qui diutino non dicit, quod
pęna tollatur ſpacio 10. annorum, ſed
quod per illud tempus minuatur, vt con
ſiderauit Rocchus de Curte in tract. de
conſuet.col.2.& ſeq.

162 Alij vero ſubiunxerunt tale ius præ-
ſcribi poſſe ſpacio viginti annorum, per
tex. in l.querelam.C. de falſis, per quem
tex. ſectantes hanc opinionem docue-
163 runt tanto tempore nedum præſcribi ius
accuſandi, verum quoque, & ius inqui-
rendi, vt per Anchar. in conſi. 190.incip.
plura cõtra proceſſum, de quo meminit
Boſſ. in tit. de accuſatione,num. 32.

Quibus quidem proximus eſt tex.in l.
in omnibus. ff. de diuer. & tempor. præ-
164 ſcript. Quo ſtatutum eſt, quod in omni-
bus fiſci quęſtionibus, exceptis cauſis, in
quibus minora tempora ſeruari ſpeciali-
ter conſtitutum eſt 20. annorum præſcri-
ptio cuſtoditur. vbi glo. Bart. ac cæteri
communiter.

165 Tamen ab ea opinione diſcedendum
non eſſe affirmamus, ꝙ inducatur præ-
ſcriptio per quinquennium. Pro cuius
cõcluſionis cõprobatione adducimus 1.
tex.in l.in cognitione.ff.ad Sillan.in co-
gnitione inquit Venuleius Saturninus,
aperti aduerſus ſenatus conſultum teſta
mẽti, eius qui à familia ſua occiſus dicat
quinquennij tempus conſtitutum eſt ſe-
natus conſulto, Tauro, & Lepidio Con-
ſulibus, ex quo apertè patet quinquen-
nij tempus ſufficere ad inducendã præ-
ſcriptionem, quo ad extraneos tamen,
166 ſecus verò quo ad filios, qui parricidij
pęna teneri poſſunt, nam eodem Sena-
tus conſulto permictitur ſemper accu-
ſari poſſe, vt aduertit idem tex. per quẽ
ſic voluit Alex. in d.l.querelam num.
& Ang.de malef.in verſ.& eius bona pu-
blicamus.num.23.

167 Secundo affertur tex. in l. 2. C. de ve-
ctig. & commiſſis. in quo deciſum repe-
ritur, commiſſum, quod ante quinquen-
nium factum dicitur vendicari poſſe, ſi
tamen lite res anticipata nõ eſt, vbi Bar.
& alij de quo meminit idem Bart. in l.
commiſſa.nu.4.ff.de publ.& vectig.

Tertio expendimus ad hoc tex. in l.
668 2. C.de Apoſt. in quo decreuit Impera-
tor poſſe quem de Apoſtaſia accuſari
etiam poſt mortẽ intra tamen iuge quin
quennium.vbi Doct.

Quarto, & vltimo pro hac eademmet
169 opinione adducimus glo. in verſic. ſubi-
re tex.in l. manicheos. C. de hæret. quæ
talia profert verba. ex quo text. inquit
in mortem quoque hæreſis crimen extẽ-
datur, nam ſi in criminibus Maieſtatis
licet memoriam accuſare defuncti non
immeritò, & hic debet ſubire tale iudi-
170 cium, exponit glo. eſt ergò ſimile crimen
hæreſeos crimini lęſę Maieſtatis, vt vtrũ-
que poſſit poſt mortem accuſari, vt hic,
& infra ad l. Iul. Maieſt. l. fin. in fine, ſic
& in apoſtatis, vt infra de Apoſt.l.hi qui,
& hoc vſque ad quinquennium fortè in
omnibus prædictis, vt infra de Apoſt. l.
ſi quis defunctum.

Cuius

171 Cuius glo. authoritate poſſumus vna
cum Gomeſio loco proximè citato. nu.
5. & Boſſio in antedicto tit. de accuſa-
tione, num 31. concludere, quod tale ius
confiſcandi præſcribatur ſpacio quinq;
annorum, vt demonſtrauit per plura
Aret. in §. interdum. col. 2. circa mediũ.
inſtit. de hær. quæ ab inteſt. defer. Cui
quidẽ concluſioni nos libentiſſimè ſub-
172 ſcribimus, vt delictorum inducatur po-
tius liberatio, ex quo prõptiores debe-
mus eſſe ad liberandum, quam ad con-
173 demnandũ. l. Arianus. ff. de act. & oblig.
& quia in crimine læſæ Maieſtatis, & hæ-
reſis quinquennij præſcriptio vendicat
locum, ergò, & multò magis in confiſ-
catione, arg. tex. in auth. multò magis. C.
de Sacroſ. Eccleſ.
174 Demum, vt vltimam huic parti ma-
num apponamus, hoc in loco aduerti-
mus, quòd ſi contingat vaſſalli bona cõ-
fiſcari, diſceptari dum poſſet ad quem
pertineãt num ad feudatarium, an verò
ad ſupremum dñm, remictimus ad Boſſ.
ſubtiliter conſiderantem in tit. de pœnis.
175 nu. 25. & num confiſcatio extendatur ad
bona extra territoriũ ſita, & de materia
tex in Authen. bona damnatorum. C. de
bon. proſcriptis, videto Bertazzolum
in conſ. 51. 52. 58. 82. 83. 84. & 232. ex cu-
ius dictis dilucidata apparebit præſens
cõfiſcationis materia, circa quam iſthæc
ſummo, vt aiũt, digito attigiſſe ſufficiat.

SVMMARIVM.

1 *INdultus hic reſtringitur, ſi pæna, vel mulcta, vel condemnatio, vel aliter exacta, vel incorporata fuerit.*
2 *Exceptio eſt in auxilium regulæ.*
3 *Exceptio firmat regulam in contrarium.*
4 *Exceptionis natura duplex eſt.*
5 *Exceptio eximit, ſeu extrahit à rigore ipſius regulæ.*
6 *A regula huius indultus eximitur, & extrahitur caſus in hoc capite deductus.*
7 *In hoc indultu exceptio exhibitis turbata ordine naturæ eiuſdem regulæ, & nu. 9.*
8 *Regula procedit de rigore, exceptio verò de equitate.*
10 *Accurſij ſcholium in verſic. in omnibus tex. in l. placuit. C. de iudic. enodatur.*
11 *Dictio, dummodo eſt dictio continuatiua, & admonitiua.*
12 *Dictio, dummodo, eſt præcedentibus aduerſatiua.*
13 *Dictio, dummodo, facit diſpoſitionem cõditionalem*
14 *Exceptio declarat mentem indefiniti, obſcuri, ac præcedentis ſermonis.*
15 *Exceptio declarat regulam, non ampliat*
16 *Exceptio non comprehendit, quod regula non includit.*
17 *Hic caſus in præſenti capite appoſitus de iure communi adhuc procederet.*
18 *Gratia principis trahitur tantum ad pænam perſonæ, & non ad bona.*
19 *Gratia Principis quando trahitur ab bona non extenditur ad bona confiſcata, & incorporata.*
20 *Gratia Principis re integra parit effectum.*
21 *Gratia Principis non operatur effectum, ſi res paſſa eſt executionem.*
22 *Pæna ſemel quæſita per executionem in beneficium fiſci non derogatur per Principem & num. 23.*
24 *Indulgentia non trahitur ad executa.*
25 *Executio quando facta eſt à l. vel ab homine non admictitur purgatio moræ.*
26 *Quando tamen res eſt integra, & executio non eſſet perfecta.*
27 *Indultus hic non extenditur ad pænas exactas, & de ratione ſub numero 28. & 29*
30 *Effectus ſemel conſumptus non reuocatur, licet cauſa exactionis ceſſet, vel reſoluatur.*
31 *Solutione eius, quod debetur omnis tollitur obligatio.*
32 *Per exactionem pænæ omnis tollitur pæna.*
33 *Exacta pecunia verbum, nedum ad delegationem verum quoque ad ſolutionem referendum eſt.*
34 *Exactas, & incorporatas verba in præſenti indultu adiecta demonſtrant Regem loqui de vera, & effectuali exactione, & incorporatione.*
35 *Incorporatio quid ſit.*

36 Ex-

36 *Expenditur tex. in l. 3 C. de bonis vacant. & de incorporatione. lib. 10.*
37 *A rubro validum eſt argumentum.*
38 *Incorporatio præſupponit exactionem.*
39 *Subſequens præſupponit neceſſarium antecedens.*
40 *Incorporatio quæ fit per Principem ipſo iure duos operatur effectus.*
41 *Princeps ſecuta incorporatione ſtatim facit fructus de illis bonis tamquam dominus.*
42 *Dominium non tranſit ſine poſſeſſione.*
43 *Dominium tranſit in Principem abſque poſſeſſione in caſu incorporationis ipſo iure indictæ.*
44 *Incorporatio eſt corporis alicuius membra facere.*
45 *Diffin. prædicta ad materiam noſtram nihil attinet.*
46 *Incorporatio fit vnius Eccleſiæ ad aliam.*
47 *Vnio fit duarum Eccleſiarum.*
48 *Tranſlatio dicitur cum fit de vna Eccleſia ad aliam.*
49 *Incorporatio, vnio, & tranſlatio.*
50 *Vnio ex pluribus facta vnum quaſi quodam mixtum ſtatuit.*
51 *Quando abſunt ſigna diſiunctiua tunc non efficitur vnicum corpus.*
52 *Vnio quando habet locum dictum de vno intelligetur de alio.*
53 *Iura efficiuntur promiſcua, & connexa per incorporationem, vel vnionem.*
54 *Bona quæſita, & quærenda propter vnionem videntur communia.*
55 *Vnio facta ex falſa cauſa num valeat, remiſſiuè.*
56 *Vnio facienda per Epiſcopum num requirat tractatum, remiſſiuè.*
57 *Inſtrumenta notarij matriculati valebunt.*
58 *Matricula inducit præſumptionem, incorporationem, & inueſtituram.*
59 *Notarius ex matricula inueſtitus efficitur de corpore, & collegio notariorum.*
60 *Pæna per incorporationem tranſlata eſt in Regis dominium.*
61 *Facilius remictitur ius fiſci, quã ius priuatorum.*
62 *Ius fiſci incorporatũ non poteſt remicti.*
63 *Perdere lucrum iam quæſitum, & incorporatum eſſet pati damnum.*
64 *Indultus hic de iure poterat difficultari, num procederet in pæna aſſignata, vel compoſita.*
65 *Indultus hic num loquatur nedum in vera, & effectiua ſolutione verum etiam in ſolutione interpetratiua.*
66 *Effectus ſolutionis num ſit ab indultu requiſitus, an quoque modus exigatur.*
67 *Aſſignans rem pro pæna num videatur ſoluere.*
68 *Compenſatio habet vim ſolutionis.*
69 *Aſſignare eſt traditione nuda alicuius rei dominium transferre.*
70 *Dominium Caſtri num transferatur per verbum aſſigno.*
71 *Aſſigno verbum in dote adiectum num transferat dominium.*
72 *Explicatur tex. in l. aſſignare. ff. de verb. & rerum ſignificatione.*
73 *Exactæ pecuniæ verbum non ſolum ad ſolutionem verum ad delegationem quoquè referendum eſt.*
74 *Delegans nomen debitoris pro pæna num ſubiaceat huic indultui.*
75 *Delegans ſoluit.*
76 *Creditor videtur exegiſſe per delegationẽ*
77 *Debitor per delegationem factam liberatur.*
78 *Iſthæc num procedant in dote.*
79 *Rex noſter inuictiſſimus vtramq; inſpexit ſolutionis ſpeciem, veram, & interpetratiuam.*
80 *Cauere quid ſignificet.*
81 *Cautionis verbum à l. prolatum de ſimplici, & nuda cautione ſine fideiuſſore intelligitur.*
82 *Cautionis verbum ab homine prolatum importat cautionem cum fideiuſſore.*
83 *In hoc indultu num requiratur cautio cũ fideiuſſore.*
84 *Maior eſt cautio cum fideiuſſoribus, quã cum pignore.*
85 *Fideiuſſoris præſtatio non eſt onus leue.*
86 *Periniquum eſt reum ſuper vacua cautione onerari.*
87 *Ij debent ſatiſdare, qui ſatiſdationem exigere ſolent.*

88 *Datio*

88 Datio fideiuſſoris, vel pignoris, ſatiſfactio eſt.
89 Satiſfactio eſt ſolutio.
90 Solutionis verbum ad omnem ſatisfactionem pertinet.
91 Soluere is dicitur, qui id facit, quod promiſit.
92 Solutionis verbum ad omnem liberationem quoquomodo factam attinet.
93 Indultus hic magis ad ſubſtantiam obligationis, quàm ad nummorum ſolutionem refertur.
94 Fideiuſſoris datio iudicis arbitrio relinquitur in caſu huius indultus.
95 Lex quando exigit numerationem num ſufficiat quod pecunia interueniat.
96 In venditione ſub haſta emptio debet fieri præſenti pecunia, alias venditio eſſet nulla.
97 Confeſſio de recepto num ſufficiat in caſu tex. in l. à Diuo Pio, §. ſed ſi emptor ff. de re iud.
98 Aliud eſt receptio, aliud eſt confeſſio.
99 Aliud eſt confeſſio, aliud eſt numeratio.
100 Indultus verba ad quemlibet ſolutionis modum adaptantur.
101 Vbi eadem mens l. eſt, ibi finis, & effectus eſt ipſius.
102 Sufficit quod cautum ſit fiſco rebus, aut perſonis.
103 Per acceptationem pœnæ num oriatur tacitus, an expreſſus criminoſi conſenſus.
104 Acceptans literas cambij, conſentit tacitè, & expreſſè.
105 Incorporatio tacita pœnæ fit fiſco per acceptationem ipſius.
106 Acceptare eſt frequenter accipere.
107 Quid autem in pœna compoſita.
108 Compoſitio in genere conſiderata, num differat ab ipſa tranſactione.
109 Tranſactio propriè conſiderata fit cum parte.
110 Compoſitio propriè conſiderata fit cum fiſco.
111 Compoſitio quæ fiſco applicatur ſuccedit loco pœnæ, & num 21.
112 Per compoſitionem num quis diffinitiuè à delicto abſoluatur.
113 Compoſitio loco pœnæ perſonalis eſt ſuccedanea.
114 Semel condemnatus num poſſit ſæpius per eodem delicto moleſtari.
115 Semel compoſitus num poſſit amplius moleſtari, & num. 120. & 121.
116 Peccata ſemel dimiſſa, in vltionem iterum non debent redire.
117 Iudicis authoritas facit de illicito licitum.
118 Decipi quis non debet ſub iudicis authoritate, & num. ſeq.
122 Reipublicæ intereſt delicta puniri.
123 Illicitum quandoque non eſt puniendum.
124 Abolitione gratuita ſemel facta num poſſit iterum accuſari.
125 Rex noſter quare indulget pœnas perſonales non executas, & pœnas pecuniarias realiter exactas, vel incorporatas minimè.
126 Lex eſt ſub dubio intelligenda.
127 Indultus hic eſt quædam pragmatica generalis ſanctio.
128 Caſus ficta ſolutionis num includatur ſub hoc indultu.
129 Lex non extenditur ad caſus fictos.
130 Actus ficti non ſecluduntur à Principis beneficio.
131 Vna determinatio reſpiciens plura determinabilia debet æqualiter determinari, & num. 132.

Dummodo pœna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, incorporata, aſſignata, acceptata, vel compoſita non ſit, aut aliter fiſco noſtro pro ea cautum fuerit, aut bona ipſa iam per ſententiam à iudice latam expreſsè confiſcata non fuerint.

CAPVT XVIII.

VIſum eſt hactenus quibus in caſibus hæc vera Regia indulgentia ſuum vendicabit locum, & quàm latè ampliari, & explicari poſſet. Modò hæc generalis regula ſic generaliter conſtituta,
1 reſtrictionem recipit, vt ea nequaquam procedat, ſi pœna, vel mulcta, vel condemnatio realiter exacta, incorporata, vel aſſignata fuerit, vel ſi acceptata, vel compoſita fuerit, vel ſi bona per ſententiam à iudice latam expreſsè confiſcata fuerint, vel ſi aliter fiſco pro ea cautum fuerit.

In ſumma ex regula deſuper conſtituta conſurgit in eius auxilium exce-
2 ptio aduerſus ſupra deductos caſus, quæ cum ſit in auxilium regulæ, §. vt autem, in Auth. de non alien. aut permut. quem expendit And. in princ. ſui operis in c. 1. §. ſi quis de manſo. num. 14. verſ. & ſic. de contr. inueſt. & in §. & dimidium the-
3 ſauri, num. 93. verſ. additio. ſub rubrica quę ſint reg. firmabit regulam in contrarium, l. nam quod liquidè, §. fin. ff. de penu leg.

Hinc conſtituamus, quòd regula de qua ſupra, firma remanebit in omnibus caſibus, præter exceptos in hac præ-
4 ſenti parte; cuius quidem exceptionis
5 natura duplex eſt, nempe eximere, ſeu extrahere à rigore ipſius regulæ, vt conſiderauit Philippus Probus in additione ad Io. Monachum in rub. de reg. iur. in 6.
6 num. 5. cum ſeq. Sicuti in caſu noſtro à regula abolitionis, ſiuè indultus generalis excipi caſus pœnarum exactarum, vel incorporatarum, aliarumque quæ in tex. ſequuntur, ponderamus, ex quibus ſequitur, quod ſancitum in hac parte per viam exemptionis, ſiuè extractionis
7 decretum ſit; peruerſo tamen ordine naturæ ipſius regulæ, etenim ipſa procedit
8 de rigore, exceptio verò de æquitate, vt colligitur de tex. in l. 1. ff. de leg. & adnotauit expreſsè glo. in verſ. in omnibus rebus, tex. in l. placuit, C. de iudic. At hic videmus regulam non rigore, ſed æquitate, ac liberalitate munitam, ex quo generalem impartitur delictorum abolitionem; exceptionem verò non æqui-
9 tati, ſed rigori ſubiectam. Vnde peruerſus ordo naturæ ipſius regulæ apertè indicatur.

10 Sed nos obiter tradamus pro huius ſubtilitatis enodatione, quod quando inquit glo. quod regula de rigore procedat, exceptio verò de æquitate, velit firmare, quod regula procedit de rigore, quod ſit adeò firma, & fixa, vt non patiatur ampliationem, neq; declarationem; adeò vt cum non poſſit modo aliquo relaxationem pati, niſi per exceptionem, ſapiat quid rigoris: inde inquit glo. quod regula procedit de rigore, ſed cum per exceptionem relaxetur regulæ rigor, eiuſque firmitas, ideo gloſa profitetur, exceptionem procedere de æquitate. Quorum theoremate retento hoc in loco affirmandum putamus, quod ab ipſa regula generalis indultus per uiam exceptionis eximantur, ſiuè extrahantur pœnæ iam exactæ, incorporatæ, ſiuè aſſignatæ.

Et hoc quidem demonſtrat dictio in
11 eo adiecta, Dummodo, quæ tum quia eſt continuatina, & admonitiua l. 1. ff. de nouat. l. an inutilis, & l. pluribus, ff. de acceptilat. l. ſi bene, ff. de vſur. dixit Ioan. And. in c. non poteſt, de præb. in 6. cum
12 quia eſt præcedentibus aduerſatiua, Pariſ. in conſ. 47. nu. 71. & in conſ. 57. nu. 15.
13 cum ſeq. vol. 3. faciet conditionem, adeò vt, ſiuè per viam declarationis, ſiuè per viam exemptionis, ſiuè per modum admonitionis, ſiuè denique per modum aduerſatiuę ſuboriatur ab hoc generali indultu exceptio vt is non comprehendat pœnas exactas, incorporatas, ſiuè aſſignatas.

14 Ad ſecundam exceptionis virtutem perinde pertranſeamus, quæ in eo conſiſtit, quod indefiniti, obſcuri, ac præcedentis ſermonis mentem declaret, adducimus in arg. tex. in l. fin. §. cui dulcia.

ff de

ff.de vino trit.oleoque leg. Bertrand. in
conſ.131.incip.viſo caſu,vol.1.
15 Sed aduertendum,quòd quamuis ex-
ceptio declaret regulam, eam tamẽ ne-
quaquam ampliat: Hinc ea quæ per ſe,
16 ſuaquè natura regula non comprehen-
deret,non operabitur ſub ſe comprehẽ-
ſionem,nec incluſionem,l.in generali, §.
vxori,vbi Bart.ff.de vſufr. leg. l. Lucius,
§.pluribus,vbi idem Bart. ff. ad Trebell.
l.1.in fine,ff.de reg.iuris.
17 Ex quibus deſcendit huc pertinere,
quod etſi hic indultus expreſsè à regula
generali abolitionis non excepiſſet pœ-
nas, mulctas, condemnationes exactas,
incorporatas, aſſignatasuè, de iure ta-
men ſubintellecta foret talis exceptio,
18 ex quo extat regula,quod gratia Princi-
pis trahitur tantum ad pœnam perſonę,
& non ad bona, quod proſequamur ex
mente Farin.in tit. de inquiſitione, q.6.
19 num.28.cum ſequ.& quatenus extende-
retur etiam quò ad bona, non tamen
quò ad bona confiſcata, & incorporata,
20 quia gratia Principis ſuum operatur ef-
fectum re integra, ſecus verò quando
21 res ad executionem deueniſſet, nam ex
22 quo per executionem ſuum traxit res
executionis effectum,arg.tex. in l.fin.C.
de ſent.paſſ.in l. Gallus, §. & quid ſi tan-
tum,vbi Doct.ff.de lib.& poſthum. & ſic
23 quia pœna ſemel per ſententiam quæſi-
ta ſecum traxit executionem,ac in Prin-
cipis fiſcum ius eſt quæſitum, non pote-
rit idem Princeps quidquam facere in
fiſci præiudicium,arg.tex.in l.2.§. meri-
to, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in
24 loco publ.l.nec auus,C.de emancip. lib.
nec eidem per indulgentiam,& ſi gene-
ralem derogare,arg.dictorum per Bart.
in l.ſi in inſulam, q.4.num.19. ff.de verb.
25 obligat. quo loco tradidit, quod quan-
do executio eſt facta à lege, vel ab ho-
mine, nunquam admittetur purgatio
moræ, per tex.in l.ſi is cui.ff. de leg. 2. l.
fin.C.de condit.inſer.vbi Bart.l. Lucio,
ff.eodem tit.de leg.2.l.apud Aufidium,
ff.de opt.le.conſuluit Dec.in conſil.138.
26 incip. diligenter pro tenui, numero 3.
Quod ſi res eſſet integra, & executio
non eſſet perfecta vtique locus foret
purgationi ipſius moræ, vt eſt optimus,
ac ſingularis tex. in l.cui fundus, in fine,
ff.de cond.& demonſtrat. Cum qua qui-
dem Bart.doctr.pertranſiere Salic.Caſt.
& Corn.in d.l.fin.C.de condit.inſer. Al-
ber.in l.ſi plures, col. pen. C. eodem tit.
Imola in l.in teſtamento.la 2. ff.de con-
dit.& demonſtr.vbi Socc.& eſt commu-
nis opinio, vt teſtatur Alexan. in conſil.
95.incip.Viſis proceſſ.volum.2. Aret.in
conſi.18.& alij,quos citant addentes ad
Bart. in præallegata l. ſi in inſulam. q. 4.
litera t. Mirum propterea non eſt, ſi
27 hic generalis indultus non extendit ſe
ad pœnas exactas, incorporatas, & aſ-
ſignatas.
28 Quibus quidem in caſibus, cum ſup-
ponat executionem hominis miniſterio
29 eſſe factam,inde fiet quod ſicut in ciuili-
bus non admittitur purgatio moræ, eo-
dem ferè modò non admittetur amplia-
tio ipſius indultus ad pœnas exactas,
tum quia dum res non eſt integra, neq;
perfecta plenum eſt ius fiſco quæſitum,
in cuius iniuriam, ac præiudicium Prin-
ceps non poteſt abolitionem impartiri,
eamque exercere,Cum quoque quia ip-
30 ſius executionis effectus iam perfectus
eſt, & conſumatus, quo quidem caſu ef-
fectus ſemel conſumptus non reuocabi-
tur, quamuis cauſa exactionis, quam in
propoſito abolitionem eſſe conſtitui-
mus,ceſſaret,vel reſolueretur,l.fin.ff.vn-
de liberi, per quem tex. alioſque conſi-
miles talem conſtituit regulam Bart. &
poſt eum cæteri in l.2. in fine, ff. de do
nat.& dum per exactionem conſumptus
eſt actus ſolutionis,ſequitur, quod ſicut
31 ſolutione eius,quod debetur omnis tol-
litur in ciuilibus obligatio.l. græce, §. il-
lud, ff.de fideiuſſ.§.1.inſt.quib.modis tol
litur obligatio, eodem modo per exa-
32 ctionem pœnę omnis tollitur pœna,nam
33 verbum exactæ pecuniæ, vt inquit Vl-
pianus in l.verbum exactæ, ff. de verb. &
rerum ſignificatione, nedum ad delega-
tionem, verum quoque ad ſolutionem
referendum eſt.
Ex quo quidem iure conſulti reſpon-

ſo hæc verba exactas, & incorporatas in
34 hac indultus parte appoſita deſumpta
fore credimus, ad indicandum Regis
ſtatuentis mentem eſſe, de vera, ac effe-
ctuali exactione, & incorporatione vo-
luiſſe loqui, cum certi iuris ſit, quod ſicut
exactio effectualem demonſtrat ſolutio-
nem, eodem modo voluerit demõſtrare
effectualem ſolutionem per incorpora-
35 tionem, quæ nil aliud eſt, quam exactio
ſigillatim per rationales Regis diligẽter
adſcripta, vti depromitur de tex. in l. 3.
C. de bonis vacant. & de incorporatio-
ne, lib. 10. vbi Imperator ſic formaliter
ſanxit. Si quando, aut alicuius publica-
36 tione, aut ratione iuris aliquid rei no-
ſtræ addendum eſt &c. Ritè, atquè ſol-
lenniter per Comitem rerum priuata-
rum, & deinde per rationales in ſingulis
quibuſquè Prouincijs commorantes in-
corporatio impleatur, & diligens ſtilus
ſigillatim omnia adſcribat &c. Ex quo
elicitur deſuper annotata deſcriptio, ip-
ſamquè veram profitemur, ponderando
37 rubr. ex qua argumentari poſſe iuri con-
ſonum eſſe, tradidere Doct. in rubr. ff. ſi
cert. petatur. De bonis vacantibus, & de
incorporatione, inde deducendum exi-
ſtimamus, quod dum ſubſequitur incor-
poratio, oriatur conſequentia, quod ſi-
gnificet exactionem, vt ſubſequens præ-
38 ſupponat neceſſariũ antecedens, ad tex.
39 in l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. illud, & l.
ad rem mobilem, ff. de procurat. & in-
nuit glo. in verſ. pendẽte, tex. in l. defen-
ſionis facultas, C. de iure fiſci. lib. 10.

40 Hæc autem incorporatio, ſeu confi-
ſcatio, quæ per Principem fit, quando fit
ipſo iure duos operatur effectus.

41 Primo, quòd ſtatim facit fructus ſuos
de illis bonis tamquam dominus, l. cum
qui. ff. de ijs quib. vt indig. l. commiſſa, ff.
de publ. & vectig glo. in Auth. de inceſtis
nuptijs, §. 1. verſ. imminere. Io. Andr. ac
cæteri Canoniſtæ in c. fęlicis, §. nullus, de
pœnis, in 6. Cyn. & Bal. in Auth. inceſtas,
C. de inceſt. nupt. Alex. in l. 1. nu. 3. C. de
his quib. vt indig. And. in c. 1. §. item ſi fi-
delis, nu. 7. quib. mod. feud. amitt. Affl. in
Conſtit. Regni, Patatenorum, col. 4. verſ.
ſed quæro an iſta publicatio, & in Conſt.
Regni, ſi dubitatio, col. 6. verſic. 1. quod
vbi agit &c. Belluga in ſpeculo Princ.
rub. 14. de Amortiz. verſ. Nunc videam,
num. 8. & poſt eum Tiraq. in l. ſi vnquam,
ver. reuertatur, nu. 268. C. de reuoc. don.
& Couarr. in epito. deſponſal. p. 2. c. 6. §.
8. num. 8. & 9.

42 Secundus effectus eſt, ꝙ quamuis do-
minium non tranſeat ſine poſſeſſione, l.
traditionibus, C. de pactis, l. ſi ager, ff. de
43 rei vend. tamen in caſu incorporationis
ipſo iure indictæ tranſit dominium in
Principem abſque poſſeſſione, vt no. in
auth. de rapt. & mul. quæ rapt. nubunt,
Doct. in d. l. cõmiſſa, ff. de publ. & vectig.
Io. Monachus in c. cum ſecundum l. de
hæret. in 6. cum alijs per Camillum Bor-
rellum additis ad Bellugam in loco prę-
citato, litera c. vbi ſic edocuit.

Non tamen erit prętereundum, quòd
Luc. à Penna in d. rub. C. de bonis vacan
tibus, & de incorporatione, nu. 2. incor-
44 porationẽ diffinierit, ꝙ ſit corporis ali-
cuius membra facere, allegans tex. in c.
ad hoc baptiſmus valet. de cõſec. diſt. 4.
& tex. in c. 3. extrà. de hęret. Quę quidem
diffinitio quamuis, quatenus incorpora-
tionem reſpicit, ſuo Marte procedat, ad
45 materiam noſtrã nil propèmodũ facit,
ſed ea faciet ad rem in eo, quod ſupponi
poteſt de incorporatione, quę tunc dici
46 tur fieri cum ſit incorporatio vnius Ec-
cleſiæ ad aliam, quod ſi duarũ Eccleſia-
47 rum fieret, tunc propriè vnio nuncupa-
48 bitur, & ſi aliquando propriè tranſlatio
dicatur, cũ ſit de vna Eccleſia ad aliam.

49 Vnde annotandum, quòd habemus
corporationem, vnionem, & tranſlatio-
nem, ſicuti edocuit glo. in verſ. vniendo
tex. in c. 1. ne ſede vacante, vbi Hoſt. &
latè Innoc. in c. dilecta, extrà. de exceſſi-
bus Prælat. de qua latè per And. in c. 1.
num. 23. cum ſeq. de capit. Corrad. per
Boer. in dec. 345. & 346. & benè per Bal-
dum in conſ. 354. incip. Dominus Papa.
vol. 4. Lucas à Penna in l. hac prouidẽtiſſi
ma, nu. 6. ver. 4. ex his. C. de quib. muner.
vel prętat. nem. lic. ſe excuſare, lib. 12. &
aliqua per Annam. genitorẽ in alleg. 29.

Cuius

50 Cuius incorporationis,& vnionis vni cum dū taxat aduertamus effectū, quod vnio ex pluribus facta vnum quaſi quodam mixtum ſtatuit, vt videmus in duabus prouinciis.§.illud. in auth. vt Iudic. ſine quoque ſuffr. quod admittamus, niſi
51 adſint ſigna diſiunctiua, Nam tunc non
52 efficiuntur vnum corpus, quibus deficientibus dictum de vno intelligetur de a-
53 lio, ex quo per incorporationē, vel vnionem iura efficiuntur promiſcua,& conne
54 xa.l.libellum.C.de diuerſ. reſcr. Inde bona quæſita, & quærenda propter vnionē videntur communia.l.3.ff. pro Soc. dixit Bald. in præcitato conſ. 354. in fin. In qua
55 vnionis materia poſſet pertractari, Num vnio facta ex falſa cauſa valeat, & num
56 vnio facienda per Epiſcopum requirat tractatum,& alia notabilia inſeri hoc loco poſſent, de quibus per Boer. & alios præcitatos, tamen ne extra materiæ inſtitutum transgrediamur prædicta recenſuiſſe ſufficiat.

57 Illis hoc dum taxat ſubiungēdo, quod tradidit Bal. in l. 2. nu. 7. C. de ſent. & interlocut. omn. iud. Quòd ſi Not. fuerit repertus in matricula valebunt eius inſtrumenta ex præſumptione matriculæ, Cuius dicti reddit rationē dicens, quia Matricula inducit præſumptionem, incorpo
58 rationem,& inueſtituram, ad quod allegat tex. in l.eos. C.de offic. Magiſtri Militum, quibus conferunt tradita in quaſi poſſeſſione nobilitatis per matriculam acquiſita per D. Fabium de Anna meritiſſimum Conſiliariū in eius cōſ. 81. nu. 27. poſt Garſ.& alios, ex qua Bald. doct. deducatur, quod dum inquit quod inducit incorporationem & inueſtituram videt Innuere, quod quia ex matricula No
59 tarius inueſtitus ſit Notariatus officio, ideo effectus ſit de corpore, & Collegio Notariorum, etſic eam poſſumus ad
60 propoſitum noſtrum huc extendere, cōſiderantes, quod dum pœnæ ſit incorporatio ipſa, quæ inpoſſe priuatorum penitus à iuribus fiſcalibus erat remota incorporetur poſt modum in fiſci benefi-
61 cium, per quam quidem incorporationē ea in Principis dominium tranſlata eſt, & eſt ipſius Regis effecta, & propterea nec eam poſſet remittere.

62 Nam, etſi facilius remictatur Ius fiſci, quā ius priuatorum. Bald. in l. quicunq; col. 8. num. 27. C. de ſeru. fugit. & ſequitur Afflict. in conſtit. ſi quis rapere. num. 11. in fin. tamen ius fiſci iā applicatum,&
63 incorporatum non poteſt remicti, nam
64 tale lucrum iam quæſitum,& incorporatum perdere eſſet pati damnum l. liberto octoginta. ff. de bonis liber. glo. in ver. in integrum reſtitutionem. tex. in l. 1. §. propter inundationem. ff. de itin. actuque priu. l. non amplius. in priu. vbi Bal. Ang. Imol.& moderni ff. de leg. 1. Bal. in l. cum te ſponte. C. de donat. ante nupt. Caſtr. & Alex. in l. 2. §. fin. cū l. ſeq. ff. Qui ſatiſ. cog. idem Alex. in l. cum emptor. ff. ad l. Falcid. & in l. damnum infectum. ff. de damno infect. & tradit Iaſ. poſt Bald. in l. cum quis. nu. 4. C. de iuriſ. & facti ignor. & in l. reſcripta. nu. 8. C. de precib. Imper. offer. differemus diffuſius Deo Duce infra in verbo quæ omnia c. 23. num. 130. mirum ergò non erit ſi à generali hoc noſtro indultu exceptus ſit hic caſus pœnarum exactarum, & incorporatarum. At quoniā difficultati potuiſſet nunquid
65 præſens exceptionis caſus intelligi debuiſſet ſolum in caſu ſuo, & ſic quando pœna eſſet realiter exacta, vel incorporata, & ſic in vera ſolutione,& non quando pœna fuiſſet aſſignata, vel acceptata, vel compoſita, vlterius progreſſus eſt tex. hic noſter, inquiens, aſſignata, vel acceptata, vel compoſita, ſiuè aliter fiſco noſtro prota cautum ſit.

Adeò vt ex eius mente colligere valeamus, quòd is loquatur nedum in vera,& effectiua ſolutione, verum quoque in ſolutione, interpretatiua quam aſſignatio pœnæ, vel eius acceptatio demonſtrat,
66 perinde quaſi effectus ſolutionis ab indultu requiſitus ſit,& non modus. l. 3. C. de iuſtit. & ſubſtit.

Cuius quidem ſolutionis effectum dū exegit non curandum erit de modo ſolu
67 tionis, Nam ſi quis pro ſolutione pœnæ in dictæ aſſignaret fundum talis aſſignatio loco ſolutionis erit habenda, eiuſq;

vim

uim circumfert, eiuſquè verum parturi-
68 et ſolutionis effectum ad inſtat compen-
ſationis, quæ ſolutionis loco exiſtimatur
à iure conſulto. in l. ſi debitor. ff. qui pot.
in pign. hab. in l. amplius non peri. ff. rem
ratam haberi, cum ſimilibus adductis
per Sebaſt. Med. in tract. de compenſat.
in eius præfat. num. 2. & in quæſt. 24. in 2.
parte, & per Ioſeph. Lud. in deciſ. Peruſ.
69 xv. Id enim operabitur aſſignatio, quod ip-
ſa ſolutio cum aſſignate nil aliud ſit, quã
traditione nuda alicuius rei dominium
transferre. Paris. in conſ. 33. incip. vt
præſens num. 6. 26. & 27. volum. 3.
70 Hinc videmus, quod ſummus Ponti-
fex inquiens, Aſſigno tibi tale caſtrum,
transfert eiuſdem dominium, vt conſu-
luit Dec. in conſ. 540. incip. reuocatur
etiam abſque traditione.
71 Hinc & a. tale verbum dictum in dote
denotat tranſlationem dominij. vt tradi-
dit Guido Papa in deciſ. 524. & Caſſan.
in conſuet. Burg. in tit. Deſ. Droit, et apar.
§. 17. in princ. in verſ. in comitatu. num.
2. & 3. col. 1. verſ. ſed tamen, & id propriè
72 voluit Modeſtinus in l. aſſignare. ff. de
verb. & rerum ſignif. Dum inquit. Aſſi-
gnare libertum hoc eſt teſtificari cuius
ex liberis libertum eum eſſe voluit, & ſic
demonſtrat per aſſignationem transferri
dominium. l. 1. §. 1. ff. de aſſign. liber.
73 Hiſce conſequens eſt vt reliquam tex.
in d. l. exactæ partem compleamus. Quo
decretum eſt, verbum exactæ pecuniæ
non ſolum ad ſolutionem, verum quoq;
74 ad delegationem referendum eſſe, inde
ex hoc defluet, quod ad huc indultui ſa-
tisfieret, ſi quis pro ſolutione pœnæ no-
75 men debitoris delegaret, & ratio quia
qui delegat ſoluit. l. quamuis. §. inter dũ
76 ff. ad velleian. & propterea glo. in præ-
citato tex. notanter facit conſequentiã,
quod ex quo qui delegat ſoluit creditor
videtẽ exegiſſe, & ſic fiſco ſolutionem eſſe
77 factam ob delegationem nominis debi-
toris, cum debitor per delegationem ſit
liberatus. l. ſi probatum ff de tut. & cur.
datis ab his. l. qui debitorem, & l. qui ſa-
tiſdare. In fine. ff de fideiuſſ. & l. inter cau
ſas. §. abeſſe. ff. mandati.

78 Quamuis omitti non debet iſtæc in do
te non procedere ex eius ſpeciali fauo-
re, & priuilegio. l. ſi cum dotem. in prin-
cipio. ff. ſol. matr. Campegius in tract. de
dote. pag. 332. quæſt. 213. num. 1. & per
totum part. 3.
79 Vnde ex his deſcendit, quod Rex no-
ſter inuictiſſimus huius auctor indulgen-
tiæ effectum ſolutionis reſpexit, & non
modum, admonens vtramq; ſolutionis
ſpeciem, veram nempe, & interpretati-
uam, vt in aſſignatione ponderauimus,
quæ vt manifeſtius eluceſcant, ſubiung
imus verba in hac parte adiecta, dum di-
citur, vel aliud fiſco noſtro cautum ſit, &
80 cum cauere nil aliud ſignificet, quam
quem cautum reddere, vel per fideiuſſo-
res, vel per ſimplices cautiones. l. cau-
tionis verbum. ff de verb. & rerum ſignif.
& ſi daretur caſus in quo pro pœnæ ſo-
lutione fiſcus vellet ſe cautum reddere,
ex quo prolatum ab hoc indultu, et ſic à
81 Principe ſtatuente, non autem à l. ciuili,
quo quidem in caſu cautionis verbum in
telligi deberet de ſimplici, & nuda cau-
tione ſinè fideiuſſore l. ſancimus. C. de
verb. & rerum ſignif. vbi Doct. l. diuor-
tio. §. interdum. ff. ſol. matr. cuius regulæ
82 fallẽtias recenſet Viuius in deci. 137. Re
quireretur caueri per fideiuſſores. l. ſi
mandato. §. fin. vbi glo. & Bart. ff. Mand.
& Oldradus Latè in conſi. 68. incip. no-
mine.
83 Tamen quia talis fideiuſſor in hoc ca-
ſu exigitur ad maiorem ſecuritatem exa-
ctionis, vel geminandæ obligationis
poſſemus vna cum Baldo in l. vniuerſa.
num. 3. verſic. venio. C. de precibus Im-
perat. offeren. concludere, quod non ſit
neceſſarius fideiuſſor per tex. in l. Lu-
84 cio. ff. de action. & obligat. Idquè tum
quia maior eſt cautio cũ fideiuſſoribus,
quàm cum pignore, vt dixit Lucas à Pen
na in l. quoties. num 4. C. de dignit. libr.
85 12. Cum quia fideiuſſoris præſtatio non
eſt leue onus. l. orphono trophos. C. de
86 epiſcp. & cleric. Ideo periniquum eſſet
reum ſuperuacua Caut. onerari. l. hæc
ſtipulatio. §. fin. ff. vt legat. ſeu fideicom.
87 nom. cau. Præſes de Franchis in deciſ.
217.

217. & propterea inquit glo.fin. in verſ.
ſolent. tex. in ʃ.fin.inſtit. de ſatiſdat.tut.
quòd ij tantummodo, qui ſatiſdationem
exigere ſolent, debent ſatiſdare.
88 Inde ſubiungimus, quod quamuis da-
tio fideiuſſoris, vel pignoris ſatisfactio
ſit pro ſolutione. vt inquit Vlpianus in l.
89 ſatisfactio.ff. de ſolut.& qđ ſatiſfactio ſit
pro ſolutione. d. præcitata. l. ſatiſfa-
ctio, & quod hic indultus requirat ſolu-
tionem, cuius quidem verbum pertinet
90 ad omnem ſatiſfactionem. Vlpianus in
l. ſolutionis verbo.ff.de verb.& rerũ ſign.
91 ſubdens, eũ ſoluere dici, qui id facit, qđ
92 facere ꝓmiſit, & ad oẽm liberationẽ quo
quomõ factã.l.ſolutionis verbũ.ff.de ſolu.
93 Tamen ex quo magis ad ſubſtantiam
obligationis, quam ad nummorũ ſolutio
nem referatur, propterea cõcludendum,
quod quoquomodo fiſco cautum erit ſo-
94 lutionis vim actus aſſignationis, vel ac-
ceptationis habebitur, & ſiquæ de fideinſ
ſore dixerimus iudicis arb. ex rei perſo-
næ, ac quantitatis qualitate relinquen-
dum putemus, quamquidem opinionem
95 amplexandam libenter ſuademus, quia
ſi hæc l. indultus requireret numeratio-
nem, ſicuti quando l. exigit numeratio-
nem non ſufficeret, quod pecunia inter-
ueniret, ſed quod numeraretur.l.1.C.de
ſuffrag.l. 1.ff.de donat.inter vir. & vxor.
& l.ſi non deſignati.C.de falſa cauſa ad-
iecta leg. ſicuti in venditione facta ſub-
96 haſta, in qua requiritur quod emptio
fiat præſenti pecunia, alias venditio
haberetur pro infecta, ac poſſit eadem
97 res alij vẽdi.l.à diuo Pio.ʃ.ſed ſi emptor.
ff. de re ind. Adeò vt non ſufficiat confeſ-
ſio de recepto, vt tradidit Bart. in præ-
citato. ʃ. ſed ſi emptor. num. 6. & poſt
eum Alexand. num. 11. & Iaſ. num. 12, ac
cæteri tam in d. loco, quàm in l. 2. ʃ. fin.
vbi Iaſ. de communi teſtatur. ſub num.
98 20.ff. ſi cert.petat. & ratio, quia aliud eſt
confeſſio, & aliud eſt receptio, ad text.
in l. ſi ex cautione, C. de non numer. pe-
cun. & aliud eſt confeſſio, & aliud eſt
99 numeratio. l. 1. & fin. C. de dote caute
non numer. At hic indultus non requi-
100 rit ſolutionem veram dum taxat, ſed
quemlibet alium ſolutionim modum, ex
quo inquit, aut aliter fiſco noſtro cau-
tum ſit, pro inde quia huius indultus
uerba adaptantur apertè ad quemlibet
alium ſolutionis modum, rectè, ſiuè aſſi-
guata, ſiuè acceptata pœna fuerit debet
eiuſdem diſpoſitio ſuum habere locum
l.hos accuſare.ʃ.omnibus. ff.de accuſat.
l. 4.ʃ.toties.ff.de damno infect. l. Ita au-
tem. in principio. ff. de adminiſtr. tut.
cap. indemnitatibus. ʃ. ſed cum eas. de
electione in 6. dixit Flor. in l. 1. ʃ. quod 101
autem. num. 6. ff. de aleat. nam vbi ea-
dem mens legis eſt ibi finis, & effectus
eſt ipſius. l. 3. ʃ. fin. & l. ſed ſi lege. ʃ. de ea
aũt. ff. de pet. hære. & ſic ſufficit quoquo- 102
mõ ſiuè pſonis ſinè reb. fiſco cautũ eſſe. ad
tex. ĩ l. hãre. ʃ. cautũ. ff. de ver. & rerũ ſig.
Hęc autem nuper conſtituta admicten
da ſunt etiam ſi pœna fuerit acceptata, 103
nam cum peracceptationem oriatur ne
dùm tacitus ipſius criminoſi conſenſus,
verum, & expreſſus, ex quo dependet
ipſa obligatio, argum. text. in l. ſi filius
familias. la ſeconda. ff. ad Maced. in ma- 104
teria literarum cambij ponderati per
Matthes. in Notabili 22. incip. nota mi-
rabilem modum. per Cæpollam in cau-
tela 19. Bald. in l. ſi abſentis. num. 9.
verſic. vade. C. ſi cert. petat. Idem
Bald. & Salic. in l. ſi literarum. C. de ſo-
lut. & in l. ſi pro debito. C. de bonis auth.
iudic. poſſid. Bald. in conſil. 348. incip.
factę. volumin. 1. Alex. in conſi. 94. incip.
viſo punto. num. 3. volumin. 3. Pariſ. in
conſil. 5. incip. vnio. num. 206. volum.
4. & in conſil. 47. & 91. volumin. 1. Rota
Genuenſis in deciſ. 2. num. 11. & deciſ.
58. num. 7. & in deciſ. 104. num. 6. & 9.
Menoch. in Tractat. de Arbitr. iud. Cen-
turia 1. libr. 1. Caſu. 21. & in tractat.
de præſumpt. in libr. 3. præſumpt. 65.
Præſes de Franchis in deciſ. 303. cum
aliis cumulatis per Straccam in tractat.
de adiecto. part. 4. quæſt. final. Naſcitur 105
quædam tacita in fiſcum ipſius pœnæ in-
corporatio, Adeo vt cum non poſſit di-
ci res integra, nec in puris terminis exe
cutionis ob acceptationem pœnæ in di-
ctæ frequenter per reum acceptæ, Ni- 106
hil

hil aliud enim importat acceptare quàm frequenter accipere, vt eſt tex. in l. talepactum. §. poſt diuiſionem.ff. de pact. Ibi acceptauerunt, ſicuti declarauit in ibi Accurſ. in verſic. conuenerāt; Sequatur, quod eundem operabitur effectum, ac ſi verè, & realiter pœna eſſet exacta, vel fiſco incorporata.

107 Ex his deducatur non eſſe diſſentinni
locum, Idem ſtatuendum fore in caſu
108 pœnæ compoſitæ, quod ſuperius decre-
uimus, etenim cum compoſitio in gene-
re tamen conſiderata nihil differat ab
ipſa tranſactione vt dixit Afflict. in cap.
19 quando dicimus infamiam ipſo iure ir-
rogari interpretandum abſque iudicis
miniſterio. tota rubr. ff. & C. de his qui
20 not. infam. & ex quibus cauſa inf. irrog.
eam tamen infamiam ipſo iure irrogari
tunc dici debere putamus, eo ipſo quod
quis facit aliquid prohibitum, Ius enim
21 ipſum cum proferat ſententiam, irro-
gat infamiam. ſic Bart. in d. l. 1. num. 4.
ff. eod. tit. de his qui not. inf. inquiens
22 ſententiam illam, quod ipſo facto infe-
ratur, vel ipſo iure, declarandam ipſo fa-
cto. 1. propter ipſum factum, & ipſo iu-
re ſcilicet ſententiante, ſeu ſtatuente.

23 Hinc quintò ſcriptum eſt, compenſa-
tionem ipſo iure faciendam l. ſi quid à
fideiuſſore. ff. de compenſat. l. ſi conſtat.
C. eod. tit.

24 Hinc ſextò edictum, quod de ſucceſ-
ſione deſcendentium aſcendentibus ex-
tat abſque hominis miniſterio collatio-
nem conferri, ad text. in l. ſi mater. vbi
Bart. C. de ſuis. & legit.

25 Hinc ſeptimò, id quoque ſancitum eſt
in legitimæ ſupplemento, eiuſque reple-
tione ipſo iure faciendo, ac facienda
per Imperatorem in l. ſancimus. in prin-
cipio. & in §. repletionem. vbi Salicetus
ſub num. 4. C. de inoffic. teſtamento.

26 Hinc quoque & octauò idem eſt in re-
ſcriptis, vt Archidiac. placuit in cap. 1.
de reſcript. in 6.

Et

27 Et tandem adducimus, quòd quando
lex indicit pœnam, eamquè pronunciat,
adeò vt inter pronunciationem, & ſen-
tentiam non adſit medium in ea Iudicis
28 ſententia non requiritur, ex quo pœna
eſt ipſo iure commiſſa, ſic voluit Ioannes
And. in c. perpetuo, de elect. in 6. & poſt
eum Bald. in Auth. habita, num. 46. C. ne
filius pro patre.
29 Quo in loco edocuit, quòd quando
pœna eſt ipſo iure impoſita non datur
pœnitentia, vt eſt celebris glo. in verſ.
ipſo facto, tex. in clem. ne in agro, §. quia
verò, de ſtatu monach. in 6. de quo latius
diſſerit Salic. in prælicata l. in criminali,
nu. 4. in caſu eiuſdem tex. C. de iuriſd. om.
iud. Ex quibus, & alijs ſimilibus quæ af-
ferri poſſunt, videretur concludendum,
ſententiam minimè requiri in pœna ip-
ſo iure, vel ipſo facto illata.
30 Sed contrarium conſulamus, nam ſi
ſingulorum caſuum veram reſolutionem
deſideramus, vtiquè contrarium deſuper
adductis ſententiam in omnibus ſaniori
calculo interponendam, dignoſcetur.
31 Nam ſi laudi caſum reſoluimus, eum
Iudicis miniſterio ſubijciendum fore,
conſuluit Alex. in præmonito conſ. 139.
32 Quod ſi rei cenſualis commiſſi caſum
commemorabimus, tunc hominis mini-
ſterium intereſſe, admonuit Decius in
antedicto conſil. 138. motus per doctri-
nam Baldi in l. fin. nu. 4. C. de reuoc. don.
33 vbi interpretando tex. in d. l. fin. dictan-
tem, quod donatio alicui facta ipſo iure
reuertatur ad ipſum donantem ob nati-
uitatem filiorum, declarauit ipſum intel
ligendum ſi donans ipſe voluerit, & pe-
tierit, de quo per Tiraq. in d. l. & verſ. ip-
34 ſo iure reuertatur. Sicuti quoque in caſu
tex. in l. 2. C. de iure emphyt. tradidere
Doct. vno omnium ore in eadem l. & con
ſuluit Corn. in conſ. 115. incip. Licet in
hac conſultatione, vol. 1. plura ad id ad-
ducit Dec. in ſæpe ſępius enunciato con-
35 ſilio 138. & nuper conſtituta concluſio
ampliabitur, etiam ſi in conceſſione eſ-
ſet expreſsè conuentum, quod res ipſo
facto incidat in commiſſum, de quo per
Cępollam in conſ. 25. col. 2. Corneum,
36 & Dec. in locis proximè allegatis, ex
quibus dixit Baldus in l. 1. in verſic. 161.
pleno iure. C. de reuoc. donat. quod
quandocunque agitur de feudo reuocan
do, vel de donatione reuocanda ſemper
oportet inquiri voluntatem domini.
Et propterea ex proximè deductis li-
cebit nobis arguere, quod ſi verum eſt,
quod in contractibus, in quibus inſit pa-
ctum ipſo iure reſolutiuum voluntas ad-
huc declarari debeat, ſicuti vidimus,
37 quamuis expaciſcentium communi vo-
luntate certa mens ipſi contractui inſita
ſit, ad tex. in l. 1. §. ſi conueniat, ff. depo-
38 ſiti, quare, & in hac Principis indulgen-
tia Iudicis ſententia non requiretur? ſi
certum eſt quod ea dum à mera Princi-
pis voluntate immediatè dependet ne-
mini ſit permiſſum eam interpretari, ni-
ſi qui Principis vicem gerat, cuiuſque
poteſtatem habeat Principis volunta-
tem ex iuriſdictione attributa interpre-
tandi?
39 Hanc autem ſententiam pro abun-
dantiori reorum cautela ſtatuendam eſ-
ſe arbitramur, potius tamen ad declara-
tionem, quàm ad neceſſitatem, eiuſquè
40 propterea in hoc caſu effectus erit de-
claratiuus, ad tex. in l. ſicuti, §. ſed ſi quę-
ratur, ff. ſi ſeru. vind. in l. hæredes palam,
§. ſi. ff. de teſtamẽtis, adnotata per Doct.
in l. ex hoc iure, & in ſpecie per Iaſ. ſub
num. 44. ff. de iuſtitia, & iure. non au-
tem de neceſſitate ſententia exigetur,
41 Nam ſequeretur, quòd huius indultus
beneficio ignorans, ac inſcius nullo pa-
cto poſſet gaudere, cuius contrarium de-
monſtrauimus, & vt credimus non in-
concinnè ſupra in quæſt. 9. & 10. vbi fun-
42 danimus nedum ignoranti, verum quo-
que & abſenti ipſum eſſe proficuum, ex
43 quo Principis eſt beneficium, quod vtì
motu proprio conceſſum faciet ius ſpe-
ciale inter omnes perſonas, inter quas
promulgatur, & in omnibus negotijs in
quibus ſuum obtinebit locum, l. 2. C. de
legibus, & conſtitutionibus, cap. conſti-
tutus, de conceſſione præbend. in 6. Ar-
chidiac. in cap. 1. de reſcript. in 6. & ve-
ridicos nos reddunt verba ſuperius per

nos

nos ponderata, ipſo iure, ipſoquè facto
hominis miniſterium ex legum conſen-
ſu excluſiua.

44 Ideo Archidiac. in cap. 1. de homicid.
in 6. generalem adſcripſit regulam in
quouis caſu confiſcationis, vel alterius
pœnæ imponendæ ipſo iure, vel ipſo fa-
cto non eſſe opus exprimi in ſententia,
quod bona confiſcentur, vel quod alia
pœna infligatur, ſed ſufficit in genere
pronunciari, & declarari talem eſſe cul-
pabilem illius criminis de quo actum
45 eſt, & ſecum trahit confiſcationem, mo-
tus, quia facti quæſtio eſt in iudicantis
arbitrio, Pœnæ verò executio non eius
voluntati mandatur, ſed legis authori-
tati reſeruatur, l. vltima, ff. de publ. iud.
l. 1. §. 1. ff. ad Turpill. §. notandum, 2. q. 3.
cum alijs per Andream allegatis in c. 1.
verſ. & bona committentium, num. 76.
quæ ſint Reg. Hoc idem latius deducit
idem Archidiac. in cap. fœlicis. num. 13.
verſic. infamis, de pœnis. in 6. vbi inquit
46 declarationem ſaltim generalem per
ſententiam eſſe neceſſariam, ſicque ſen-
47 tentiam in crimine læſæ Maieſtatis in-
terponendam fore ſuadet. Hanc autem
Archid. doctrinam deducendo dicamus,
quòd ſi in crimine læſæ Maieſtatis re-
quiritur ſententia ſaltim generalis pro-
nunciando quem eſſe læſæ Maieſt. crimi-
noſum, ergò eadem ſententia requiritur
declaratoria in beneficium eius, qui in-
dultus beneficio intendit gaudere.

Et hoc quidem facilius admittendum
exiſtimamus, dum plura ſunt ab hoc no-
ſtro indultu excepta delicta, ex quibus
inquiſiti eius beneficio penitus arcen-
tur; ſicuti in ſingularibus quibuſque ca-
ſibus nos ſignabimus, ſuam quibuslibet
collocando ſedem, in quibus apparebit,
quos namque Principis indultu dignos
eſſe idem Princeps conſtituit, quoſquè
48 ob delictorum atrocitatem excludi man-
dauerit. Exigitur ergò Iudicis ſenten-
tia ad finem declarandi caſus compre-
henſorios indultus, eiuſquè excluſiuos,
ſic denique poſt Ioannem Andream, &
Archidiac. in dicto cap. 1. de homicid.
in 6. Dixit Alexand. in l. ſi quis maior.
colum. fin. C. de tranſ. Æmil. in conſ. 135.
num. 9. Ceph. in conſilio 171. incip. mul-
ta, volum. 2. Bonius in tractatu de ſtat.
præſcript. glo. 17. & alij per Bonacoſſam
recenſiti in loco præmonito.

49 Et quidem rationabilis vnicuique con
cluſio videri debet; ſi quidem in dubio
lex, vel ſtatutum non dicitur damnare
quempiam ipſo iure, ſed per Iudicis ſen-
tentiam, l. 1. §. calumniatores, ff. ad Tur-
pill. Bald. in auth. at qui ſemel, C. quo-
modo, & quando iud. Alber. in l. amiſſio-
ne, §. qui deficiunt, ff. de capit. dim. Ale-
xand. in conſilio 124. incipiente omiſſis,
volumine 1. & Marſ. in Pract. Crimin.
in §. aggredior, numero 114. verſic. adeo
quòd incurrens pœnam.

50 Verum, vt certa conſtituatur regula
ad dignoſcendum, quando requiratur
miniſterium hominis, & quando non, ſic
diſtinguendum fore admonemus ex men
te Doct. in d. l. in criminali.

51 Quod Aut l. ſtatutum, vel reſcriptum
loquitur in præterito tempore, vt puta
beneficio priuatus ſit, mulctatus, vel ban
nitus, tunc intelligitur facta priuatio ip-
ſo iure, ipſoquè facto, nec requiritur Iu-
dicis ſententia. c. extirpandæ, circa fin.
extrà. de præb.

Aut verò loquitur per verbum futuri
52 temporis, puta priuetur, banniatur, mul-
ctetur, quem caſum recitat Salic. in di-
cta l. in criminali, num. 5. tunc opus eſt
ſententia, eamquè neceſſariam eſſe, vti
hominis miniſterium annorauit glo. in
verſic. amittat, tex. in l. ſi quis in tantam,
C. vnde vi, eſtq; cõmunis Doct. calculus
in d. l. in criminali, C. de iuriſd. omn. iud.

Eam tamen limitabimus primo non
53 procedere, ſi l. geminatè loqueretur. Bal-
dus in §. priuilegia omnia, in verſic. & in
irritum reducantur, tex. in cap. 1. de pa-
ce conſt. de quo vide Bonacoſſam in q.
crim. fol. 107. à tergo. in finalibus verbis,
verſ. fallit.

Secundo quando profertur à teſtato-
54 re, ita idem Bald. in l. 1. circa 7. col. C. de
his, quæ pœnæ nom. Crem. in ſuo 7. not.
incip. Tu ſcis, quod verbum, Felin. in cap.
Rodulphus, col. 19. verſ. amittat, extrà.
de

de reſcr. Cotta in ſingulari ſuo incip. ver
bum futuri temporis.
55 Ex qua doctrina reaſſumimus, quòd
dum indultus hic inquit, ipſo iure, ipſoque
facto abſolui, ac liberari debere, prout
præſentium tenore eos abſoluimus, &
liberamus, ac liberos, & abſolutos eſſe
volumus, & ſic loquitur per verba præ-
56 ſentis temporis, ſequitur quod ſententia
ſit ſuperuacanea quò ad effectum iuris,
ac liberationis per ipſum indultum con
ceſſæ. Sed quò ad inducendum effectū
declaratiuum non erit præter iuris vo-
tum concludere, eam eſſe interponen-
dam, ficuti ſupra enodauimus ad vberio
rem reorum cautelam, abundans enim
57 cautela nunquam nocuit, l. hæredes pa-
lam, §. fi. ff. de teſtam. l. teſtamentum nō
ideo, C. eod. tit. gloſ. in verſic. quia ex
abundanti. tex. in l. ſi pupilli tui, §. item
ſi procuratori. ff. de neg. geſt. faciunt no-
tata per Bald. & Ang. in l. ſi quis ſub con
ditione. ff. de condit. inſtit.
58 Quibus obiter ſubnectimus, quod ſi-
cut pacta inſolita arguunt fraudem, Ac-
curſius in l. cum allegas. C. de vſur. cum
alijs per Alexandrum allegatis in conſi-
lio 28. numero 8. incip. in cauſa, volu-
mine 5. & per Antonium de Alex. in con
ſilio 52. num. 33. inter conſilia pheud.
Loffr. & per Vinium in dec. 263. num. 18.
59 Eodem modo vbi abundantior cautela
adhibetur, ibi euidentior fraus colligi-
tur, ſecundum Baldum in cap. ex literis
colum. 2. in fine, extrà de conſuetudine,
habetur per Corn. in conſilio 41. col. 2.
volum. 3. per Decium in conſil. 448. nu-
mero 28.
60 Sed vt ad materiam reuertamur, con-
ſiderandum poſtremò iudicamus, quòd
dum inquit Rex noſter Inuictiſſimus ab-
ſolui, & liberari debere reos, quod per
illud verbum, debere, ſignificet eius vo-
luntatem eam eſſe, vt omnino executio-
ni demandandam demonſtret, idque ex
eo, quia verbum, debere, de ſui natura
61 importat neceſſitatem, vt eſt tex. in l. 1.
ff. quod quiſque iuris, in l. prætor. ff. de
edendo. glo. in verſic. debet. tex. in clem.
attendentes, de ſtatu monach. glo. & ibi
Doct. in cap. propoſuit. extrà de appell.
Felin. in c. exceptionem, circa medium
columnæ 3. de except. dixit Bart. in l. 3.
numero 3. C. de pignor. & Angel. in l. 1.
C. quomodo, & quando Iudex, & Decius
in conſilio 340. incipiente, pro reſolutio
ne, num. 1. volum. 2. Inde Hippolytus de
Marſil. in conſilio 51. numero 61. & in
conſilio 60. numero 4. & 5. annotauit,
62 quòd quando aliquid Iudici committi-
tur, expediendum ſemper illud neceſſi-
tatis eſſe intelligitur; niſi tamen in iure
63 expreſsè cautum foret Iudicis arbitrio
relinquendum, ex doctr. Cardin. in d. c.
exceptionem, vbi Felin. colum. 2. & in c.
1. extrà de dilat.
Hoc quidem in caſu noſtro ſuum lo-
64 cum rectè vindicabit, nam nequaquam
dici poterit per Regem huius Indultus
declarationem non eſſe remiſſam, ei-
demquè neceſſitatem declarandi impo-
ſitam eſſe haud negandum, ſtante natu-
65 ra verbi debere, præceptiua, ad tex. in c.
nam concupiſcentiam, vbi Feli. ſub nu.
6. extra de conſtit.
66 Qua materia præcepti inductiua præ-
iacente impellimur hoc in loco affirman
dum, huius Indultus beneficium ex ne-
ceſſitate per Iudices impartiri debere,
67 tamen vt Principis Inuictiſſimi, & mu-
nificentiſſimi voluntas ſuum exequatur
68 effectum; cum quoque, vt Iudices con-
formes ſe Principis reddant voluntati,
69 qui dum vſus eſt verbo, debere, voluit
rem cum effectu intelligi, l. ſed & ſi poſ-
ſeſſori. §. item ſi iurauero, & §. ſed ſi ite-
rum, ff. de iureiur. l. quod ſi maritus, ff.
de conſt. pecun. l. cum fideicommiſſum,
C. de fideicomm.
70 Vnde ex his deducitur Regem omni-
no velle reis indulgentiam hanc conce-
di debere.

49 *Princeps tenetur ſeruare contractus, nec eis poteſt contrauenire.*
50 *Princeps ex propria perſona obligatur.*
51 *Deus obligaretur ex conuentione.*
52 *Deus ſi ſubiecit leges Principi non tamē ſubiecit contractus.*
53 *Indultus hic in vim legis condendæ promulgatus eſt.*
54 *Verbum volo, quando inducat diſpoſitionem, diſtinguitur.*
55 *Verbum volo, per ſe nihil dicit, niſi ratione adiunctæ determinationis.*
56 *Verbum, volo, inducit diſpoſitionē quando habet certam, & limitatam determinationem de præſenti.*
57 *Indultus hic inducit diſpoſitionem, & de ratione ſub num. 58.*
59 *In incertis non autem certis locus eſt coniecturis.*
60 *Verbum, volo, habens determinationem incertam quando inducat diſpoſitionem ſubdiſtinguitur.*
61 *Verbo, volo, profertur in præſenti, & in futuro.*
62 *Verbum, volo, prolatum in præſenti inducit diſpoſitionem, ſi recipit determinationem ab alio explicandam, & de ratione ſub num. 63.*
64 *Firmatur alia ratione concluſio, quod indultus hic inducat diſpoſitionem.*
65 *Verbum, volo, recipit determinationem ab actu explicando à ſe ipſo non inducit diſpoſitionem, ſi talis actus non perficitur ſola voluntate, & conſenſu.*
66 *Secus verò ſi ſola voluntate, & tunc iterum ſubdiſtinguitur.*
67 *Verbum, volo, inducit diſpoſitionem ſi ſumus in actu qui non requirit factum hominis.*
68 *Verbum, volo, in actu legis appoſitum inducit diſpoſitionem.*
69 *Affirmatur iterum indultum hunc conditum in vim legis.*
70 *Verbum, volo, quid ſignificet, remiſſiuè.*

Pro ut præſentium tenore eos abſoluimus, ac liberamus, ac liberos, & abſolutos eſſe volumus.

CAPVT XX.

CRedimus apertè colligi ex præſentibus verbis veritatem eorum, quæ ſuperius annotauimus, Iudicis enim ſentētiam ad declarationem potius exigi, quàm, quod
1 ea neceſſaria ſit, nā ſi Rex inuictiſſimus præſentium tenore abſoluit, & liberat, ac liberos, & abſolutos eſſe vult quæ nā ſententia pro reorum liberatione con-
2 ſequenda requiritur, ſi Principis hoc edicto liberi, & abſoluti ſunt? ergò concludendum non ex neceſſitate, ſed ad declarationem Iudicis ſententia intercedi debere, vt ex præſenti parte ſatis liquidò conſtare opinamur.
3 Pro cuius explanatione animaduertendum, dictionem, prout, hoc in loco adiectam quo nam pacto poſitam eſſe intelligi oporteat, num importet tempus, & qualitatem?
4 Nam ſi quæramus quomodo ponatur, & tunc reſpondendum, quod aliquando ponitur, pro, poſtquàm, vt in l. reſcri-
5 pto. ff. de muner. & honor. Aliquando, pro ſicut, & quandoquè pro qualiter, vt
6 eſt tex. in l. item apud Labeonē. §. quod ait prætor. & §. ait prætor, nequid. ff. de iniur. interdum ponitur limitatiuè, vt in
7 l. edita. vbi Bart. ſub num. 28. C. de edendo, & dixit Dec. in conſil. 362. incip. punctus, de quo quæritur nume. 1. quan-
8 doquè cauſaliter, vt in c. Abbate ſanè. de verb. & rerum ſignificatione, quan-
9 doquè conditionaliter, vt in cap. 2. vbi glo. extrà. de confir. vtili, vel inut. & in c. quoniam Abbas, extrà. de electione.
10 Aliquando ponitur relatiuè, vt per

Dec. in conſil. 374. incip. in caſu, nume.
4. de qnibus per Bart. in conſtitutione
11 ad reprim. in verſic. prout, & ad eum
audentes, in litera a. & e. vbi quid in
legibus, driuilegijs, contractibus, & ſen-
tententijs, per Felin. in cap. 2. nume. 10.
extrà. de reſcrip. Imola in l. is, qui reus.
col. 5. ff. de publ. iud. Alex. in l. ſi teſta-
mentum. in princ. C. de inſtit. & ſubſtit.
& in conſil. 3. incip. cauſa, & lite. vol. 2.
& in conſil. 4. incip. viſis actis. col. 4. &
in conſil. 40. incip. viſis. ſub num. 9. vol.
1. Rom. in conſil. 326. incip. circa pro-
poſitam.

12 Si quæramus quid ſignificet, tunc di-
camus, aliquando ſignificare ſimilitudi-
13 nem, vt in l. prout quiſque. ff. de ſolut.
Quandoquè & ſecundo (cæteris omiſſis)
ſignificabit tempus, & qualitatem, vt
declarat Bart. in loco præcitato circa
finem, & in d. l. edita, vbi Bald. & Iaſ.
num 28. & annotauit Dec. in conſil. 497.
incip. accuratè. & eleganter. num. 5.

14 Nunc autem declarandum eſt, quo-
modo in hac indultus parte ponatur, &
num ſignificet tempus, & qualitatem, &
reſolutiuè producendo breuiter noſtrã
ſententiam declaremus, nam quamuis
15 cauſaliter, & conditionaliter dictio ipſa
appoſita dici poſſet, tamen vt aptiori
ſenſui adhęreamus, potius relatiuè adie-
ctam eſſe nobis facilè ſuademus, & quod
non importet tempus, & qualitatem in-
16 ſpecta principis condentis voluntate, ad
quem ſi verba dirigamus vtique talis di-
ctio neque tempus, neque qualitatem
importabit; ex quo eo ipſo, quod con-
17 ceſſit hanc generalem indulgẽtiam diſ-
ponendo per verbum, volumus, cuius
vim, & virtutem mox attingemus, ſta-
tim perfecit actum, eiuſquè diſpoſitio-
18 nem informauit, cum Princeps ſolo ver-
bo perficiat gratiam, vt notatur in l. hu-
19 manum. vbi Bald. numer. 1. C. de legib.
idem Bald. in l. ſi qua per calumniam. nu.
5. C. de Epiſc. & cler. in l. 2. C. comm.
ſer. manum. in l. fin. nume. 7. C. ſent. res.
non poſſe, & alij per Molinam cumulati
in lib. 1. de Primog. Hiſpan. cap. 7. à nu.
32. cum ſeq.

20 Hinc eſt id, quod dicimus gratiam
non acquiri ignoranti, ſecundum glo. in
verſ. præſtitis. tex. in l. fin. C. de conſul.
lib. 12. & dixit Bart. in l. fin. ff. de conſt.
Princip. interpetrationem recipit, ta-
21 lem, Accurſius doctrinam, admictẽn-
dam quò ad gratiæ executionem, eiuſ-
què exercitium, cum ignoranti non
acquiratur, ex quo ignorat; ſecus verò,
22 quo ad eſſentiam gratiæ. c. ſi tibi abſen-
ti. de præb. in 6. quia ex quo ſolo verbo
23 perficitur quò ad eſſentiam, & eſſentiæ,
ſubſtantiæquè perfectionem, non autẽ
quò ad formæ, ac probationis perfectio-
24 nem ſecundum Socc. in conſil. 41. num.
3. & 4. vol. 4. etiam ignoranti acquiritur
25 vnde norma imponatur regulæ per quã
conſtituitur, quod gratiæ detur forma,
26 & perfectio per expeditionem literarũ,
ante quarum expeditionem erat infor-
mis, & inperfecta. Oldrad. in conſ. 320.
Bellamera in deciſ. 34. Domini de Rota
in deciſ. 458. in nouis. numer. 5. adeò vt
Felin. in rubr. de conſt. num. 6. & in cap.
veniens. num. 3. extrà. de accuſat. dixe-
rit, quòd in gratijs ante literarum expe-
ditionem nihil eſt perfectum, & conſu-
matum, nam erit intelligenda quò ad
eius executionem, & exercitium, & ex
27 his affirmamus, quod inſpecta Principis
liberalitate, dictio, prout, non importa-
bit neque tempus, neque qualitatem, &
idemmet innuit tex. hic; dum inquit,
pro ut præſentium tenore &c.

28 Quod ſi inſpicimus executionem hu-
ius gratię tanquam iudici commiſſam
conſequens erit concludere, quod im-
29 portabit tempus, & qualitatem. Impor-
tabit tempus futurum, quatenus execu-
tio gratię, & indultus conſideretur, quo
caſu importare tempus, & qualitates
edocuit Bartol. tam in d. verſic. prout,
quàm in d. l. edita, vbi Bald. & Iaſ. ſub
num. 28. In quo indices valeant decer-
30 nere, qui nam ſint in indultu compre-
henſi. Importabit qualitatem, nam de-
31 clarabunt delictorum ſpecies, ac quali-
tates, quæ reos ab huius indultus muni-
ficentia excludant, an verò dignos fa-
ciant, ſicquè conſiderandum putamus
ſecuti

ſecuti Bart. Semitas ſic declarantis in d.
verſic.prout in conſtit.ad reprimendum
in hac materia indultus.
32 In quo dum idem Princeps noſter ad-
hibuit verbum, volumus, oſtendit non
per verba precaria, ſiue precatiua, ſed
preceptiua indultum criminoſis impar-
tiri, nam quáuis in teſtamentis tale ver-
33 bum ſit precarium, vt in l.1. in princ. C.
comm. de leg. in l.cum pater.§.rogo, &
in l.vnum ex familia. §.rogo. ff. de leg. 2.
in l. thais, in princ. ff. de fideicomm.lib.
& in l. ex facto, §. ſi quis rogatus. ff. ad
Trebell. cum alijs per nos annotatis ſu-
pra in cap. 2. in verſic. decernimus, ſta-
34 tuimus, & mand. ob quod non inducit
diſpoſitionem, ſicuti videtur colligi ex l.
ſerui elect.ff.de leg.1.& in l.in vendentis.
ff.de contr. empt.
35 Attamen in l. ſtatuto, vel reſcripto ſe-
cus eſſe aſſeuerandum arbitramur, tam
per tex. in l. Phamphilo. §. propoſitum.
ff. de leg.3. & per tex.iuncta Doct.doctr.
in l.1.ff.mand. & in l.ſepe.ff.de offic.pro-
conſ. & leg. tum quoque, quia dum Rex
noſter voluit ſuis fidelibus hanc indul-
gentiam munificentiſſimè elargiri vſus
36 eſt verbo volumus, quo caſu oſtendidit
legem eſſe debere. Primum quidem ſi-
gnum legis, vt voluit Bald.in c.1.verſic.
volumus.de pace conſt. quicquid enim
37 Principi placuit l. habet vigorem.l. 1. in
princ.ff.de conſt. Princ.§.ſed quid Prin-
cipi placuit. inſt. de iure natur. gent. &
38 ciu.l.2.§.nouiſſimè. ff. de orig. iuris. cui
ſubnectimus, & ſecundum quando ſcili-
cet ſubiectis promulgatur.l.leges ſacra-
39 tiſſime. C. de legib. ſicuti patet in princ.
huius noſtri indultus, qui ſubiectis pro-
40 mulgatur, pro inde is pro lege decre-
tus eſt.
Immò multò magis pro lege ſancitũ
41 eſſe defendendum, nam ſi contractus
Principis tranſit ad ſtatutum legis.l. Ce-
ſar. ff. de publ. allegatus per Bald. loco
42 proximè dicto, adeò vt nec ſucceſſores
in Imperio, vel Regno poſſint pacto ali-
quo reuocare. c, nouit. extrà. de Iudic.
Bald. in l.qui ſe patris. col. 8. verſic. hoc
ſcias.C. vnde lib.Capic. in deciſ. 121. &
136. idem Bald.in cap. 1. de natura feu-
di, & in cap. 1.de feud. March. & ratio,
43 quia, quando contrahit nomine digni-
tatis ſucceſſor obligatur. c. 1. extra. de
44 probat. etiam ſi non ſit heres. Cyn.
Alb. & idem Bald. in l. digna vox. C. de
45 leg. & in d. l.qui ſe patris. Nec contra-
ctus initus cum dignitate, ſeu nomine
dignitatis alteratur per interuẽtum ſuc-
ceſſoris.c.dilecti.de foro comp.ſequitur
Anchar. in c.quoniam.de conc. preb.in
46 6. Multò magis in edicto per verbum,
volumus, promulgato.
47 Cuius concluſionis ea ſit ratio, nam
Princeps, quamuis lege poſitiua non
obligetur.l.ex imperfecto.ff. de leg. 3. §.
fin.inſtit. quib. mod.teſt. in fi. c. iuſtum.
9. diſtinct. & habeat plenitudinem po-
48 teſtatis, tamen non eſt abſolutus de di-
ctamine rationis. Bald. in d. l. ſi aquam.
49 nu. 40.C.de ſeruit. & aqua,& ideò tene-
tur ſeruare contractus quibus non po-
teſt contrauenire.d. cap. 1. de probat.&
50 notatur in d. l. digna vox. Ex quo ex
propria perſona obligatur.
51 Etenim ſi ipſe met Deus ex conuen-
tione obligaretur ſecundum Baldum in
l. 1. ff. de pactis, ex mente Magiſtri ſen-
tentiarum cum alijs per Dec, aſcriptis
in conſil. 48. incip. maturè, ac diligen-
ter num. 5.
Ergò multò fortius, & ipſe Princeps,
cui ſi Deus ſubiecit leges non tamen ſub
iecit contractus.d.l. digna vox, & d.c. 1.
edocuit Bald. in c. 1. in princ. de natura
feudi.& in l. Titius.ff.de iure patron.de
quo meminit Rom.in conſi. 321. & ideò
dicimus Principem obligari ex contra-
ctu.
Sed vt reuertamur quò noſtra cepit
oratio, iterum pro fundamento precon-
ſtitute concluſionis, quod hic indultus
in vim l. condende per Principem pro-
mulgatus ſit, vltra prenotata veridicam
demonſtrabimus, ex infraſcripta Bart.
diſt. per ipſum adhibita in l. 1. verſic. 2.
oppono. nume, 2.C.de Summa Trin. &
fide Cathol. in l. 1. ff. mand. in l. certi
cond. §. fin. ff. ſi certum petatur. in d. l.
ſerui electione.ff. de leg. 1. & tandem in

d.l. Pamphilo. §. propoſitum. ff. de leg. 3.
Quibus quidem in locis interpretando,
54 quando verbum, volo, inducat diſpoſi-
tionem nec ne, hanc adhibuit diſtinctio-
nem, quam in parte, & partibus ponde-
rabimus.

55 Ex cuius quidem mente ſupponimus
in primis, tale verbum de per ſe nihil di-
cere, niſi ratione adiunctæ determina-
tionis, modo hic.

56 Aut tale verbum habet determina-
tionem certam, & limitatam de præſen-
ti, & tunc concludendum, quod inducit
diſpoſitionem, vt in l. apud Aufidium,
57 ff. de option. leg. At in hoc noſtro indul-
tu tale verbum habet determinationem
liberationis certam, & limitatam de
præſenti, ergo ſequitur, q inducat diſ-
58 poſitionem, & ratio huius concluſionis
affertur per Bart. quia ſi habet certam
determinationem, non erit de aliquo diſ-
59 putandum, cum in incertis non autem
certis locus ſit coniecturis. l. continuus.
§. cum ita. ff. de verb. oblig. l. ille aut ille.
60 ff. de conſt. pecun.

Aut verò habet determinationem in-
61 certam, ſiuta per verbum infinitum, &
tunc iterum ſubdiſtinguendum.

Quod aut verbum volo profertur in
62 præſenti, aut in futuro.

Primo caſu recipit 2. diuiſionem, q
aut recipit determinationem ab actu ex
plicando per alium, ſicuti in teſtatore
dicente, volo talem eſſe hæredem, vel
volo Titio dari centum, & tunc inducet
diſpoſitionem, & procedent tex. in l. 1.
ff. mand. tex. in l. 1. C. de Summa Trin. &
Fide Cathol. in l. quoniam indignum.
63 C. de teſtam. in l. omne verbum §. 1. C.
comm. de leg. & ratio per ipſum affertur
huius nempe capitis, quia ab ipſo diſpo-
nente nil aliud erat faciundum, quam
explicatio voluntatis, quæ dum iam per-
acta eſt nil aliud remanet peragendum,
& adeò inducet diſpoſitionem.

64 Ex hac quoq; parte reſultat compro-
batio noſtra ſententia, nam dum Rex
noſter inquit liberatos eſſe volumus, ex
plicauit eius voluntatem, quam expli-
care tenebatur, & propterea, cum per-
egerit, quod debuerat explicare, de-
ſcendet, quod tale verbum, volumus, in-
ducta ſit diſpoſitio.

65 Proſequitur Bart. dicens, quod aut
tale verbum recipit determinationem
ab actu explicando à ſe ipſo, & tunc, aut
talis actus non perficitur ſola voluntate,
& conſenſu, & tunc non inducit diſpoſi-
tionem.

66 Aut perficitur ſola voluntate, & tunc
aut voluntate ſolius loquentis, aut com-
muni voluntate, & conſenſu duorum,
quorum explicatio non erit neceſſe, vt
hoc in loco pertractetur, ne videri d q
materia noſtra exigit, excurramus, ideò
ſufficiat hos recenſuiſſe, cæterorum verò
cognitionem ad Bartol. in d. l. 1. C. de
Summa Trin. & Fide Cathol. inſpicere
libebit.

67 Vnum denique ſubiungere intendi-
mus, quod in eo conſiſtit, tale verbum
tunc inducere diſpoſitionem, cum ha-
bet determinationem ab actu, qui non
requirat factum hominis, ſed qui ipſo
iure perficiatur, tunc etenim ſola vo-
68 luntate inducit diſpoſitionem, ſicuti in
actu à lege requiſito tradit Bart. in d. l.
certi cond. §. fin. num. . . . . per

69 Proximus huic caſui eſt indultus hic
noſter, nam quò ad Principis perſonam
attinet non erit opus hominis miniſte-
rium intercedere, vt in præcedenti capi
diſpunximus, ſed ipſo iure per Princi-
pem impartitur indultus beneficium, vn
de non ambigendum, quin hic indultus
per verbum volumus, conditus legẽ in-
ducat, ac diſpoſitiuè indulgentiam con-
cedat per modum nouæ l. condendæ.

70 Si quis autem plura cuperet ſcire cir-
ca dicti verbi ſignificatum, eos remi-
ctimus ad tex. vbi Bart. & Doct. in §. con-
teſimis. §. fin. ff. de verb. obligat. Bald. in
Auth. ei qui. C. de bonis authen. iud. poſ-
ſid. idem Bald. in l. in vendentis. C. de
contrahen. emption. in cap. ad aures
extrà de reſcriptis, & in c. ſuſcitatus
eodem tit. Abb. in cap. ſedes. vbi Felin.
eodem titulo. idem Felin. in cap. nam
concupiſcentiam, extrà de conſtit. Aret.
in cap. ex literis, extrà de ſpunſ. Bald.
in l.

in l. fin. §. 1. C. comm. de leg. & Alexan. in consil. 15. vol. 5.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1 *Arceribus mancipatos illicò relaxari mandat Rex noster inuictissimus.*

2 *Principi visum est satis esse immensorum cruciatuum semel reos fuisse supplicia.*

3 *Priuati aura communis haustu, & lucis aspectu pregrauati vitam ducunt.*

4 *Indultus hic suum statim operatur effectum absque Iudicis ministerio ob dictionem illicò in præsenti parte appositam.*

5 *Executio Iudici tamen demandata est.*

6 *Illicò sumitur aliquando sine aliqua dubitatione.*

7 *Dictio, illicò, quandoque declaratur, i. vltra.*

8 *Dictio illicò, aliquando ponitur pro ponderis statim.*

9 *Dictio, illicò, sumitur. i. post aditam hæreditatem.*

10 *Dictio, illicò, quot modis sumatur, vel sumi possit.*

11 *Dictio, illicò, sæpè sumitur pro statim.*

12 *Dictio, illicò, idem importat, quod dictio, statim, & mox.*

13 *Dictio, statim, declaratur nullo extraneo actu intermedio post nota quæsita.*

14 *Dictio mox idem significat, quod dictio confestim.*

15 *Dictio, mox, importat canonem latæ sententiæ, & executorium.*

16 *Dictio, mox, idem importat, quod clausula ipso iure.*

17 *Dictio, mox, importat Iudicium summarium, & iuris ministerium.*

18 *Dictio, mox, non desiderat strepitum iudicij.*

19 *Dictio, mox, significat, quod immediatè fieri in his, quæ explicari possunt per statutum.*

20 *Dictio, mox, significat aliquid successiuè fieri in his, quæ non desiderant factum hominis.*

21 *Dictio, illicò, importat canonem executorium latæ sententiæ, iudicium summarium, nec strepitum iudicij desiderat, nec iudicis ministerium.*

22 *Quid fieri dicitur sine expeditione aliqua.*

ctus extrinseci, si non diuertitur ad expraueandum actus.

23 *Dictio, illicò, aliquando operatur infra triduum proximum.*

24 *Verbum, mandamus, differt à verbo præcipimus.*

25 *Verbum, mandamus, idem importat, quod verbum iubemus.*

26 *Mandatum differt à constitutione.*

27 *Mandatum non differt à constitutione, quo ad effectum legis inducendæ.*

28 *Constitutio, quæ fiat.*

29 *Quod Principi placuit legis habet vigorem.*

Et si aliqui prędictis de causis carceribus mancipati sint eos illicò liberari, & relaxari mandamus.

CAPVT XXI.

1 CArceribus mancipatos Illicò liberari, ac relaxari mandat hoc in loco Rex noster inuictissimus, omnes .n. quos in carceris custodia deprehensos esse cognouit solutos pena, vinculisq; laxatos cu- 2
stodia liberari precipit, sicuti dixit Imperator in l. omnes. C. de penis, satis enim Principi visum est immensorum
3 cruciatuum semel reos fuisse supplicia, & vt hi, qui diu priuati sunt aure communis haustu, & lucis aspectu intra breue catenarum spacium ponderibus amplius pregrauati vitam ducerent, ideo eos liberari, & relaxari mandat Illicò.

4 Ob cuius dictionis naturam, quam mox subiungemus, aperte demonstratur, q. hic indultus statim suu operatur effectum absque iudicis ministerio, & q. iudici executio dumtaxat demandata sit, cui opus sit declarare, quis nam indultus huius beneficio possit gaudere,

quæ

quæ annotabimus pro clariori veritate
deductorum per nos in duobus præce-
dentibus capitibus.

Hanc conſequentiam admictendam
6 natura dictionis, Illicò, facilè ſuadebit,
ſiquidem quamuis dictio, illicò, aliquan-
dò ſumatur, i. ſine aliqua dubitatione, vt
7 in c. nouit. extrà. de iudicijs. Quandoq;
illicò .i. vlterà, vt in l. ſeiæ ex parte. in
8 in princ. ff. de fundo inſtructo, inſtrumẽ-
toq; leg. Aliquando illicò .i. poſteaquã,
9 vt in l. 1. in fine. ff. de penu leg. quandoq;
i. poſt aditam hæreditatem, vt in l. 1. §. ſi
quod innuit. C. de Latin. liber. toll. &
tandem alijs, multiſquè modis, de qui-
10 quibus per Doct. in l. pen. C. de impub.
& alijs ſubſt. in l. fin. C. de ind. vid. toll.
in l. 2. & 3. C. de poſt. hæred. inſt. in l. ab
eo. C. quom. & quando iudex. in auth. de
appell. per Alber. in l. fin. C. de errore
calculi, & per Archid. in c. cordi. de ap-
pell. in 6.

11 Verumtamen (cęteris omiſſis) di-
ctio, illicò, ſæpiſſimè accipitur pro ſta-
tim, vt in caſu tex. in l. 1. §. cum adijcitur.
ff. de verb. oblig. in l. cum ſeruus. C. de
12 ſeruis fugit. & in §. 1. inſtit. quib. mod.
tut. finitur, & perinde erit, ac dictio, ſta-
tim, & mox, vt per Canoniſtas in c. quia
propter. extrà. de electione. §. iudicibus,
verſic. litigatoribus, & §. forma. in fine.
2. q. 6. & in l. 2. ff. de appell.

13 Vnde fit, vt quemadmodum dictio
ſtatim declaratur nullo extraneo actu
intermedio poſt vota quæſita. argum.
tex. in l. hęredes palam. §. ſi ff. de teſtam.
c. præterea. de teſt. cog. & ſicut dictio,
mox, idem ſignificans quod dictio, con-
14 feſtim, ſecundum glo. notabilem in l. 1.
in verſ. mox. ff. ſi cert. pet. Denotat ca-
nonem latæ ſententiæ, & ſic executoriũ,
15 vt notat. glo. in verſic. executione. tex.
in cap. licet. de electione. in 6. & glo. in
verſ. ſuſpenſos. tex. in c. cupientes. eod.
16 tit. & idem, ac ſi dictum foret, ipſo iure,
glo. communiter approbata in verſiculo
imminere, tex. in auth. de inceſt. nupt. in
princip. per tex. in l. ſi quis maior. C. de
tranſ. vbi notat Bart. & poſt eum Parpa-
lia in notabili 26. Alex. in l. diuortio. col.
4. ff. ſol. matrimon. Matheſ. in ſing. 112.
& Crem. in ſingulari 7. incip. tu ſcis. nu.
17 1. & ſicut importat Iudicium ſummariũ,
ac iuris miniſterium, vt declarat Iaſ. in
l. naturaliter §. nihil commune. nu. 175.
18 ff. de acq. poſſeſſ. nec deſiderat ſtrepitũ
Iudicij, vt notatur in glo. in l. meminè-
19 rint. C. vnde ui, & Bart. in l. 1. ff. iud. ſolui,
& in his quæ poſſunt per legem tantum
20 explicari ſignificat, quid immediatè fie-
ri, ſed in his quæ non deſiderant factum
hominis ſignificat aliquid ſucceſſiuè fie-
ri ſine expectatione alicuius extrinſeci,
ſecundum Bald. in l. ſi quando. C. de bo-
nis vac. lib. 10.

21 Eodem modo dictio, Illicò, ſimportabit
canonem executorium latæ ſenten-
tiæ, ac ſi dictum eſſet ipſo iure, iudicium
ſummarium, nec ſtrepitum iudicij, ac iu-
22 dicis miniſterium, ſed quid fieri debet
ſine expectatione alicuius extrinſeci an-
tequam diuertatur ad extraneos actus. l.
litigatoribus. vbi notatur. C. de appell.
23 Vel ſaltim poſt triduum proximum, in-
frà quod tempus dictio illicò aliquando
operatur, vt per Accurſ. in l. ſpecialis, &
l. vltima. C. de indic.

Iſthæc autem intelligenda admone-
mus eo modo quo in locis nuper tradi-
tis enodauimus, quæ tantò magis admi-
ctenda ſunt, quantò cum dictione, Illi-
cò adiunctum ſit verbum, mandamus, q
quidem verbum, quamuis differat à ver-
24 bo præcipimus, vt notatur per gloſam,
& Doct. in l. ſæpè. ff. de officio proconſ.
& leg. & in c. ex ore. extrà. de his quæ
fiunt à maiori parte cap. tamen tanti
erit, quanti verbum iubemus, vt in l. 3.
25 C. quod cum eo. l. 1. ff. quod iuſſu. l. ne
mandante. ff. de tut. & rat. daris ab his.
in l. mandatum. C. mand. §. & in pro-
uincijs. inſt. de atil. tut. & in §. hæc. in
auth. vt nulli judicum.

26 Et propterea efficacius hic indultus
eſt executioni omnino demandandus.

Illud autem prætereundum non erit,
quod mandatum videtur differre à cõ-
ſtitutione, vt depromitur ex tex. in l. an-
nonam. ff. de var. & extraord. cognit. Ibi
27 tam mandatis, quàm conſtitutionibus
Prin-

Principum, quod quidem falſum eſt quò ad effectum tamen legis inducẽdæ, nam quodcunque Imperator per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decreuit, vel
28 edicto præcepit legem eſſe conſtat, & hæc ſunt, quæ conſtitutiones appellantur. §. ſed & quod Principi. inſtit. de iure nat. gent. & ciuili. Pro inde, cum ſuffi-
29 ciat, quod Principi placuerit, vt legis habeat vigorem inutiliter differentiam conſtitui arbitramur inter mandatum, & conſtitutionem.

SVMMARIVM.

1 PRincipem dedecet clementiam expendere in tertij præiudicium.
2 Remiſſio legitima, & pax requiritur ab offenſis.
3 Remiſſio exigitur pro requiſito neceſſario huius indultus, & num. 13. & 18.
4 Dictio, tantum, eſt dictio excluſiua.
5 Dictio, tantum, aliquando eſt excluſiua ſimilis caſus.
6 Dictio, tantum, eſt dictio excluſiua aliquando aliquorum caſuum.
7 Dictio, tantum, inducit limitationem.
8 Dictio, tantum, inducit limitationem negatiuam.
9 Dictio, tantum, eſt dictio taxatiua.
10 Dictio, ſolum, eſt dictio taxatiua.
11 Dictio, ſolum, eſt dictio excluſiua.
12 Indultus hic limitatur hoc in c. per dictionem, tantum, in caſu ſuo.
14 Actus non ſufficit ſine qualitate, quando lex requirit actum cũ aliqua qualitate.
15 Qualitas quando eſt cauſa alicuius effectus omnino exigitur.
16 Qualitas eſt præcipuè deducenda, & probanda.
17 L. ſtatutum, vel diſpoſitio quando fundat ſe in aliquo ſubiecto, vel qualitate prius & ante omnia debet de illo conſtare.
19 Decretum huius indultus iuſtum, & rationabile.
20 Lex abhorret tertij præiuditium.
21 Verba ſunt potius impropriãda, quam vt tertio præiudicium inferant.
22 Ampliatur etiam ſi agatur de iure ad rem.
23 Princeps non poteſt tertio præiudicare etiam per viam l. condendæ.
24 Niſi ex poteſtate abſoluta, & ex cauſa.
25 Cauſa quando non ſubeſt, Princeps non poteſt tertio præiuditium inferre.
26 Princeps in dubio non præſumitur vti poteſtate abſoluta.
27 Niſi conceſſio non valeret, niſi de poteſtate abſoluta.
28 Diſpoſitio Principis dominium alterius auferens non eſt ſeruanda neque in foro fori, neque in foro poli.
29 Iudex non poteſt componere delicta in præiudicium partis læſæ.
30 Læſis prius eſt ſatisfaciendum, & poſtmodum delinquentes puniri.
31 Princeps non poteſt delicta indulgere in præiuditium partis offenſæ.
32 Princeps non põt delicta indulgere abſq; remiſſione ſine cauſa, quando pœna eſſet parti applicanda.
33 Princeps cum cauſa poteſt delicta indulgere ẽt abſque partis remiſſione. nu. 50.
34 Facilius remictitur ius fiſci, quam ius priuatorum.
35 Rex non habet qui ſua facta diiudicet.
36 Anima Regis eſt in ſe ipſa.
37 Rex poteſt ſine exemplo ſubuenire.
38 Rex indulgens ex certa ſcientia nemo poteſt dicere, cur ita facis.
39 Deo quis audet dicere, cur huic parcis.
40 Princeps eſt cauſa cauſarum.
41 Primæ cauſæ nulla eſt cauſa.
42 Quod primum eſt aliud ante ſe habere nõ poteſt.
43 Papa, vel Princeps omnia poſſunt ex certa ſcientia ſupra ius, contra ius, & extra ius.
44 Sacrilegium eſt diſputare de poteſtate Principis.
45 Princeps poteſt mutare quadrata rotundis.
46 Princeps eſt dominus dominantium habens ius Regis Regum in ſubditos.
47 Suprema poteſtas eſt apud Principem, in qua non habet parem.
48 Princeps eſt omnia, & ſuper omnia.
49 Papa quia eſt omnia. & ſuper omnia concurrit in iuriſdictione, & poteſtate cum omni prælato.

50 Con-

50 *Concluditur Principem cum cauſa poſſe delicta indulgere abſq; partis remiß.*

51 *Concluſio firmata interpetranda erit cum grano ſalis.*

52 *Claue diſcretionis non errante concluſio prædicta intelligenda.*

53 *Princeps poteſt delicta indulgere abſquè partis remiſſione quatenus eius poteſtati conuenit.*

54 *Annectitur diſtinctio per authorem pro q. reſolutione.*

55 *Pœna duplex pecuniaria, & corporis afflictiua.*

56 *Pœna quando fiſco eſt applicanda Princeps abſquè difficultate poteſt indulgere, & de ratione num. 57. 58.*

59 *Princeps non poteſt remictere pœnam fiſco iam applicatam.*

60 *Fiſco inferretur præiudicium ſi Princeps remicteret pœnam quæſitam.*

61 *Fiſcus pateretur damnum, ſi Princeps remicteret pœnam fiſco applicatam.*

62 *Ciuitas num poſſit per ſtatutum expreßè reſtituere bannitum ad bona applicata hæredibus interfecti.*

63 *Reſcriptum non valet ſuper pœna iam à fiſco exacta nulla mentione in eo facta de exactione, & de ratione nu. 64. & 65*

66 *Literæ remiſſionis non valent, niſi cauſa, & qualibet facti qualitas exprimatur.*

67 *Literæ facti ſeriem non continentes non valent.*

68 *Gratia nulla facta mẽtione pœnæ, & condemnationis non valet.*

69 *Secunda gratia non valet ſi de prima gratia nulla ſit facta mentio.*

70 *Recenſetur ob hoc quendam fuiſſe Bononiæ decapitatum.*

71 *Limitatur ſi impetraretur geminatum reſcriptum.*

72 *Geminatio purgat vitium ſubreptionis, & obreptionis.*

73 *Princeps non poteſt remictere pœnam parti applicandam.*

74 *Princeps remictens de plenitudine poteſtatis pœnam parti applicandam tenebitur de proprio parti læſæ, alias peccaret mortaliter.*

75 *Pax facta, ꝙ de damnis hinc inde illatis nõ fiat per ſubditos quærela num valeat.*

76 *Emptores bonorum dictorum ſubditorũ num ſint tuti in conſcientia.*

77 *Princeps num poſſit abolere infamiam ſine conſenſu iniuriati.*

78 *Ratione publicæ vtilitatis Princeps poteſt iuri tertij derogare, & 81.*

79 *Ratio publicæ vtilitatis eſt Regina omniũ cauſarum, ob quas Princeps põt iuri tertij derogare, de quibus remiſſiuè nu. 80.*

81 *Ratio publicæ vtilitatis facit reſtitutionẽ extendi etiam ad bona alienata.*

82 *Quid ſi non dicatur.*

83 *Feuda in qualibet diſpoſitione non veniũt, niſi exprimantur.*

84 *Feudalia num veniant in reſtitutione facta ex cauſa pacis.*

85 *Princeps abſquè cauſa non poteſt tollere dominium rei meæ.*

86 *Id intelligatur tã de dom. directo, ꝙ̃ vtili.*

87 *Princeps nũ poſſit tollere ius poſſeſſionis,*

88 *Princeps poteſt dominium rei alienæ auferre ratione publicæ vtilitatis.*

89 *Præcedens concluſio intelligitur vera, quando aliter pax haberi non potuiſſet.*

90 *Quando pax aliter haberi non potuiſſet, niſi facta remiſſione dãnorũ illatorũ priuatis, remiſſio valet ẽt in foro cõſciẽtiæ.*

91 *Quid autem in remiſſione facta à priuatis*

92 *Remiſſa iniuria nõ cẽſentur remiſſa dãna.*

93 *Princeps pro pace facienda num poſſit remictere iniurias, & dãna illata ſubditis.*

94 *Ciuitas num poſſit donare res priuatorũ pro habenda pace.*

95 *Emptores nũ cogantur reddere bona bannitorũ vẽdita pro pacis cap. obſeruãdis.*

96 *Princeps ex poteſtate faciens ordinaria videtur omnia facere ex cauſa.*

97 *Princeps de plenitudine poteſtatis poteſt tollere ius tertij, & dominium rei meæ.*

98 *Plenaria poteſtas quid ſit.*

99 *Priuilegiũ Principis ſolius eſt iura vnius auferre, & alteri dare de plenitudine poteſtatis.*

100 *Mentiuntur per regulam dicentes Imperatorem nõ poſſe de plenitudine poteſtatis dominium rei meæ auferre, & de ratione ſub num. 101.*

102 *Princeps in ſupradictis caſibus num remaneat obligatus aliquod in excambium tradere, & nu. 103. & 108.*

104 *Ciui-*

104 *Ciuitas faciens foſſatum per prædium meum num teneatur mihi ſoluere æxtimationem damni.*

105 *Domus communis ſi comburatur propter delictum num debeatur æxtimatio partis meæ.*

106 *Papa auferens beneficium alicui collatum de plenitudine poteſtatis num teneatur prouidere de æquè idoneo.*

107 *Papa cogens Epiſcopum inuitum Epiſcopatui renuntiare num teneatur ei prouidere de bono cambio.*

109 *Princeps num valeat remittere pœnam corporalem abſquè partis offenſa remiſſione.*

110 *Pœna corporalis pro delictis futuris non poteſt per Principem remitti.*

111 *Quis non debet inuitari ad delinquendum.*

112 *Remittere pœnam corporalem pro delictis futuris eſt contra publicam vtilitatem.*

113 *Delicta nō debēt remanere impunita.*

114 *Quis num poſſit venire contra factum ſuū ratione publicæ vtilitatis.*

115 *Princeps nō poſſit remittere pœnam corporalem pro delictis præteritis.*

116 *Cauſa publicæ lætitiæ admittit in hoc indultu remiſſionē pœnæ corporalis.*

117 *Eadem cauſa publicæ lætitiæ facit latiſſimam hunc indultum recipere interpretationem.*

118 *Hic indultus de iure intelligi debet, vt nemini præiudiciū afferat, et nu. 123*

119 *Verba debent potius impropriari, quàm tertio præiudicium afferre.*

120 *Reſcriptum debet regulari ſecundum Principis intentionem.*

121 *Intentio Principis talis eſſe præſumitur, qualis de iure eſſe debet.*

122 *Intentio Principis talis eſſe præſumitur qualis eſt l. ſcriptæ, & rationis naturalis.*

124 *Remiſſio, vel pax legitima ab indultu requiſita quænam dicatur.*

125 *Remiſſio legitima illa dicitur, quæ legibus eſt conſentanea.*

126 *Cōuentio de iure ciuile legitima dicit.*

127 *Legitima remiſſio poteſt dici iuſta remiſſio.*

128 *Legitima ſuſpicio iuſta appellatur ſuſpicio.*

129 *Legitima remiſſio iuris regulis eſt faciēda.*

130 *Lex, aut ſtatutum vtens verbo legitimum demonſtrat rem eſſe magni momenti.*

131 *Indicia legitima quando requiruntur ſunt probanda per teſtes omni exceptione maiores.*

132 *Probatio priuilegiata nō ſufficiat pro probatione indiciorū legitimorum.*

133 *Probatio quæ fit per iuramentum eſt probatio priuilegiata.*

134 *Legitimum verbū mutat naturā rei.*

135 *Legitimum verbum adiectum poſitioni, quæ de ſui natura eſt facti facit illam eſſe iuris.*

136 *Poſitioni iuris quis non tenetur reſpondere.*

137 *Legitimum verbum quando eſt expreſſum operatur mutationem naturæ, ſecus ſi tacitè ſubintelligeretur.*

138 *Stante ſtatuto quod occidens bannitum gaudeat beneficio indultus, num comprehendatur ſub ſtatuto, ſi occiderit bannitum ex contumacia.*

139 *Contumax dicitur fictè confeſſus.*

140 *Varietas facti alterat veritatē iuris.*

141 *Regula certa non poteſt tradi legitima remiſſio quæ dicatur.*

142 *Iudicis arbitrio remittendum author putat, quando legitima remiſſio dici poterit.*

143 *Remiſſio legitima tunc dijudicanda erit, quæ à legibus communibus, & à pragmaticis, & conſtitutionibus huius Regni recepta eſt.*

144 *Remiſſionis materia remiſſiuè.*

145 *Indultus hic loquitur de habentibus legitimam remiſſionem, & pacem ab offenſis.*

146 *Remiſſio, & pax num inter ſe differant, num. 160 & 161.*

147 *Dictio, et, facit diuiſionem.*

148 *Dictio, et, aliquando facit coniunctionem.*

149 *Dictio, et, eſt præmiſſis additiua.*

150 *Dictio, et, quando eſt coniunctiua requirit omnia coniuncta ſimul eſſe.*

Bb 151 Di-

151 *Dictio, et, aliquando ponitur pro vel, quo caſu disiungit.*
152 *Dictio, et, quandoquè pro etiam ponitur.*
153 *Dictio, et, aliquãdo ponitur pro quia.*
154 *Aliquando pro ideſt.*
155 *Quandoquè continuatiuè ponitur.*
156 *Dictio, et, multis modis poni poteſt.*
157 *Dictio, et, vt plurimum cadit inter diuerſa.*
158 *In hoc indultu dictio, et, disiunctiuè, & inter diuerſa deſumenda erit ratione ſubiectæ materiæ.*
159 *Legitima remiſſio tunc requiritur, quãdo cadit remiſſio, pax verò tunc requiritur, quando pax requiritur.*
160 *Pax quando dicatur.*
161 *Remiſſio quando propriè dicatur.*
162 *Pax, & remiſſio ex quo commodè vnum ab altero poteſt diuelli non coniunctim, ſed ſeparatim tractari debent.*
163 *Duæ ſpecies ſeparabiles non conſtituunt tertiam ſpeciem. quando retinent ſuam ſubſtantiam.*

Quæ omnia locum habere declaramus quò ad eos tantum qui legitimam remiſſionem, & pacem ab offenſis habuerint in caſibus, in quibus partis remiſſio neceſſaria eſt.

CAPVT XXII.

HVcuſque de ampliſſima Regis noſtri munificẽtia diffusè actum vidimus, dum per generalẽ hunc Indultum reos omnes quocunq; delictorum genere obſtrictos à quauis pœna nedum pecuniaria, verũ quoque, & corporali exemptos eſſe
1 voluit; At quoniam iuſtum Principem non decet ita clementia ſua vti, vt inde tertij præiudicium, aut iniuria oriri poſſit, propterea partis offenſæ rationem præſertim haberi voluit, decreuitq; tunc antedicta locum ſuum obtinere, cum le-
2 gitima remiſſio, & pax ab offenſis obtenta fuerit, in illis tamen caſibus; in quibus partis remiſſio neceſſaria fuerit.
3 Ex quibus oritur neceſſariò requiri, vt quis indultus beneficio gaudeat, vt obtineat remiſſionem ab offenſis, quæ ſi deficiet vtiquè beneficio huius indultus is non poterit gaudere, idq; claro iure deducitur ex dictione tantum, in ipſo indultu appoſita, ibi quò ad eos tantum.
4 Cuius dictionis natura eſt excluſiua, vt liquet in l. nõ tantum, ff. de app. l. ſi is, ff. de ſeruit. tit. gener. in l. ſerui, & filij, §. fin. ff. de furtis, in l. 2. vbi not. C. de iuriſd. omn. iud. & in l. ſolutum, §. ſi in ſortem, ff. de pignor. act.
5 Verum licet aliquando ſit excluſiua
6 ſimilis caſus, vt in l. ob æs. C. de prædijs min. & aliquando aliquorum, ſed non
7 omnium, vt in l. licet, ff. de vſufr. leg. in-
8 ducit tamen limitationem, l. properandum, §. 1. C. de ind. & limitationem negatiuam, vt in c. cum Eccleſia Sutrina. extrà. de cauſa poſſ. & propr. l. ſolemus, ff. de iud. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, ff. de lib. & poſth. l. 2. §. 1. ff. de vſu, & hab. & habetur per Bart. in l. ſi cũ duos, ff. rer.
9 amot. & ratio eſt, quia eſt dictio taxati-
10 ua, ſicut dictio ſolum, vt in l. proinde, §. 1. ff. de ſtipul. ſeru. eſſe verò eam dictionem taxatiuam controuerti non poteſt, vt eſt tex. in l. aduerſus, C. ſi adu. rem iud. not. in l. 1. C. de cond. indeb. quinimò eſſe di-
11 ctionem nedum taxatiuam, ſed etiam excluſiuam certi iuris eſt, l. contractus, ff. de reg. iur. l. 1. C. de bonis mat. dixit Dec. in conſ. 2. nu. 3. in princ. & num. 7.
12 Vnde ſequitur, vt cum Rex noſter dicat hoc in loco, quò ad eos tantum, qui legitimã remiſſionem, & pacem ab offenſis habuerint limitet ſuam generalem diſpoſitionem quò ad eos tantum qui &c. & ſi partis remiſſionem non obtinuerint, ab huius edicti munificentia excludat.
Quo fit, vt colligatur neceſſariò conſtitutum

Digitized by Google

ſtitutum eſſe, vt is, qui Indultus huius
beneficio gaudere cupit, remiſſionem
partis offenſæ pro qualitate neceſſaria
neceſſe ſit habeat, quam ſi non obtinue-
rit, ab hoc Indultu excluſum eſſe omnino
fatendum erit.
14 Ratio autem eſt, quia quando lex re-
quirit actum cum aliqua qualitate actus
non ſufficit ſine qualitate, c. cum ab eo.
iuncta glo. de elect. in 6. §. cum hoc. inſtit.
15 de action. Maximè quando qualitas eſt
cauſa alicuius effectus, ſicut in hoc In-
dultu remiſſio conſideratur, nam niſi
16 qualitas præcisè deducatur, & probetur,
non ſufficit probatio facti abſquè quali-
tate, l. non ſolum, §. ſed vt probari, vbi
Bart. ſub num. 2. ff. de noui operis nunc.
l. matrem, & ibi Bald. C. de probat. glo. &
Angel. in l. eum actum, ff. de neg. geſtis,
Panor. in c. in præſentia, num. 5. extrà de
probat. Alber. in l. ſpadonem, §. qui libe-
ratus, ff. de excuſ. tut.
17 Et ratio præcitatæ rationis eſt, quia
quando l. ſtatutum, vel diſpoſitio ſe fun-
dat in aliquo ſubiecto, vel qualitate
prius, & ante omnia debet de illo con-
ſtare, l. 4. ff. de fideicomm. liber. l. 1. §. præ-
gnante, ff. de ventre in poſſ. mitt. l. 1. §.
hæc verba, ff. ne vis fiat ei, l. 4. §. condem-
natum, ff. de re iud. l. is, qui hæres, §. ſi
quis dubitet, & l. qui hæreditatem, & l.
hæres inſtitutus, ff. de acquirenda hæred.
l. non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. l. ſi
curialis, C. de Epiſc. & cler. cum alijs
traditis per diſertiſſimum Gomeſ. in li-
bro 3. variarum reſol. cap. 9. tit. de captu-
ra reorum, nu. 1. verſ. confirmatur quia.
18 Ideò concludimus, neminem gaudere
debere, nec poſſe Indultus beneficio abſ-
què partis offenſæ remiſſione.
19 Decretum iuſtè, & rationabiliter in-
dictum, nam ſi Rex noſter indulgeret cri
minoſis delicta abſquè partis offenſæ re-
miſſione, vtique læderet ius tertij, ac par
20 tis offenſæ, quod quidem lex non parum
abhorret, l. 2. §. merito, & §. ſi quis à Prin-
cipe, ff. ne quid in loco publ. cap. ſuper
eo. vbi Panorm. & alij. de officio deleg.
in 6. cap. ex tuarum, de auth. & vſu pallij,
eod. lib. 6. cap. quamuis, de reſcript. in 6.
Baldus in l. 1. ſub num. 1. ff. de Conſtit.
Princip.
21 Hinc eſt vt verba debeant potius im-
propriari, quàm tertio præiudicium in-
ferri, dicto cap. ſuper eo. vbi Baldus, &
Cardin. facit tex. in l. 2. ff. de natal. reſt.
22 etiam ſi agatur de iure ad rem, Panorm.
in cap. in noſtra, not. 3. de reſcript. in 6.
Domin. in cap. ſi motu proprio, de præb.
in 6. & in c. quam ſit, de elect. eod. lib. 6.
dixit Baldus in l. ſi conſtante, in fine,
C. de donat. ante nupt. Probus in addi-
tionibus ad Io. Monachum in c. 1. num. 2.
cum ſeq. de verb. & rerum ſignif. lib. 6.
23 Quamobrem Principi non eſt à lege
tributa facultas tertio præiudicandi,
etiam per viam legis, vt edocuit Innoc.
in cap. quæ in eccleſiarum, num. 2. & 3.
col. 1. extrà de conſtit. & Bart. in procem.
digeſtorum, numero 13. & in l. 1. in fine,
24 ff. de Conſtit. Princ. Niſi tamen ex eius
25 poteſtate abſoluta id faceret, & ex cau-
ſa, quæ ſi non ſubeſſet, non poſſet, ſecun-
dum Gramm. plenè in ſuo conſ. ciuili 34.
26 cum neque præſumatur poteſtatem ad-
hibuiſſe abſolutam, niſi expreſsè dictum
fuerit, vt præter adducta per nos ſupra
in cap. 1. num. 7. cum ſeq. nunc addimus
ad eorum comprobationem Carrer. in
ſua Pract. Crim. in §. circa, nu. 373. verſ.
item non valet.
27 Vel & ſecundo, niſi aliter conceſſio
non valeret. Brunus in eius 3. conſ. feu-
dali num. 18.
28 Hinc Principis diſpoſitio dominium
alterius auferens non eſt ſeruanda, ne-
què in foro fori, nequè in foro poli, vt
arg. tex. in l. venditor. §. conſtat. ff. com.
prædiorum, tradidit Bald. in l. iubemus,
in princ. C. de ſacroſan. eccl. & latè de-
duxit Felin. in dicto cap. quæ in eccleſia-
rum, num. 26. Affl. in Conſt. Regni, incip.
Inſtrumentorum robur. q. 12. verſic. ſed
iuxta hanc, num. 15. quem adducit Cara-
nita in Ritu M.C. 311. incip. Principium
iſtius ritus, num. 11.
29 Ob eandem etiam rationem infertur,
quòd ſicut iudex in præiudicium partis
læſæ non poteſt delicta componere
Innocent. Ioannes Andreas, & Imola ſub

num. 29. in cap. odoardus, in fine, extrà.
de ſolut. pro quorum doctrina non lon-
gè diſtat tex. in §. ſi verò aliqui. in Auth.
de quęſtor. & tex. in §. ſi quis autem, in
Auth. de adminiſtratoribus. Cuius con-
30 cluſionis ea erit ratio, quia primum de-
bet læſis ſatisfieri, & deinde delinquen-
tes puniri, c. peſſima, 23. q. 8.
31 Ita ad inſtar huius doctrinæ, Princeps
non poteſt in præiudicium partis offen-
ſæ delicta remittere, ſic ait glo. vbi Bald.
Ang. Iaſ. ac cæteri in l. venia, C. de in ius
voc. dixit idem Angelus in l. ſi docueris,
C. ad legem Corn. de falſ. Felin. in cap. 1.
num. 4. verſ. ſecundo declara. extrà. de
probat. Lucas à Penna in l. 1. q. 5. nu. 65.
C. de deſert. lib. 12. And. in cap. 1. in verſ.
& committentium, numero 73. & Afflict.
in §. pœnarum, num. 32. quæ ſint regal.
idem Affl. in Conſtit. Regni incipiente,
Mulier quæ dotarium, notabili 10. num.
25. Abb. in conſ. 6. incipiente, In quęſtio-
ne, in 2. dubio, volum. 2. & Caſſan. in con-
ſuet. Burg. tit. des iuſtices, §. 5. num. 163.
& in conſil. 27. recenſuit Carau. in Ritu
M. C. 273. incip. Principium, num. 1. cum
ſeq. Clarus in §. fin. q. 59. verſ. adde quod
pro bono pacis, & latiſſimè Farin. in tit.
de inquiſitione, q. 6. numero 18. cum ſeq.
verſ. amplio igitur.

Hanc autem concluſionem regulari-
32 ter procedere intelligamus, eam autem
ità admittimus, vt abſque cauſa Prin-
ceps non poſſit delicta indulgere abſque
partis offenſæ remiſſione quò ad eas ta-
men, ex quibus pœnæ ſunt parti appli-
candæ, vt demonſtrauit Decianus in li-
bro 3. ſub tit. Abolitio an, & quando im-
ped. accuſ. num. 90. & nos latius Deo du-
ce, diſſeremus. Sed cum cauſa, nulli du-
33 bium eſt, quin poſſit delicta indulgere
abſque partis remiſſione, delinquentibus
remiſſione adhuc carentibus, vt colligi-
tur ex theorica Imolę in d. c. odoardus,
in fine, extrà. de ſolut. & expreſsè edo-
cuit And. in d. c. 1. §. & bona committen-
tium, num. 75. circa medium, & ſecutus
eſt Afflict. ibidem ſub num. 128. quæ ſint
34 regalia. Maximè ſi non tractaretur de
iure partis, ſed fiſci, cum facilius remit-
tatur ius fiſci, quàm ius priuatorum, Bal.
in l. quicunque, col. 8. C. de ſeruis fugit.
allegauit Afflict. in Conſtit. Regni incip.
Si quis rapere, num. 11. in fine.

Et ratio huius concluſionis eſt, quia
35 Rex non habet qui ſua facta dijudicet,
36 quia anima ſua eſt in ſeipſa. Ideo dicit
37 Andr. loco paulo ante dicto, quòd Rex
poteſt ſine exemplo ſubuenire, per tex.
in l. 1. in fine, ff. de Conſt. Princip. perin-
38 de quaſi diceret, quòd quando Princeps
ex certa ſcientia, quod non adſit remiſ-
ſio partis, indulget, nemo poſſit dicere,
Cur ita facis? c. in memoriam, vbi Doct.
19. diſt. Specul. in titulo de legat. §. nunc
oſtendendum, verſ. 89. & poſt eum Bald.
39 in proœmio feud. col. 12. Quis enim au-
det dicere Deo, Quare huic parcis? cap.
40 quamuis, de pœnit. diſt. 3. & ſi Princeps
eſt cauſa cauſarum, quonam pacto erit
de eius poteſtate inquirendum? Baldus
in c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, col. pen. vt
lite pendente huius autem dicti reddi-
41 tur ea ratio, quia primæ cauſæ nulla eſt
42 cauſa, cum illud, quod primum eſt, aliud
ante ſe habere non poſſit.

Quinimmo idem Baldus in c. cum ſu-
per, col. 1. extrà. de cauſa propr. & poſſ.
43 tradidit, quòd Papa, vel Princeps ex cer-
ta ſcientia ſupra ius, contra ius, & extrà
44 ius omnia poſſunt, ideo ſacrilegium eſt
de Principis poteſtate diſputare, l. 2. C. de
45 crim. ſacril. Quare fit, vt Princeps muta-
re poſſit quadrata rotundis. Hoſt. in cap.
cum veniſſent, extrà. de iudic. tum quia
46 eſt dominus dominantium, habens ius
Regis Regum in ſubditos, ſecundum Bal
dum in proœm. Greg. in fine 4. col. & in
cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, col. 3. extrà.
47 de conſtit. tum etiam quia apud Princi-
pem eſt ſuprema poteſtas, in qua non ha-
bet parem, ſecundum eundem Baldum
in cap. 1. col. 1. extrà. de probat. Et eſt
48 omnia, & ſuper omnia. idem Baldus in
l. Barbarius, in fine, ff. de off. proconſ. &
leg. Bart. in conſt. ad reprim. in verſ. to-
tius orbis. idem Bal. in l. 2. q. 6. C. de ſeru.
& aqua, probaturquè in cap. cuncta per
mundum, 9. q. 3. & tex. in c. ſacroſanctæ,
in proœm. 6. libri.

Quò

49 Quò circa quia Papa eſt omnia, & ſu-
per omnia, ideò concurrit cum omni
prælato in iuriſdictione, & poteſt. Ioes
monac. in cap. ſi eo tempore. de electio-
ne in 6. quem eefert. Bald. in cap. 1. col.
1. in princ. de his qui feud. dare poſſ. in
ca. 1. colum. 1. quis dicatur Dux, Mar-
chio, vel Comes. In proœmio decret. col.
1. in cap. 1. colum. 4. Extrà de offic. ordin.
& notabilius in c. dilecti. el 2. col. pen.
50 extrà de àppell. ideoq; principi permi-
51 ctitur delicta indulgeee cum cauſa abſq;
partis offenſæ remiſſione.
52 Verum tamen iſthæc interpretanda
veniunt, vt dixit Iaſ. in l. reſcripta, num.
2. & 4. C. de præcibus Imperat. offer. Cum
grano ſalis, claue ſcilicet, diſcretionis
non errante, vt voluit glo. 2. & poſt eam
Bald. & alij in cap. quanto. extrà. de iu-
reiurand. & quatenus principi poteſtati
53 conuenit, ſicq; temperandam putamus
Andreæ opinionem ſupradictis ratio-
nibus munitam.
54 Porrò, vt huiusmodi quæſtio aptiorē
habeat reſolutionem, poſſumus infraſcri
ptam adhibere diſtinctionem, ex qua ip-
ſius veritas colligi facile poterit de qua
per Doct. & præcæteris per Iaſ. in d. l. ræ-
ſceipta. num. 8.
55 Nam quandoqueritur num princeps
poſſit remictere pœnam delicti, diſtinxe-
runt, quod aut loquimnr de pœna pecu-
niaria, aut verò de pœna corporis affli-
ctiua.
56 Si primam diſtinctionis partem aduer
mus, iterum erit diſtinguendum, quod
aut iſta pœna pecuniaria eſt fiſco appli-
57 canda, & tunc nulla cadet dubitatio,
quod poſſit princeps eam indulgere, ex
quo facilius remictitur ius fiſci, quam
partis, vt paulò ante recenſuimus, quo-
58 niam fiſcus principis eſt ipſemet prin-
ceps, vt demonſtrauimus ſupra in cap.
17. num. 7. ideoq; remictens ſibi met vi-
detur præiudicium inferre, ob idq; po-
59 terit pœnam fiſco ſuo applicandam re-
mictere, ac indulgere princeps.
60 Si verò pœna eſt fiſco applicata, &
tunc non poteſt pœnam remictere, tum
quia per applicationem eſſet quæſitum
ius fiſco, cui eſſet damnoſum pœnam ap
plicatam remictere in præiudicium iu-
ris quęſiti, vt per plura comprobauit Iaſ.
61 in l. venia. num. 10. cum ſeq. C. de in ius
voc. Cum quoque quia hoc luctum iam
quæſitum fiſco, & eidem applicatum ſi
remicteretur eſſet illud perdere, & pati
damnum quod non eſt admictendum. ad
tex. in l. liberto octoginta. ff. de bonis li-
bert. glo. in verſ. per in integrum reſtit.
tex. in l. 1. §. ſiquis propter inūdationem.
ff. de itin. actuq; priu. l. non amplius in
princ. vbi Bald. Ang. Imol. & moderni. ff.
de leg. 1. Bald. in l. cum te ſponſæ. C. de
donat. ante nuptias Caſtr. & alij in l. 2.
§. fin. cum l. ſeq. ff. qui ſatiſd. cog. cum
cæteris per Farin. diſcuſſis in tit. de in-
quiſitione quæſt. 6 num. 28. & per nos cu
mulatis, ſuprà in cap. 1. num. 9.
62 Ex hac concluſione inferuntur plura
corrolaria, & 1. quod ciuitas per ſtatu-
tum non poteſt expreſsè reſtituere ban-
nitum ad bona applicata hæredibus in-
terfecti. Cyn. & Bald. in l. Gallus. §. &
quid ſi tantum quæſt. 3. colum. penul.
ff. de lib. & poſthu. Alex. in conſil. 190.
incip. maturè 2. & 6. col. volum. 6. & in
conſ. 216. incip. nec arguendum. colum.
6. volum. 2. Iaſ. in d. l. venia, num. 12.
63 Secundo infertur; quod ſi aliquis im-
petraret à Papa, vel Imperatore aliquā
compoſitionem, vel remiſſionem ſuper
pœna iam exacta per fiſcum nulla men-
tione facta de exactione, & incorpora-
tione pœnæ, reſceiptum non valet. Bald.
in l. nec damnoſa, quem ſequitur Iaſ. in
princ. C. de præcib. Imp. offer. idem Bal.
& Iaſ. in l. præſcriptione in fin. C. ſi con-
tra ius, vel vtil. publ. Dec. in l. liberos. C.
de collat. Campagna in cap. Regni. cap.
miſericordiam. num. 26.
64 Et ratio eſt duplex prima qa dānoſum
fiſco. Secūda quia ſubreptitia, ex quo nō
65 fecit mentionē exactionis, Nam literæ re
miſſionis non valent niſi cā, & quælibet
66 facti qualitas exprimatur, in Bald. in d. l.
præſcriptione. col. 9. vbi Iaſ. ſub nu. 31.
Quia lræ facti ſeriem nō continentes nō
67 valent. c. ſuper eo. de cohab. cler. & mul.
c. dilectus filius, Abbas Sancti Stephani,
&

Digitized by Google

& cap. ad audientiam. extrà de reſcr. dixit Oldrad. in conſ. 22. incip. ad quæſtio nem. in fine. Alex. in conſi. 29. incip. ponderatis his, quæ narrantur in themate. col. 2. in fine. vol. 1.

68 Quamobrem ſi quis condemnatus in mille impetrauerit gratiam, & remiſſionem talis pœnæ nulla facta mentione ex qua cauſa fuerat condemnatus talis gratia non valebit. Alex. in conſ. 114. col. 1. vol. 1. Iaſ. in d. l. nec damnoſa, in princip.

69 Secundò ſequitur quod ſi quis habuerit gratiam de vno homicidio, & ſecundùm poſtea patrauerit homicidium de quo impetrauit gratiam, Hæc gratia nõ valebit ſi de primo homicidio, & prima gratia nulla fecerit mentionem. Sic notat Gugliel. de Cuneo per illum tex. in l. 3. C. de epiſc. aud. Felin in capitul. poſtulaſti col. 4 extrà. de reſcr. in c. ex literis, col. 1. in fine. de offic. deleg. Barb. in cap. ſuper literis. col. 34. extrà de reſcr. Iaſ. tam in d. l. præſcriptione. col. fin. quàm in d. l. nec damnoſa. col. 1.

70 Perquod dictum fuit decapitatus quidam in Ciuitate Bononiæ, qui non facta mentione de ſecundo homicidio habuit gratiam de primo, ſicuti teſtatur Abb in d. c. ſuper literis. col. 34. quem recenſet Camp. in loco præmonito, nu. 18. & ante eum Clarus in §. fin. q. 59. ver. debes aũt.

71 Niſi tamen impetraretur geminatum reſcriptum, nam geminatio purgabit vitium ſubreptionis, & obreptionis. §. & hoc verò iubemus. In auth. vt nulli in d. & arg. tex. in l. balista. ff. ad trebell. ſcriptum reliquit Iaſon in d. l. præſcriptione nu. 31. & 32. & latè diſſeruimus ſupra iud. c. 1. nu. 183. ver. motu proprio.

73 Aut verò pœna venit parti applicanda, & tunc princeps non poteſt eam remittere; glo. vbi Doct. in d. l. venia. C. de in ius voc. vbi in ſpecie Iaſ. ſub nu. 10. dixit Bald. in d. l. reſcripta. in prin. plenè per Inno. & alios in c. in noſtra. extrà de iureiu. Barb. in conſ. 11. col. pen. volu. 4. Dec. in conſ. 520. num. 2. Ruin. in conſ. 167. num. 2. vol. 1. Paris. in conſ. 1. nu. 42. vol. 4. cum aliis adductis per Gramm. in d. conſ. 34. num. 1. & 2. & in vot. ſi. col. fin. per Menoc. in lib. 1. de arbitr. in d. quæſt. 96. nu. 1. & 2. per Decianum in tit. Abol. an, & quando impediat. accuſ. lib. 3. nu. 90. & Farin. in tit. de delictis, & pœnis q. 17. num. 71. vbi de communi.

74 Vſquè adeò, vt ſi princeps de plenitudine poteſtatis pœnam parti applicandã remiſerit tenebitur de ſuo proprio parti læſæ reſtituere, alias peccaret mortaliter. ſic ex Gramm. in d. conſ. 34. num. 2. & Soto de iuſtitia, & iure lib. 4. q. 5. art. 4. dixit Menoch. loco antedicto, & poſt eum Farin. in præcitata q. 17. nu. 71.

75 Ex his deſcendit, Quod princeps, vel populus habens iura principis non poteſt cum inimicis paciſci, vt de damnis hinc inde illatis non fiat per ſubditos querela, etſi tranſactio fuerit inita nõ valebit, ex quo particularium verſatur præiudicium, ſic Hoſt. & alij in c. quantò, extrà. de iureiur. Innoc. & alij in c. ad noſtram. eod. tit. Bar. in l. 3. C. de in ius voc. Bald. in l. ſi domus. ff. de ſeru. vrb. præd. Gemin. in cap. authoritate. §. 1. vbi glo. fin. de priuil. in 6. & in c. ſi quem. §. notandum. 2. q. 3. neq; emptores rerum acquiſitarum in bello eſſent tuti in conſcientia, ſcdm Hoſt. in ſumma de pœnit. & remiſſ. §. quibus qualiter. col. pen. ver. ſed pone guerra. Anch. in reg. peccatum, col. 39. ver. ſed moueo vnam q. de reg. iur. in 6. Rota in deciſ. 371. incip. item ſi præſupponimus. in nouis. recitata per Iaſ. in d. l. venia, nu. 11.

77 Et in ſumma princeps non poteſt abolere infamiam, in quam incurrit damnũ inferens ſine conſenſu iniuriati, ſicuti cõſuluit Anch. in conſ. 162. incip. viſo diligenter tenore generalis reſtitutionis, & glo. in d. l. venia, C. de in ius vocand.

78 Sed hanc concluſionem limitabimus
79 præſertim non procedere ratione publicæ vtilitatis, pp quã, vti reginã aliarum
80 cauſarum, obquas licet principi iuri tertij derogare, de quib. per Lucã à Penna in l. vnica, nu. 67. C. publ. lætit. lib. 12. Aſſeremus dicentes rõne publicæ vtilitatis ſuadente poſſe principem in tertij præiudiciũ remittere, vel cõis eſt Ciuiliſtarũ, & Canoniſtarum opinio, illorum in l. 1. vbi

vbi Bar in fin. C. ſi cõtra ius, vel vtil. pub.
& in 1. conſt. ffornm, & habetur per Iaſ.
in l. fin. C. eod. tit. ſoperius citata. horum
verò, in c. quæ in eccleſ. vbi præceteris
Innoc. extrà. de conſt. & in c. in noſtra. ex
trà. de iniur.
81 Hæc rõ publicæ vtilitatis o ptur, vt re-
ſtitutio facta pp pacem publicam exten
datur etiam ad bona alienata, Bal. in tit.
de pace conſt. verſ. prinilegia omnia. col.
82 12. cum ſequitur Aret. in d. l. Gallus. §. &
quid ſi tantum. ff. de lib. & poſt. vbi Iaſ.
83 col. 17. dixit Abb. in cap. 1. extrà, de Par-
roch. etiã ſi non dicatur Capic. in deciſ.
69. num. 23.
Vnde quamuis in qualibet diſpoſitio-
ne non veniant fenda, niſi exprimantur,
c. in generali, ſi de feudo cõtr. fuer. tñ in
84 reſtitutione quæ fit ex cauſa pacis veniõt
ẽt feudalia, licet non dicatur. Florianus
in l. loci corpus. §. fin. ff. ſi ſeru. vind.
Bellam. in dec. 743. cum ſeq. recenſuit
Capic. in deciſ. præcitata. n. 24. ver. itẽ.
85 Præterea, quãuis certũ ſit, quod prin-
ceps ex põtate ordinaria non poſſit tolle
re dominiũ rei meæ abſquè cã, vt eſt tex.
iuncta glo. in l. fi. C. ſi contra ius, vel vtil.
publ. tex. vbi gl. & Abb. in c. conſtitutus.
extrà. de relig. dom. eadẽ gl. iuncta doctr.
doct. in d. c. quæ in eccleſiarũ. dixit, Bart.
in prohæmio fforum, Innoc. in c. pleriq;
de immun. eccleſ. Archid. & Dom. in c.
ius ciuile. 1. diſt. And. in c. 1. §. ſimiliter.
in 2. addit. col. 9. circa mediũ. verſ. ſi non
poteſt reuocari. Capic. in d. deciſ. 69. nu.
23. & ibid. num. 4.
86 Quod intelligimus tam de dominio di
recto, quàm vtili, ſecundum Bart. in l. 2.
87 C. de fundis patrim. li. 12. Quamuis poſ-
ſit tollere ius poſſeſſionis, & facere quod
omiſſo poſſeſſorio videatur cauſa petito
rij; Abb. in c. In literis, col. 10. extrà. de
teſt. ſpol. Alex. in conſ. 54. incip. viſo pro-
ceſſu, col. 2. vol. 5. & Cæpolla in conſ. 60.
col. pen. verſ. & maximè.
88 Tamẽ ratione publicæ vtilitatis prin-
cipi licitum erit dominium rei alienæ
auferre per tex. vulgatum in l. item ſi ver
beratum. in princ. ff. de reiuẽd. l. vẽditor,
§. cõſtat. ff. cõm. pręd. l. lucius. ff. de euic.
cum ſimil. c. in nſã. extrà de iniur. Bart.
in ꝓhæm. fforũ. in l. quoties ff. de pollici-
tacion. in l. Antiochenſium. ff. de priuil.
cred. & in l. quęcunq; C. de fide inſtr. &
haſtę. fiſc. lib. 10. Dec. in d. c. quæ in eccle
ſiarum. col. 12. & ſeq. Couarr. latè in lib.
3. variarum reſol. c. 14. Caſtr. in l. cum hę
redes. ff. de acq. poſſ. & alij. per Molinam
congeſti in lib. 2. de primogen. his pan. c.
7. nu. 28. cum. ſeq. diſcuſſit Rota Auin. in
89 deciſi. Quando tamen pax aliter ha-
beri non potuiſſet. Anch. in c. canonum
ſtatuta. q. 6. extrà. de conſtit. & . in reg. pec
catum. col. 38. de reg. iur. in 6. & in conſ.
162. incip. viſo diligenter. Felin. in c. quæ
in eccleſiarum, col. 20. extrà. de conſt.
Iaſ. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum lect.
2. col. 12. verſ. intellige tamen. ff. de lib.
& poſth. admonuit Capic. in deciſ. 51. in
finalibus verbis, num. 14. & in deciſ. 166.
num. 6. & ante eum Affl. in deciſ. 161.
90 Ex his Hoſt. & Anch. in d. c. in noſtra
tradidere, quod vbi aliter pax haberi
non poſſet, niſi fieret remiſſio damnorũ
illatorum priuatis, ſi tamen fieret à prin-
cipe ratione publicæ vtilitatis valeret
remiſſio, etiã in foro conſcientiæ, Quod
91 tamen aliter dicendum eſſet in remiſ-
92 ſione facta à priuato, nam remiſſa iniu-
ria non cenſentur remiſſa damna, Bald.
in l. ſi tibi. §. quædam. ff. de pactis, edocu-
it Afflict. in conſtit. regni incip. ſiquis ali
quem. num. 30.
93 His quidem rationibus ad huc ſubne-
ctendum putamus illud, quod dixerunt
Bald. Ang. Alex. & alij in l. conuentio-
num. ff. de pactis, videlicet, quod princi-
pes pro pace facienda poſſunt remictere
iniurias, & damna illata ſubditis, ita vt
in perpetuum non poſſint conqueri, ne-
que ciuiliter, neque criminaliter, com
quibus concors eſt Ang. qui teſtatur ſic
in Ciuitate Peruſina eſſe ſeruatum. In
d. l. venditor. §. ſi conſtat. ff. comm. præd.
& in l. Antiochenſium, ff. de priuil. cred.
recitat Capic. in d. deciſ. 69. num. 24.
94 Quin immò ciuitas poterit res priua-
torum donare pro pace habenda. Bald.
& Ang. in l. benè à Zenone, C. de quadr.
95 præſcriptione, pro cuius pacis capitulis
offer-

Digitized by Google

obſeruandis bona bannitorum empta ex bannitis empores non coguntur reddere, ſecundum Bald. in l. quicunq; in fine. C.de fide inſtr. & haſtæ fiſc. lib. 10. de quibus per Iaſ. in l. 2. num. 19. cum ſeq. C.de in ius voc.

96 Hæc autem intelligamus veritatem continere, quando princeps facit illud ex poteſtate ordinaria nam tunc videtur oĩa facere ex cauſa, vt tradidit Capic. in d.deciſ. 166.nu.5.circa medium, ſecus verò de plenitudine poteſtatis, nam hoc
97 caſu etiam ſine cauſa poteſt tollere ius
98 tertij, & dominium rei meæ, nam cum plenaria poteſtas ſit arbitrij plenitudo nulli neceſſitati ſubiecta, nullis què iuris regulis limitata ſecundum Bald. in l. 2.col.8. verſ. Item nota quod ſi Papa.C.
99 de ſerui, & aqua. Ideò ſolius principis priuilegium erit inra voins auferre, & alteri dare de plenitudine poteſtatis, ac nulla cauſa ſuadente nobis dominiũ auferre. Ang.in d.l.item ſi verberatum, §.1. ff.de reiuend. Dnſ.in d.c. quæ in eccle. vbi Dec.col. 13. & tradidit in cõſ.191. incip. in cauſ.col.3. Pernuſ.&in cons.12. citatus p Cap. in d. dec. 166.n.10.cũ ſeq.

100 Qua ratione Ang. in loco præmonito auſus ſit dicere, quod mentiuntur per gulam, qui dicunt quod Imperator de plenitudine poteſtatis non poſſit dominiũ rei meæ mihi auferre. Idẽ Ang.in d.l. Antiochienſum, & in l.3.§.ſi is, pro quo.ff.quod quiſque iuris, Bald.& idem Ang. in l. 2. C.de quadr.præſcrip. quos recẽſet Iaſ. in d.l.fin.nu.3.verſ.ſextò limita, C.ſi contra ius vel vtil. publ. idq; virute plenitudi-
101 nis poteſtatis, de qua plura per Pariſ. in conſ. 1.nu.85.cum ſeq. volum. 1.

102 Animaduertendum tamen eſt, quod & ſi ratione publicæ vtilitatis, & ſic ex cauſa, vel de plenitudine poteſtatis libera ſit principi tributa facultas rei alienæ dominium auferendi, attamen ipſe princeps tenebitur tãtundem parti compenſare, & in excambium tradere. cap. 1. de feudo guardię, vbi And.dixit Bart.& poſt eum alij in l.ſi.§.fin.ff.de pign.act. Bald. in d. l. item ſi verberatum. Ang. in conſi. 139.incip. Viſis omnibus ſtatutis.c.cum inferior. in fine.extrà. de maior. & obed.

Ex quo tex. Bald.ad ſcripſit, quod au-
103 ferens ius alteri tenetur illi de proprio recompenſare. Quam quidem conclusio nem ex Baldi ſententia confirmabimus.

104 Et primò per ea quæ dicit Bald.in l. 2. per illum tex. C.pro quibus cauſ. ſeruus per præmio lib.accep. quod ſi ciuitas vel
105 let facere foſſatum per prædium meum tenetur mihi ſoluere æſtimationem dãni; vel ſi propter delictum veniret comburenda domus communis tenetur ſoluere mihi æſtimationẽ partis meæ, de quo per Bar. in l. atheius.§.de eo opere.ff. de aqua pluu. arc. Flor. in l.ſi is cum, num.2. ff.comm.diuid. Archid.in c. fœlicis.num. 13.de pœnis in 6.cũ aliis citatis per Nouellum in tract.de iure pro tho.§.2 num. 183. tract. 17. ergò eodem modo qñ auferetur dominium rei priuatorum.

106 Secundò comprobatur ex doct.eiuſdẽ Bald.in c.1.§.ad hoc, col 5.per glo. ibi.de pace iuram.firm. Quod ſi papa contulit mihi beneficiũ, & poſtea de plenitudine poteſtatis mihi auferat, & det alteri tenebitur mihi prouidere de æquè idoneo.

107 Tertiò & vltimò ad id expendimus dictum Innocentij in c. niſi cum pridem, extrà.de renunc. quod ſi Papa cogat ſine cauſa Epiſcopum inuitũ renunciare epiſcopatui debet ei prouidere de bono cã-
108 bio, ex quibus impellimur facilius ad cõcludendum, caſu quo princeps auferat mihi dominium rei meæ eſſe per principem in excambium dominij ſublati in tãtundem compenſandum.

Sed reuertamur quæſò quò noſtra cæpit oratio, & dicamus hactenus expeditum eſſe caput pœnarum pecuniariarũ applicandarum tamen fiſco, & parti.

109 Nunc verò proſequendum erit caput propoſitum de pœna corporali num eã ſcilicet, princeps valeat remiĉtere abſq; partis offenſæ remiſſione, & hic caſus per diſtinctiones explicandus erit.

110 Quod ante loquimur de pœna corpo-
111 rali infligenda pro delictis futuris, & hęc non poteſt per principem remitti, & ratio quia inuitaretur quis promptius ad delinquendum contra tex.in l.cõuenire. ff.de

ff. de pact.dot. facit glo. in l.nec ex prætorio.ff.de reg. iur. & in l. huius.§. illud.
vbi Bald.& Socc.ff.de pactis.dixit Bart.
in l.cum lex.ff.de leg.& in l.ſi ita,ff. de auro,& arg.leg.Salic. in l.2.C.de gen.abol.
Dec.in c.cognoſcentes, in princ. extrà.
de conſtit. Ang. in conſ.67. Dec.in conſ.
65.in fine. Anchar. in c.1.col.3.extrà de
conſt.& Socc.in conſ.101.incip. abendn.
colum. 2. vol. 2. Clarus in d.q. 59. verſi.
ſucceſſiuè quæro, quos coaceruat Camp.
112 in d.c.regni incip. miſericordiam, num.
113 20. eſſetq. contra vtilitatem publicam,
114 ex quo delicta remanerent impunita l.
ita vulneratus.ff.ad l.aquil.conſiderauit
Iaſ.in d.l.reſcripta,num. 8.ob quam publicam vtilitatem poteſt quis venire contrafactum ſuum contra legum interdicta contractum, ſicuti placuit Bald.in l.
quem admodum.C.de agric.& cēſ.li.12.

116 Si verò eſſet delictum de prçterito tūc
poteſt per reſcriptum remitti,iuxta Bal.
Iaſ.& aliorum doctrinam, qui teſtantur
ſic tota die fieri tam in d.l.nec damnoſa,
quàm in d. l. reſcripta, & eſt communis reſolutio, vt per Canoniſtas, in d.ca.
Odoardus. not. per Ang. in l.ſenatus. ff.
ad Turpill. & per Iaſ. in l.cum quis.C. de
iuris,& facti ignor.And.in d.c.1.§.& bona committentiū,num.75. quæ ſint reg.
& Lucas à Penna, in d.l. 1.C. de deſert.
lib.12.

117 Quod quidem libentiſſimè in hoc Regio Indultu ſeruandum exiſtimamus ob
cauſam publicæ lætitiæ, quæ ineo viget,
qua propter hoc Principis beneficium latiſſimam debet ſumere interpretationē
ad tex. ſæpe ſæpius allegatum,in l. fin.ff.
118 de conſt.Prin.nam, etſi apertis verbis in
hoc indultu non eſſet deducta, ad hoc tamen hoc reſcriptum intelligi deberet,
vt nemini præinditium afferat ſecundū
Bald.in l.ex facto.ff.de vulg. & pupillar.
Bald.in l.nec auus,C.de emanc. lib.cum
aliis citatis per Dec.in conſ. 11. incip.
119 & protenni,num.4.inde fit,vt potius impropiari debeāt verba, quam tertio præiudicium afferri,ſecundum Domini,in c.
ſi poſt quàm.de præb. in 6.Compeſt.in c.
cauſam quæ.extrà,de reſcr.Alex.in conſ.
26.incip.viſo.lib.2. & conſ.35. in 2. col.
volum.4. quia tale reſcriptum regulari
120 debet ſecundum Principis intentionem,
Innoc.in cap. cum Eccleſiaſticæ, extrà,
de excep.Bal.in l.præſcriptione,col.pen.
C.ſi contra ius,vel vtil.publ. & in l. 1. de
121 conſt. Princ. quæ, cum in eo præſumatur
talis eſſe,qualis de iure eſſe debet ſecundum eundem Bald.in d.l.ex facto,in fine,
122 & qualis eſt.l.ſcriptæ, & rōnis naturalis,
vt inquit idem Bald.in cap. 1. colum. 2.
Apud quem,vel quos contr.inueſt.termi.
recitatus per Dec. in d.conſ. 15. num.3.
& in conſ. 33. incip. viſo puncto, num.5.
& per Piſan. in commēt.prag.edita tori
123 num.28.& notauit D.de Anna in conſ.62
num. 21. de iure intelligitur, vt nemini
iniuriam afferat. Ideò, ſi hoc in loco ſic
non eſſet expreſſum ad hoc iure ſubintellectum id eſſet, ſicq; in hac materia concludendum arbitramur.

124 Sed ad huc reſtat explicare, quonam
pacto interpretanda ſit qualitas illa ab
hoc noſtro indultu requiſita, quod ad finem,vt quis valeat indultu gaudere exigatur remiſſio, vel pax ab offenſis legy-
125 tima?& quæ nam dici poſſit remiſſio, uel
pax legitima; Et pro huius difficultatis
explanatione poſſumus dicere eam remiſſionem habendam eſſe vti legitimam
quæ legibus conſentanea eſt, ac iuri ci-
126 uili, ſicuti conuentio de iure ciuili legitima dicitur. l. legitima.ff. de pactis.

127 Legitima ergò remiſſio dici poteſt iu-
128 ſta remſſio, ſicuti dicitur de legitima
129 ſuſpicione, in cap.cum ſpeciali.vbi not.
130 extrà.de appell.& in c. legitima. de appell.in 6.

131 Vnde vt remiſſio proſit dicendum eſt,
eam iuris tramitib. fulciri debere; quòd
quidem indubitanter confitendum eſt,
nam quando,l. aut ſtatutum vtitur verbo legitimum demonſtrat rem eſſe maximæ importantiæ, magniq; momenti,
quapropter Hyp. de Marſil in eius 2.
conſ. incip. Altiſſimum refugium, num.
47.cum ſeq. aſſenerauit,quòd quando requiruntur, inditia legitima veniant illa
probanda per teſtes omni exceptionæ
maiores, ad quod allegat tex.vbi glo.in

verſ. legitima probatione, in c. atſi cle-
132 rici.§. 1. extrà, de iudic. vbi Abb. nequè
133 in tali caſu ſufficiet probatio priuilegia-
ta,ſicuti eſt illa, quæ fit per iuramentū,
de quo eſt glo. ſingularis, vbi Flor. in l.
cum de indebitn. ff. de probat. glo. in
verſ.legitimas,tex.in §.fin.in auth.Quib.
mod. natur. effic. legit. coll. 6. facit tex.
in l.Lucius.ff.de cōdir.& demnnſtr. tex.
in l. fin.§.licentiam, verſi.legitimis mo-
dis.C.de iure delib. Gloſa, vbi Io. And.
in cap. pia. de except.in 6. dixit Alex. in
in conſ.119.incip.titulus quæſtinnis vo-
lum. 4.
134 Quo circa verbum iſtud legitima eſt
tanti effectus,vt mutet naturam roi,hinc
inquit Bald. in l. vnica,col.9.verſic.quæ-
ro,debitor eſt confeſſus,C.de conf.Quod
ſi tale verbum adiiciatur poſitioni, quæ
135 de ſui natura ſit facti, facit illam eſſe iu-
ris, ſicquè mutat naturam rei, illamq;
alterat producendo effectum quod quis
illi poſitione non teneatur reſpnndere,
136 Hæc doctrina eſt originalis ſpecul. in
tit. de pirgnor. in tertia part. §. hæc
rubr. verſic. actor ſic ponat, cnm verſ.
137 ſequen.
Quam intelligimus veram qnando ta
le verbum exprimeretur,ſecus verò ſi ta-
citè ſub intelligeretur ſecundum eun-
138 dem Bald. in d.l.vnica,in d.verſ.qund au
tem. Hiſce propterea ſubinngi poterit,
quod ſtante ſtatuto, quod occidens ban-
nitum gaudeat beneficio indultus, vel
ſtatuti, vt tali beneficio quis gandeat de-
bet occidere bannitum conuictum de
139 delicto ex veris probationibus, non au-
tem bannitum ex contumatia,cum is di-
catur fictè confeſſus, ſic tenuit Alex. in
additione, ad Bart. in l. omne delictum,
in princ.ff. de re milit. dixit Bald. & poſt
eum Imol.in l.mnra.ff. ſol. matr.& dixit
Hippnl. in l. vnica, num. 135. C. de ra-
ptu virgin. qui dicit hoc ſingulariter
eſſe notandum, vt recenſuit Cam-
140 pag. in capit. Regni Miſericordiam,
num. 25.
Verum cum in hoc caſu varietas facti
poſſit alterare veritatem iuris, vt inqnir,
Bald. in conſ. 115. volum. 1. cum ex fa-
cto ins oriatur, l.ſi ex plagis.§. ſi quis au-
tem in diuo Capitolino. ff. ad l. Aquil.
141 Id circò certa unn poterit regula tradi,
142 qnæ nam dicatur remiſſio legitima, &
propterea iudicis arbitrio remittendum
putamus, argumen. tex. in l. 1. §. fin.
ff. de iure delib. in l. 1. ff. de Effract.cnm
ſimilibus.
143 Neque me præterit eam remiſſionem
legitimam eſſe diiudicandam, quæ à le-
gibus nedum communibus, verum quo-
que à noſtris pragmaticis ſanctionib.,
& conſtitut. recepta eſt, ad tex.in l.legi-
tima, ff. de pact. ſicnti in ſimili edncuit
Doctiſſimus Menoc.in trac.de præſump.
lib. 1. quæſt.38. num.4.& 5. de qua remiſ-
144 ſionis materia, legentem remitrimus ad
Lucam à Penna, in d.l. fin. C.publ.lętit.
lib.12. Affl. in cap. 1. §. ſi iniuria. num.
124.de pace ten. Carauitā in ritu. M. C.
275.& nouiſſimè Farin.in tit.de inquiſi-
tione.quæſt.5. nu. 11. & in tit. de accnſa-
tinne,quæſt.13. 14. et 15.
145 Sed Rurſus aduertendū eſt, ꝙ hic tex.
noſter loquit de his q legitimā remiſſio-
nē,& pacē ab offenſis habuerint,quaſi ali
146 qua cōſtituat differentia per ipſum inrer
remiſſionem, & pacem quod vr̄ indicare
dictio illa,& cuius natura eſt facere diui
147 ſionem.§.1. in auth. de duob. reis.l.1.C.
ſi plures vna ſent.glo.fin.in l.reos.§.cum
in tabulis.ff. de duob. reis. Dec. in rubr.
ff.ſi certum pet. in 1. repet. num. 1. licet
aliquando faciat coniunctionem. l. ſi ita,
148 quis hæres.ff.de hæred. inſt.cap.2.& cap.
149 inter cætera, extrà de reſcrip. & ratio,
150 quia eſt præmiſſis additiua. l.ea ramen
adiectio. ff. de leg. 3. ſed quando facit
coniunctionem requirit omnia coninn-
cta ſimul eſſe. l. ſi quis ita ff. de cond. &
demonſtr.l. ſi hæredi plnres. ff. de cond.
inſt. cum notatis per Dynum, in cap. in
alternatiuis, & cap. locupletari, de reg.
iur.in 6.
151 Hæc autem regula non ſemper ſic
procedit, nam aliquando ponitur pro
vel, quo caſu diſiungit. Alber. in l.cum
quidam. C. de verbor. & rerum ſigni-
fic. quandoque pro etiam. l. 1. vbi no-
tatur. ff. ſolut. matrimonio. Aliquando
pro-

pro qnia, vt in l. fin.C.de curat. furioſi,
153 Quandoq; pro ideſt l.ſi in venditione. ff.
154 de euict. Aliquando ponitur continnatiuè.l. ſenatoris filius,ff. de ſenat. & in l. &
155 quia.ff.de iuriſd. omn.iud. & aliis in numeris modis, quos conſultò omiſſos facimus.

156 Quicquid tamen ſit, Verum tamen eſſe affirmamus. Quod vt plurimum di-
157 ctio, & cadat inter diuerſa.l.fin. C. per quas perſonas nob.acq.not. per Dyn.in
158 cap.3. de reg. iuris in 6. ſicq; vti diſiunctiuam inter diuerſa in hoc tex.de ſumendam eſſe ex ſubiectæ materiæ argumen-
159 to arbitramur, Nempè quod tunc legitimam remiſſio exigitur, quando cadit remiſſio, Tunc pax, quando pax requiritur.

160 Nam ſi credere velimus Specnl. in tit. de treg.& pace,num.3.verſ.item nota remiſſio differt à pace, nam pax, ſeù concordia dicitur, quando ex vtraque par-
161 te fuit offenſio, Remiſſio verò cum ab vna parte tantum fuit offenſio, & eum ſecuti ſunt Lucas à Penna, in l. 1. col.3. verſ.circa ſecundùm,n. 10.C.publ.lætit. lib. 12. Afflict. in tit. de pace iuramen. firm §.iniuria.num.124.verſ.& ſcias, & Petrus à Plaza in Epitome delictorum lib. 1. cap. 6. num. 43. quos recenſuit Carau. in ritu.M.C.275. incip. item ſeruat ipſa curiæ num.1.& ſic ex his colligi videtur differentia inter pacem,&remiſſionem.

162 Et id confirmari poterit quoq; ex eo, quia commode vnum poterit ab altero diuelli, quo caſu non coniunctim, ſed ſperatim tractari debent, cum actum. ff.deneg. geſt.§.ita is qui.inſt. de vſu, &
163 habit. l.2 §.quartus.C. de vet.iure enul. adeò, vt quamuis hæ duæ ſpecies ſeparabiles eſſent ſimul iunctæ, ex quo ſuam ſubſtantiam, & eſſentiam retinent, non conſtituent tertia ſpeciem. l. 1. §. interdictorum.ff. de interd. l. Pomponius ſcribit ſi frumentum. §. 1.& 2. ff. de rei vend. pro inde concludendum arbitramur, declaratiuè qno ad ſuos caſus præcitatam diſtinctionem ad hibitam fuiſſe, iſtaq; annotaſſe ſatis ſit.

SVMMARIVM.

1 *PRINCIPIS voluntas eſt, vt quilibet huius indultus beneficio potiatur.*
2 *Remiſſiones poſſunt per reos obtineri intra ſex menſes à die publicationis huius indultus.*
3 *Lex non oportet calumniari, neq; eius verba captari.*
4 *Liberalitas, & munificentia cernitur in hoc indultu.*
5 *Rex noſter affectauit effectum.*
6 *Effectus huius indultus per tempus ſex menſium non tollitur, ſed ſuſpenditur, & num.12.*
7 *Dominium non poteſt eſſe in pendenti.*
8 *Dominium non poteſt eſſe in pendenti tàm in contractibus inter viuos, quàm in vltimis voluntatibus.*
9 *Dominium poteſt eſſe inpendenti quò ad effectum.*
10 *Actus morientium puri non poſſunt ſtare in ſuſpenſo.*
11 *Actus conditionales poſſunt ſtare in ſuſpenſo in ſubſtantia diſpoſitionis ſed non quò ad effectum ſucceſſionis.*
12 *Effectus huius indultus retardatur per tempus ſex menſium ab indultu præſtitutum.*
13 *Dilatio quinquẽnalis non perimit iura partis, ſed differt, & ſuſpendit execu cutionem ſolutiones.*
14 *Dictio, aut, propriè ſumpta importat diſtinctionem.*
15 *Dictio, aut, denotat diuerſitatem.*
16 *Dictio, aut, eſt dictio alternatiua.*
17 *Dictio, aut, cadit inter diuerſa in ſubſtantia, ſed ſimilia in qualitate, & nu.18.*
19 *Remiſsio obtempta infra ſex menſes eundem operatur effectum, ac ſi ab initio obtempta foret, nu.25.*
20 *Indultus hic intelligẽdus eſt in caſibus, in quibus requiritur partis remiſsio.*
21 *Indultus hic decernendo tempus ſex menſium ſtatuit tempus determinatũ.*
22 *Tempus ſex menſium vti de ſubſtantia ipſius indultus eſt attendendum.*

23 *Remiſsio obtempta poſt ſex menſes nũ proſit ipſi reo,nu.28.*
24 *Indultus hic fundatũ ſup qualitate tpris*
26 *Remiſsio preſentata in vltima die ſex menſium num reo ſit proſigua.*
27 *Idem eſt dicere intra centeſimum diem, & in die centeſimo.*
29 *Dicere intra calendas idem eſt, quod dicere calendis.*
30 *Permiſſum in tempore cenſetur prohibitum poſt tempus.*
31 *Quod debet fieri intra 10. dies ſi fiat decima die nũ dicatur fieri intra 10. dies.*
23 *Vltima dies includitur in termino.*
33 *Tempus ſex menſium num computetur à die publicationis, vel à die poſt publicationem huius indultus, & nu.35.*
34 *Dies termini non computatur in termino in fauorabilibus.*

Aut illã intra ſex menſes poſt harum noſtrarum publicationem obtinuerint.

CAPVT XXIII.

DIXIMVS in præcedenti capite, quod exigitur remiſſio legitima à parte offenſa ad finem, vt criminoſus indultus beneficio gaudere poſſit. At quoniã Principis inuictiſſimi, mẽs, & voluntas eſt, vt quilibet tali potiatur beneficio, & potuiſſet contingere crimi-
1 noſos ob remiſſionem non obtemptam non poſſe indultus munificentia gaudere; pro inde hoc in loco decreuit, remiſſionem intra ſex menſes poſt huius edicti publicationem poſſe per reos obtine-
2 ri, ſicuti ex lectura einſdem indultus, hic apertè liquet, eſtq; caſus, qui nullam pati poteſt calumniã, quia legem non oportet calumniari, neq; eius verba captari, ſed vt inquit Paulus, in l.pen.ff.ad exhib.
3 qua mente quid diceretur animaduertere, conuenire.
4 Itaq; ſi Regis noſtri Inuictiſſimi mens animaduertitur, eius quidem vera liberalitas, ac munificentia patefiet, cũ partis remiſſionem ſtatim non requirat, ſed
5 poſt ſex menſes poſt huius indultus publicationem, ex quo poſſumus affirmare, quod ſicut affectauit effectum, vt quilibet reus ſub huius munificentiæ liberali
6 tate comprehendatur, pari modo per talẽ tp̃s ſex menſium ab ipſo Principe p̃fixũ non tollit effectus ipſius, ſed ſuſpẽdit. ar. tex. in l.fin.ff.com.p̃d. quò ad effectũ.

Sicuti dicimus in dominio, quod quãuis non poſſit eſſe inpẽdenti, nec in aere. glo. vbi Doct. in l.ſi ego, ff. de ſolut. l.ſi ex
7 duobus.§.ſed, & Marcellus.ff.de in diem adiectione, l.ſi ego.ff.de iure dot. Nedum
8 in diſpoſitione inter viuos, verum quoq;, & in ſucceſſionibus .d.l.fin.ff.com. præd. vbi latè Bart. dixit Molina in lib. 1. de primog.hiſp. c.19.nu.10. & in lib.3.c.10. n.6. Tñ quò ad effectũ pôt eſſe in pẽdẽti.

Hinc Molina in d.c. 10. num. 26. cum ſeq. tradidit, quod actus morientium q̃ñ
9 ſunt puri non poſſunt ſtare in ſuſpenſo,
10 ſed ſi ſunt conditionales, poſſunt non qui
11 dẽ in ſubſtantia diſpoſitionis, ſed quò ad effectum ſucceſſionis: erit ꝑ inde ex his effectus huius indultus in ſuſpenſo. arg. tex. in d.l.ſi ego.§.1.ff. de iure dot. & retardabitur eius executio. per tale tẽpus.

Ad qđ probandum eo vtimur argumẽto, quod de dilatione quinquennali aſcri
12 ptum eſt, Nam conceſſa dilatione quinquennali per Principem, per eam nõ tol-
13 luntur, neque perimuntur iura partis, ſed executio ſolutionis ſuſpenditur, & differtur, vt eſt tex. in l.quocies. & l. reſcripta, C.de præc.Imp. offer.

14 Id quẽ euenit virtute illius dictionis, aut, quæ dictio propriè ſumpta quamuis importet diſtinctionem, cæteris aliis modis ommiſſis, vt eſt tex. in l.ille, aut ille. ff. de conſt.pec. l.quintus Mutius. ff. de aur.
15 & arg.leg. l.hæc verba, & l.ille, aut ille. ff. de uerb. & rerũ. ſign. & denotet diuerſitatẽ. l.qui abſente, & l.exigendi. C.de ꝓcur. tñ inficiari neqmus, q̃in ſit dictio alter
16 natiua, exquo ſequit̃, ꝙ eius nã ea ſit, vt cadat inter diuerſa in ſubſtantia, ſed
17 ſimilia in qualitate, vt declarat Bal. in l.4. in prin. C.de collat. in equiens ſimilia

in

in qualitate,ideſt in pondere intellectus.
18 Quare ſi Principis intellectum ponde-
rabimus, nemo ita anceps reddi poteſt,
19 quin fateatur remiſſionem habitam in-
fra ſex menſes eundem effectum operari
pro indultu obtinendo, ſicquè reis opitu-
lari, ac ſi ab initio à parte offenſa remiſ-
ſio obtempta eſſet, l. ſi interueniēte, cum
l.ſeq.ff.ad Turpill. & expreſsè dictat hic
indultus, dum poſt præcedentia ſubne-
ctit. Aut intra ſex menſes poſt harum
noſtrarum publicationem obtinuerint:
Qua de re cum nullo pacto dubitandum
ſit, ad vlteriora pertranſeamus.
20 Dicimus itaquè hunc indultum requi
rentem partis offenſæ remiſſionem legi-
timam intra ſex menſes ſuo Marte intel-
ligendum eſſe in caſibus, in quibus par-
tis remiſſio erit neceſſaria. At in caſibus,
in quibus ea non eſt neceſſaria, vt in
quamplurıbus per hunc noſtrum indul-
tum deſignatis (quos inferius Deo duce
ponderabimus) inutilis reddetur eius
diſpoſitio.
21 Cæterum ſupponendo eam in caſibus
in quibus erit neceſſaria, conſideratione
dignum exiſtimamus, quod dum hic in-
dultus decreuit remiſſionem intra ſex
menſes eſſe obtinendam ſtatuat tempus
determinatum, adeò, vt ſicut hoc tem-
22 pus determinatum vti de ſubſtantia in-
dultus attendi debet, ſecundum Ange-
lum in l. ſciendum, §.fin.ff.qui ſatiſd.cog.
& in l.eum qui. §.fin. col.1. ff. de public.
23 Ita ſi remiſſio obtempta fuerit poſt tem-
pus ſex menſium non proderit, vt ob-
tempta poſt tempus ab indultu exactum.
Dec.in conſilio 24.verſic.ſed his non ob-
ſtantibus, & conferunt notata per Ol-
dradum in conſilio 93.incipiente, Mater
ordinis, colum.3.verſic.præterea. Vnde
24 quia ceſſat qualitas temporis, in qua
fundatur hic indultus, l.1.§.ait prætor.
vbi Bart.ff.ne quid in flum publ. effectus
ipſius indultus etiam ceſſabit.
25 Ex his ergò inferimus, quòd ſicuti quis
indultu gaudere debet, ſi obtinuerit re-
miſſionem intra ſex menſes, & præſenta-
26 uerit intra idem tempus, ſed in vltima
27 die, cum idem ſit dicere intra centeſi-
mum diem, & in die centeſimo, cum cer-
ti iuris ſit vltimum diem computandum,
l.1.§.dicimus, & §. ſi intra centeſimum,
ff.de ſucceſſ.edic. Et dicere intra Calen-
28 das perinde eſt, acſi diceretur Calendis,
l.ſi ita ſtipulatus, ff.de verb.oblig.
29 Ideò remiſſio præſentata in vltima
die ſex menſium ab indultu ſtatutorum
inquiſitis proderit, arg.tex. in propria
materia abolitionis in l.ab accuſatione,
& l.ſi interueniente, ff.ad Turpill.
30 Simili modo poſt tempus obtempta,
vel præſentata nihil iuuabit, ex quo per-
miſſum in tempore cenſebitur prohibi-
tum poſt tempus, l.in tempus, ff.de hæ-
red.inſt.l.Thais.§.ſi intra.ff.de fideicom.
liber. l.ſi in annos, ff.de cond.& demon-
ſtratione, l.1.in fine, C. vt intra certum
tempus crim. quæſtio term. l.intra, ff de
appell.recip.l.1.§.qui ſuſpectam, ff.quan
do app.ſit, l.libellorum, in fi. ff.de accuſ.
31 Et ratio huius concluſionis eſt, quia
quod fieri debet intra decem dies, ſi fiat
decima die, dicetur fieri intra decem
dies, c.anteriorum, 2.q.6. dixit Bart. in
l.qui ante Calendas, ff.de verb. obligat.
& in dicta l.1.§.ſi intra, ff.de ſucceſſ.edic.
32 Et ratio huius rationis eſt, quia includi-
tur vltima dies in termino, l.ædem, §.ſi
intra, ff.de contrahenda empt. l.2.§. in
initio, ff.de offic.præf.vrb. l.fin. ff.de iure
fiſci, notatur per Bart.in l.1.ff.de off.præf.
vrb. & per Canoniſtas in cap.pia. de ex-
cept. in 6.
33 In qua ſex menſium computatione
erit computandus primus dies poſt pu-
blicationem huius indulgentiæ, tum
quia dicit hic indultus, poſt harum no-
ſtratum publicationem, excipiēdo diem
publicationis.
34 Cum quoque, quia ſi non expreſſiſſet
dies termini non computaretur in ter-
mino, quando ſumus in fauorabilibus,
vti tradidere Archid.Gemin.Francus, &
alij in cap. ſtatutum, el t. de præb. in 6.
Zabar. in clement. ſicut, de appell. idem
Francus in cap. fœlicis, § fin. de pœnis,
in 6. latius Camillus Borr.in controuer-
ſia 19. per totum.
35 Sed quoniam controuerti non poteſt,
nos

Digitized by Google

nos verſari in hac materia indultus vti materia fauorabili, propterea excepta prima die cōputabitur tempus ſex menſium poſt publicationem huius generalis abolitionis, edicti, & ita iuris eſſe cenſemus.

SVMMARIVM.

1 Remiſſio eſt præſentanda intra idem tempus officialibus Ciuitatis, vel loci in authentica forma.

2 Plura requiruntur pro huius indultus beneficij capacitate.

3 Requiritur partis remiſſio.

4 Remiſſio debet eſſe legitima.

5 Remiſſio debet eſſe in authētica forma.

6 Remiſſio debet obtineri intra ſex menſes à die publicationis huius indultus.

7 Remiſſio eſt officialibus præſentanda intra idem tempus, & nu. 13. & 44.

8 Citandus eſt fiſcalis ciuitatis, vel loci vbi adſit.

9 Inquiſiti infra tempus ſex menſium non poſſunt accedere ad loca, vbi partes offenſæ degunt per octo miliaria.

10 Idem tempus in præſenti parte adiectum intelligi debet de tempore ſex menſium præſtituto.

11 Dictionis, et, natura multiplex remiſſiuè.

12 Dictio, et, hoc in loco continuatiuè eſt deſumenda.

14 Remiſſio quæ nam dicatur legitima, & in authentica forma.

15 Remiſſio legitima biſariam ab Authore conſideratur, nempe quò ad ſollemnitates, et quò ad ius remittendi, quibus competat.

16 Remiſſio legitima quò ad ius remittendi non poteſt diffiniri, & de ratione, num. 17.

18 Iudicis arbitrio relinquendum putat Author.

19 Legitima remiſſio quò ad ſollemnitates, quanam dicatur, tria tempora conſideranda aduertit Author.

20 Remiſſio legitima tempore rituum M.C. quando dicatur.

21 Remiſſio legitima tempore Ducis Alcala quando dici poteſt.

22 Actuarij eſt onus interrogare, ſi remittens remittat per vim, & metum.

23 Remiſſio legitima temporibus noſtris quæ nam habeatur.

24 Remiſſio eſt facienda in Tribunali M.C. & vbi, & apud quem extrà ciuitatem.

25 Remiſſio facta per publicum inſtrumentum manu Notarij cælebratum num vti legitima eſt admittenda.

26 Remiſſio in authentica forma tunc dicitur, cum per Notarium publicum conficitur.

27 Inſtrumentum publicum, & in authentica forma quando dicatur remiſſiuè.

28 Remiſsio carens requiſitis eſt nulla, & illegitima.

29 Remiſsio nulla non dicitur remiſsio.

30 Remiſsio non dicitur niſi ſit legitima, & num. 32.

31 Quod non eſt ſimpliciter tale, ſed ſecundum quid tale, non dicitur ſimpliciter tale.

33 Remiſsio eſt præſentanda officialibus ciuitatis, vel loci, ad quos ſpectat intra tempus ſex menſium citato fiſcali illius loci, vbi tamen adſit.

34 Fiſcalis citandus eſt.

35 Delicta non debent remanere impunita.

36 Duplex intereſſe fiſci conſideratur pecuniarium nempe, & publicæ vtilitatis.

37 Fiſcalis citandus eſt ex iure naturæ cuilibet tributo, & numero 39.

38 Citatio omitti non poteſt licet de quali quali tractetur alicuius præiudicio.

40 Fiſcalis non eſt citandus vbi non adſit.

41 Non entium nullæ ſunt qualitates.

42 Vbi deficit ſubiectum ibi non poteſt adeſſe qualitas.

43 Statuto dictante turbantem quem in poſſeſsione puniri in centum reſtituta poſſeſsione, ſi reſtitutio poſſeſsionis non poteſt fieri num pæna ſtatuti habeat locum.

Et

Et intra idem tēpus officiali-
bus,ad quos ſpectat,aut ſpe
ctabit citato fiſcali illius lo-
ci,vbi adſit in authētica for
ma legitimè pſentauerint.

CAPVT XXIIII.

REmiſſionem partis of-
fenſæ, & neceſſariam
eſſe, & intra ſex men-
ſes obtineri oportere
ſatis actum in ſuperio
ribus arbitramur, nūc
1 autem adijcimus intra
idem tempus eam eſſe præſentandam,
officialibus ciuitatis, vel loci in authen-
tica forma, citato tamen fiſcali, vt ex
hac parte clariſſimè patebit,ex qua plu-
2 ra requiſita colligimus neceſſaria eſſe,
pro obtinendo indultu.
3 Quorum primum eſt,quòd obtineatur
remiſſio partis offenſæ.
4 Secundo, quod ſit legitima.
5 Tertio, quod ſit in authentica forma.
6 Quarto, quod obtineat infra ſex men-
ſes à die publicationis huius indultus.
7 Quinto,quod præſentetur intra idem
tempus officialibus, ad quos ſpectat.
8 Sexto, quod citetur fiſcalis ciuitatis,
vel loci vbi tamen adſit.
9 Septimo & vltimò, quod inquiſiti in-
frà dictum ſemeſtre non accedant ad lo-
ca. vbi partes offenſæ degunt per octo
miliaria, vt in ſequenti parte dicemus.
10 Animaduertendum modò putamus,
quod dum Rex noſter ſubnectit illa ver-
ba, & intrà idem tempus legitimè præ-
ſentauerint,intelligat de eodem tempo-
re ſex menſium in præcedenti capite ſta-
tuto, idquè ex eo, quia loquitur per di-
11 ctionem, et, cuius naturam quamuis in
c.22.num.147. multiplicem eſſe dixeri-
12 mus,tamen continuatiuè hoc in loco in-
terpretandam eſſe,ſenſus verborum ſua-
det,& de ſemeſtri eſſe intelligendā,quod
profectò quidem nedum ex præcedenti
capite demonſtratur, & ex his, quæ ibi
ſcripſimus,verum quoq; dilucidius appa
rebit in c.ſequenti,ibi pendente dicto ſe-
13 meſtri, vnde requiritur præſentatio re-
miſſionis intra ſemeſtre tempus,dummo
do ſit in authentica forma, ac legitimè
præſentata.
14 Quapropter quæri denuò poterit, quæ
nam remiſſio dicatur legitima, & in au-
thentica forma, & reſpondendum puta-
15 mus, remiſſionem conſiderari poſſe legi-
timam dupliciter, aut quò ad ſollemni-
16 tates,aut verò quò ad ius ipſum remittē-
di, quibus nam competat. Hoc ſecundo
caſu diximus in eod.c.22.num.141. non
17 poſſe certo modo diffiniri, ex quo quæ-
ſtio eſt facti, arg. tex. in l. Seruius, ff. de
18 verb.& rer.ſign.ſed prout caſus acciderit
ita iudicis arbitrio relinquendum ibi pu
tauimus,& nunc in eadem ſententia per-
manemus.
19 Quod ſi ad ſollemnitates reſpiciamus
tunc de iure Regni tria ſunt conſideran
da tempora.
20 Primum,tempus Ritunm M.C. & hoc
iure tunc legitima dicitur remiſſio, cum
probatur facta penes acta Curiæ,vel per
publicum inſtrumentum, vt eſt Rirus
M.C.Vic. incip. Item ſeruat ipſa Curia,
nu.275. vbi Carauita ſub nu.2.declarat.
21 Secundum tempus eſt,quo Regnū mo-
derabatur Dux Complutēſium,quo tem-
pore decretum fuit,quod ea remiſſio ſuf-
ficiat,ſi principalis comparēdo remittit
coram Actuario principali ipſius Curiæ,
vt liquet in prag.Regni edita per d.Ducē
de Alcala.29.§.item,quod nemo,ſub tit.
22 de off.magiſt.iuſtit. in qua apparet onus
Actuarij eſſe debere interrogare ſi remi-
ctens remiſſionem faciat per vim,& me-
tum, & quod ſalarium eidem debeatur,
videnda eſt alia pragm.ſub nu.38.§.item
pro remiſſione,ſub ead.rubr.
23 Tertium tēpus eſt Regis Philippi reco
lendæ memoriæ,per quem, vt conſtat ex
prag.1.poſita ſub tit.de remiſſionibus par
tium repetita,ſub tit.de cōpoſitionibus,
prag.7.§.vna de las cauſas, ſtatutū eſt,ꝙ
24 remiſſiones non poſſint fieri, niſi in Tri-
bunali M.C.& extra ciuitatem Neapolis
coram Iuſtitiarijs, vel Auditoribus pro-
uintia-

uintiarũ, vel coram officialibus locorũ, in quibus partes habẽt ſuũ domicilium.

Eam tamen interpretandã cenſemus, iuxta tradita per Carauitam loco pręcitato, cui nos facillimè ſubſcribimus in eo præſertim, quod hęc prag. nil innonauit quò ad ſecundum modum probandi remiſſionem per publicum inſtrm, prout dictabat præmonitus Ritus, ſed dũtaxat declarauit, & ampliauit primũ modum remiſſionis faciendæ coram Iuſtitiario.

Vnde firmanda erit concl. ꝙ quando remiſſio fit vel coram Actuario M.C. aut corã Iuſtitiarijs, & Auditoribus prouintiarum, vel coram officialibus locorum,
26 aut per publicum inſtrm per notariũ cęlebratum tũc remiſſio dicetur legitima, quia eſt cõfecta iuxta leges Regni, eritq; iuri cognita, arg. tex. in l. raptores, ibi poſt legitimas, & iuri cognitas, C. de epi. & cler. & in l. vnica, §. fin autẽ. inibi poſt legitimas, & iuri cognitas probationes, C. de rap. virg. Quo quidẽ poſtremo caſu
27 tunc in authentica forma dijudicandam eſſe credimus, cum omnes qualitates neceſſariæ pro confectione inſtri publici interceſſerint iuxta conſtit. Regni inſtrumentorũ robur, vbi Affl. & iuxta tradita per Frecc. in tract. de liquid. inſtr. q. 1. cũ ſeq. vbi tractat per plures q. qñ dicatur inſtrm publicum, & in authẽtica forma.
28 Quod ſi ſollẽnitatibus requiſitis careret vtiq; reo obeſſet, ex quo nõ legitima,
29 quia eſt nulla, & vti remiſſio nulla non
30 męretur remiſſionis nomen habere, l. Paulus reſpõdit, vbi Alc. ff. de verb. & rer. ſig.
31 Nam non dicitur remiſſio, niſi ſit legitima, ea ratione, quia quod non eſt ſimpliciter tale, ſed ſecundum quid tale, non dicitur ſimpliciter tale, ſecũdum Bart. in l. Lucius, §. quæſitũ, ff. de leg. 2. & in l. ſi ſeruus pœnæ, ff. de manum. Remiſſio iuris
32 tramitibus non fulcta non erit remiſſio, & ideò criminoſis non proderit, quæ vt
33 adiuuet, requiritur quod ſit legitima, & in authentica forma, & quod præſentetur officialibus illius ciuitatis, vel loci; ad quos ſpectat, aut ſpectabit intrà tempus ſex menſium, citato tamen fiſcali illius loci vbi adſit.

34 Is enim citandus eſt, nam cum iura Inuictiſſimi Regis noſtri tueatur tam pro proſequenda vindicta cõtra reos ratione publici iuris, publicæq; vtilitatis; ne
35 delicta remaneant impunita, l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. quã pro intereſſe pecuniario burſæ fiſcali forſitan applicando,
36 cum duplex conſideret fiſci intereſſe, pecuniariũ nempè, & publicæ vtilitatis reſultat, quod is citandus omninò erit,
37 vt defendat iura fiſci ex iure naturę cuilibet tributo, clem. Paſtoralis, de ſent. & re iud. Propterea citatio omitti non po-
38 teſt, quamuis tractetur de qualiquali alicuius præiudicio, l. de vnoquoque, ff. de re iud.
39 Et deſcẽdit ex iuris rigore, & ex ęquitatis decreto iuſtè demandatũ eſſe fiſca-
40 lem loci citãdum eſſe, ſed vbi adſit, quia vbi non adeſt, non erit citãdus, tum quia
41 nõ entium nullę ſunt qualitates l. manumiſſiones, ff. de iuſt. & iu. l. eius qui in prouincia. ibi non poteſt videri, ff. ſi cer. pet.
42 nam vbi deficit ſubiectum, ibi non poteſt adeſſe qualitas, l. Pomponius, in fi. ff. de acq. poſſ. l. ſi ſeruum, §. ſi modus. ibi bonitas loci, qui non extat. ff. de act. empr. cum alijs adductis per Socc. in conſ. 131. incip. cum in pręſenti conſultatione, col. fin. vol. 1. & per Probum addentem ad Io. Mon. in c. quamquam, nu. 4. de vſur. in 6. cum quoque, quia debet intelligi in ca-
43 ſu, quo adeſt fiſcalis, ſicuti ſi ſtatutum dicat, quòd turbans aliquem in poſſeſſione puniatur in cẽtum, & quod reſtituat poſſeſſionem non habebit locum pœna ſtatuti, niſi eo caſu, quo reſtitutio poſſeſſionis fieri poſſit, ſic Salic. poſt But. & Fulg. in l. mancipium, C. de ſeruis fugit. Rom. in notab. 486. incip. Statutum puniens, dixit Decius in conſ. 90. incip. Pro tenui, num. 2. ad quod allegat glo. in clem. in pleriſquè, de elect.
44 Sed tamen eſt præſentanda remiſſio intra ſex menſes ita vt fundamentũ pręſentationis ſit in tempore, ob quod infra tempus ſex menſiũ remiſſio pręſentanda erit, alias non proderit, arg. tex. in l. non ſolũ, §. ſciendum, verſ. ſed vt probari, ff. de noui oper. nunc. vbi Bart. nu. 2. poſt glo.

in

iri verſ. conferant. dixit idem Bart. in l. libellorum.num.11.cum ſeq ff.de accuſ. Alex. in l.is poteſt. num. 10. ff. de acqu. poſſeſſ. idem Bart. in l. denunciaſſe.eod. tit.ff.de accuſ. Cępoll in conſil.crim.62. incip.magnifice,& generoſè prætor.col. 5. propè finem. verſ. quia reſpondetur. Io. de Amic. in conſ.il.127.in cauſa, & inquiſicione agitata: col.9. in vltima cõcluſ. verſ. ex quo infertur cum alijs per Maſcar. recenſitis in tract. de probat. concl. 824.num.16.ſed ad vlteriora progrediamur.

SVMMARIVM.

1 *INquiſiti non poſſunt accedere per octo miliaria ad loca, vbi degunt partes offenſæ pendente ſemeſtri ad impetrandas remiſſiones, & num.8.*

2 *Indultus huius beneficio, vt quis gaudeat requiritur neceſſario quod quis non accedat.*

3 *Dictio, ita tamen, importat idem, quod dictio eatenus.*

4 *Dictio, ita tamen, reſtringit, & determinat præcedentia, & num. 9.*

5 *Dictio, ita tamen, reſtringit, & limitat præcedentia.*

6 *Dictio, ita tamen, excipit omnia determinando ſuperiora.*

7 *Dictionis, ita tamen, natura, remiſſiuè.*

10 *Quid ſi quis pendente dicto ſemeſtri accedat ad loca, vbi degunt partes offenſæ, num priuetur huius indultus beneficio.*

11 *Spernens formam ab hoc indultu requiſitam num priuetur huius indultus beneficio.*

12 *Quicquid ex eo, vel ab id. regula.*

13 *Qualitas in præſenti parte deducta cenſebitur ſubſtantialis.*

14 *Forma nõ obſeruata actus vti nullus ruit.*

15 *Faciens contra legem non meret gaudere eius beneficio.*

16 *Diſpoſitio huius indultus videtur dura, ex quo videtur reſtringere libertatem.*

17 *Diſpoſitio huius indultus eſt fundata in ratione iuris publici.*

18 *Iudex poteſt iubere, nequis tranſeat per domum alicuius ob euitanda ſcandala.*

19 *Iudex num poſſit iubere, nequis exeat de domo.*

20 *Propter ſcandala vitanda num diſcedatur à diſpoſitione iuris communis, etiam experſſa.*

21 *Iudex num poſſit ſe interponere pro pace facienda inter vnam ciuitatem & aliã.*

22 *Iudex num poſſit cogere partes ad faciendum pacem in criminalibus.*

23 *Quid autem in ciuilibus.*

24 *Iudex tenetur admonere, & ſuadere partes ad concordiam.*

25 *Lex huius indultus in hac parte ſancita vti iuſta defenditur.*

26 *Diſpoſitio præſentis capitis iuri communi conformis demonſtratur.*

Ita tamen, quòd pendente dicto ſemeſtri ad impetrandas remiſſiones conceſſo dicti inquiſiti per octo miliaria ad locos vbi partes offenſæ degunt minimè accedant.

CAPVT XXV.

EX his itaque verbis ſibet verum eſſe ſenſum; de quo ſuprà in præcedẽti capite diſſeruimus, quod verba adiecta in præcedenti parte intra idem tempus, & ponderata per nos, ſemeſtre tempus importare ſic interpetrãda eſſe,
1 dum hic tex. inquit, ita tamen, quod pendente dicto ſemeſtre ad impetrandas remiſſiones conceſſo, &c.
2 Ex quibus inferemus, quòd dum ſubſequitur præſens pars per dictionem, ita tamen, dicta in hoc tex. exigantur pro requiſito neceſſario ad finem, vt quis indultus huius beneficio gaudeat, cũ certi iuris ſit, quod talis dictio quæ nil aliud
3 importat, quàm eatenus, vt inquit Ac-

curſ. in l. Alcehom Titio. ff. de ſtatu lib.
4 Reſtringit, & determinat præcedentia,
vt eſt tex. in l. lucius. §. hæredem. cũ ibi
notatis. ff. ad Trebell. l. ita tamen. ff. de
manum. teſt. clem. 1. §. eiſdem. de foro
comp. cap. 15. in cauſis appellationũ. de
5 pace conſt. Reſtringit, & limitat præce-
dentia. Dec. in conſil. 527. numer. 4. &
6 quandoque excipit omnia determinan-
do ſuperiora. l. neganda. C. qui accuſ. nõ
7 poſſ. Sed Latius de huius dictionis de-
claratione per Iaſ. plures q. determinã-
tẽ in l. 1. in princip. ff. ſi quis ius dic. non
obtem. num. 11. & in l. mora. nume. 7. in
fin. ff. ſol. matrimonio, per Pariſ. in conſ.
17. numer. 19. & in conſil. 100. numer. 9.
vol. 1.
8 Propterea concludimus, quod is cui
impartitum eſt ſemeſtre tempus ad im-
petrandas remiſſiones non poſſit acce-
9 dere ad locos, vbi partes offenſæ degũt
per octo miliaria, propter quod ſequitur
præcedentem huius tex. diſpoſitionem
reſtringi, & determinari per hanc præ-
10 ſentem eiuſdem partem in vim requiſiti
neceſſarij, adeò vt ſi quis ad locos habi-
tationis partis offenſæ accederet vti cõ-
11 temptor huius noſtræ indulgentiæ de-
creti eius beneficio priuandus erit, ta-
12 men quia ſpreuit formam ab hoc indul-
tu requiſitam, qua non obſeruata quic-
quid ex eo vel ob id ruit, vt in reg. iuris,
13 & in l. cum hi. ff. de tranſac. ex quo vti
requiſita pro forma ab hoc indultu cen-
ſetur ſubſtantialis, vt notat Bald. in l. cõ-
paritiones. in tertia oppoſ. in fine. C. de
fide inſtr. eaquè pro inde non obſeruata
actus vti nullus deficit, ſecundum Bald.
14 in l. humanum. num. 3 C. de legibus, cum
alijs cumulatis per Tiraqu. in tract. de
retrac. Lignag. §. 36. glo. 2. num. 29. & de
retr. conuenct. §. 4. gloſa 6. nu. 51. quem
citat Molina in l. 2. de Primog. Hiſpan.
c. 7. num. 3 & 4. cum quoque quia con-
15 tra legem faciens eius beneficio gaude-
re non merebit. l. Graccus. C. ad l. iul. de
adult.
16 Hæc autem concluſio non debet vi-
deri dura, ex quo dum prohibetur ac-
ceſſus ad certos locos videtur reſtricta
libertas vniuſcuiuſque, & per conſequẽs
beneficium ipſius Principis vice latiſſi-
mę diſpoſitionis reſtringeretur, quod
dum operatur criminum abolitionem,
quod eſt quod maius, multò fortius ad
quoslibet locos acceſſum permittendũ
eſſe ſuaderi poteſt.
17 At nos interpetrãtes hãc qualitatem
ab indultu requiſitam eſſe in ratione iu-
ris publici fundatam eliciemus, eam iu-
18 ris ciuilis tramitibus eſſe fulctam, nam
ob euitanda ſcandala, & ne rixæ ſucce-
dant Iudex poteſt alicui iubere, ne tran-
ſeat per domum alicuius. l. 1. verſic. ſoli-
tarum Regionum. ff. de officio præf. vrb.
l. 3. ff. de officio procur. Cæſar. l. 4. ff. de
officio præf. vigil. l. cuius, alias incipit, ſi
fructus. §. ſed ſi inter duos. ff. de vſufr.
Theſ. in deciſ. 110. num. 3. immo poteſt
19 Iudex iubere, ne quis exeat de domo. l.
fin. ff. de interd. & releg. l. moris. ff. de
pœnis. Innoc. in c. in præſentia, ſub nu.
2. extrà. de probat. Bart. & alij, & in ſpe-
cie Alex. in l. quod iuſſit. num. 3. ff. de re
iud. recenſuit Gomeſ. in tract. variarum
reſol. in tit. de exilio. lib. 3. & ante eum
Paris de Puteo in tract. de duello. verſic.
an ſi duo ſubditi. vol. 1. plura effundit
Silua nuptialis in verſic. non eſt nuben-
dum. verſic. nonum. inconueniens fol.
mihi 13. & Viuius in deciſ. 341. num. 2.
20 Adeò vt propter ſcandalum euitan-
dum diſcedatur à diſpoſitione iuris cõ-
munis etiam expreſſa. l. qui decem. ff. ad
l. Corn. de ſicar. l. ſi quis filio exhæreda-
to. circa medium. ff. de iniuſto rupto ir-
ritoque fac. teſtamento. c. ſi quando. ex-
trà. de reſcr. cum alijs adductis per Soc.
in conſil. 165. incip. viſis. col. 11. vol. 2. &
per Probum ad Io. Mon. addentem in
proœm. 6. num. 11.
21 Quin immò pro quiete publica iudex
nedum poteſt ſe interponere pro pace
facienda inter vnam ciuitatem, & aliam
iuxta doctrinam Bart. in l. furti. §. qui iuſ-
ſu. num. 2. ff. de ijs qui not. infam. Verum
22 etiam, quatenus iudicis poteſtas ad ſin-
gulares attinet perſonas, quãdo ſumus
23 in q. criminalibus debet cogere partes
ad faciendam pacem, quod ſecus eſt in
ciui-

24 ciuilibus, in quibus Iudicis facultas ad admonitionem extenditur, vt eſt Bart. theorica in l. congruit. num. 4. ff. de offic. præſid. & ad ſuadendum, prout Iudex tenetur, Dec. in c. vt debitus. not. 2. de appell. & voluit Neuiz. in d. Silua nupt. in verbo, in dubio iudicandum pro communi fol. mihi 144. Vnde ſi vera iſthęc demonſtrauimus, cur ergò Princeps in partis offenſæ grauem iniuriam aliud ſtatuere voluiſſet?

25 Propterea, vt lex iuſta, non autem iniuſta ſancita pateat ad tex. in c. erit autem. l. 4. diſt. acceſſus ad locos vbi par-
26 tes offenſæ degunt prohibitus eſt per octo miliaria, ad quæ loca rei, qui Principis munificentia ambiunt gaudere curent per octo miliaria non accedere ad tex. in d. l. moris. ff. de pœnis.

SVMMARIVM.

1 ***R**Emiſſio partis graue onus eſt.*
2 *Indultus hic noluit reos grauare remiſſionis pondere vbi ſuperuacanea iudicatur.*
3 *Caſus prouocationis, ſiue disfidæ eſt caſus, in quo partis remiſſio non requiritur.*
4 *Simplex inſultus cum euaginatione non requirit partis remiſſionem.*
5 *Delatio armorum prohibitorum non exigit partis remiſſionem, etiam de iure communi.*
6 *Princeps, etiam parte non concordata poteſt pœnas remittere in caſibus, in quibus partis remiſſia non requiritur.*
7 *Caſus præmoniti requirunt partis remiſſionem, ſi vulnera, aut percuſſiones ſecutæ fuerint.*
8 *Dictio, vbi tamen, eſt aduerbium loci.*
9 *Dictio, vbi tamen, importat temporalitatem.*
10 *Deferens arma probibita ſi vulnerauerit, aut percuſſerit nũ debeat obtinere partis remiſſionem, & num. 11.*
12 *Quid in inferente alapam, remiſſiuè.*
13 *In caſibus præcitatis non conſideratur partis intereſſe.*
14 *In delictis conſiderantur damna, & intereſſe.*
15 *In delictis conſideratur honoris offenſi recomp. & caſtigatio in coniunctorum ſolatium.*
16 *Vbi partis intereſſe, ſiuè perſonale, ſiuè pecuniarium intereſſet requiritur partis remiſſia.*
17 *Regis intentio, & mens eſt nemini inferre præiudicium, & iniuriam, nec iuri tertij derogare.*
18 *Princeps quando vult aliquid facere in tertij præiudicium, vult cum modico, non graui præiudicio.*
19 *Princeps poteſt abſquè partis remiſſione indulgere. quando leue eſt tertij præiuditium, ſecus autem in graui, vt numer. 20. & 21.*
22 *Indulgentia alicui conceſſa cum reſtitutione bonorũ num intelligatur de bonis confiſcatis, & alteri venditis.*
23 *Specialis expreſsio, vel verba vniuerſalia requiruntur, vt in reſtitutione veniant bona confiſcata.*
24 *In indulgentia ſi fuerit dictum, quod omnes condemnationes liberè aboleantur num per illud verbum liberè omnia in condemnatione contenta compræhendãtur ſub indulgentia.*
25 *Indulgentia Principis num trahatur ad condemnationes acquiſitas.*
26 *Reſtitutio num extendetur ad feuda alteri conceſſa.*
27 *Ratio huius indultus hoc in loco conſideratur.*

Declarantes etiam inter caſus, in quibus remiſſio partis non requiratur compręhendi caſum prouocationis, ſiuè diffidæ, ſimplicis inſultus cum euaginatione, ac delationis armorum prohibitorum, vbi tamen vulnera, aut percuſſiones ſequutæ non fuerint.

CAPVT XXVI.

STatutum eſt in præce-
1 decetibus, remiſſiones
patris offenſę neceſſa-
rias eſſe, vt quis huius
indult⁹ beneficio gau
dere poſſit, at quoniã
graue eſſet onus reos
grauari tali petendarum remiſſionum
pondere in caſibus, in quibus iuris ratio
2 patitur eas eſſe ſuperuacaneas. argum.
tex. in l. hæc ſtip. §. fin. ff. vt legat. ſiue fi-
deicomm. nom. cau.

Propterea Rex noſter inuictiſſimus
hoc in loco declarando ſubnectit caſus,
3 in quibus partis remiſſio nõ requiritur,
puta caſum prouocationis, ſiuè diſfidæ,
caſum ſimplicis inſultus cum euagina-
4 tione, ac demum delationis armorum
prohibitorum, quos vidimus eodem or-
5 dine relatos per Clarum in pract. crim.
§. fin q. 59 verſ. ſunt tamen, col. 3. & poſt
eum nouiſſimè per Farin. in tit. de inqui
ſitione. q. 6. nu. 21. in quibus quidem ca-
ſibus, cum ij concludant partis offenſæ
remiſſionem non eſſe neceſſariam, con-
cludendum etiam dicimus Principem
6 etiam parte non concordata poſſe libe-
rè gratias concedere, ac pœnas remictẽ-
do indulgere.

7 Hanc autem concluſionem intelliga-
mus, niſi vulnera, aut percuſſiones ea
occaſione ſequtæ fuerint, vt ſubdit tex.
8 noſter expendens dictionem, vbi tamẽ,
quæ cum ſit aduerbium loci. Ripa in l. 1.
nu. 109. ff. ſol. matr. importabit tempo-
ralitatem. l. ſi quis in legatione. ff. de iud.

9 Proinde admonemus, quod quando
quis deferens arma prohibita vulnera-
10 uerit, vel percuſſerit tunc erit caſus, qui
remiſſionem exigat, vt aduertit quoque
Clarus in d. q. 59. verſ. ſunt tamen col. 3.
quæ res interpetratur eſſe admictenda,
11 ſi animo deliberato vulnera, aut percuſ-
ſiones ſequtæ ſint, nam eo ceſſante regu-
la non procedit, vt ibi per eum, ad quẽ,
12 quid in inferente alapam, & alijs tribus
caſibus dicendũ ſit legentẽ remictimus.

13 Huius autem concluſionis ea quidem
ratio iuditio noſtro poterit afferri, nã in
his caſibus ſuprà relatis non poteſt con-
14 ſiderari partis intereſſe, nec in damnis,
& intereſſe, quæ in delictis conſideran-
tur ad tex. in l. liber homo, & l. qua act.
& vtrobique glo. & Doct. ff. ad l. Aquil.
nec in honoris offenſi recompenſatio-
15 nem, ac in coniunctorum ſolatium ca-
ſtigatio, ſicuti conſiderauit iure conſul-
tus in l. capitalium. §. famoſos. ff. de pæ-
nis, & D. Thomas in 2. 2. q. 67. art. 4. in-
cip. ad quartum recenſitus per Farin. in
præcitato loco, & num. circa principiũ,
ergò mirum non eſt, ſi partis remiſſio
16 non exigitur. Quod ſi partis intereſſe,
ſeu præiudicium intereſſet, ſiue eſſet per
ſonale, ſiuè pecuniarium, vtique aliter
dicendum eſſet, nam Regis noſtri inten-
17 tio, & mens cum ſit nemini inferre præ-
iudicium, & iniuriam, nec iuri tertij de-
rogare, vt præter dicta per nos ſupra in
c. 22. nu. 84. cũ ſeq. & per totum ſic opi-
nantur ex conſulentibus. Alex. in conſ.
111. nu. 9. & in conſ. 155. nu. 3. vol. 6. & in
conſ. 215. nu. 5. lib. 7. Socc. in conſ. 120.
nu. 7. lib. 3. Dec. in cõſ. 10. nu. 9. & in cõſ.
544. num. 36. Socc. Iun. in conſil. 77. nu.
104. vol. 1. Corn. in conſil. 189. nu. 6. vol.
4. Gozad. in conſil. 9. num. 39. & nu. 42.
& in conſil. 62. num. 17. cum alijs addu-
ctis per Molinã in l. 2. de primog. Hiſp.
c. 7. num. 23. nullo pacto crimina indul-
geret abſquè partis remiſſione.

Ideoq; decernit, Axioma in hac par-
te cõſtitutum ſuum obtinere locum, vbi
18 tamen vulnera, aut percuſſiones ſequtę
non fuerint, Princeps enim quando vult
aliquid facere in præiudicium tertij con
ſiderandum erit, quod illud velit cum
tertij præiudicio modico, & non graui,
vt eſt glo. ſingularis vltima in l. ſed cum
ab hærede. ff. ad Trebell. eadem glo. in
verſic. incommodo. tex. in l. ſeruitutes.
§. publico, ff. de ſeruit. rit. generali. Pla-
tea, & Rebuffus in l. prædia. C. de loca-
tione prædiorum ciuil. libr. 11. Iaſ in l.
fin. nume. 24. ff. de conſt. Princ. Gozad.
in conſil. 14. num. 20. citati per ſubtiliſ-
ſimũ Molin. loco ante dicto nu. [illegible] 24.

Ex

19 Ex quibus poſſumus inferre, quod
etiam abſquè cauſa Princeps poſſet eri-
minoſis abolitionem impartiri partis re
20 miſſione non obtempta, quando leue
eſſet tertij præiudicium, quod maximè
locum obtinere ſuademus in hac fauo-
rabili indultus materia, vt latiſſimam re-
21 cipiat interpetrationem, quod ſi tertij
præiudicium maximum interuertaretur
ſecus dicendum eſſet, ac potius inhæ-
rédum regulæ, de qua per nos in d.c.22.
fuit amplè diſcuſſum, quod tertio præ-
iudicare non præſumitur.

22 Hinc etiam inferimus, quod indulgẽ-
tia conceſſa cum reſtitutione bonorum
non intelligitur de bonis confiſcatis, &
alteri venditis, ne iuri tertio quæſito
præindicetur, vt eſt gloſ. communiter
approbata in l. Gallus. §. & quid ſi tan-
tum. vbi Iaſ. latè ſub nume. 63. cum ſeq.
ff. de liber. & poſth. Bart. in l. fin. C. de
ſent. paſſ. num. 7. Abb. in cap. 1. de Par-
roch. Anchar. in conſil. 161. col. 2.

23 Hinc eſt, quod requiritur ſpecialis
expreſſio, vel quod in indulgentia ſint
verba vniuerſalia, vt puta cum reſtitu-
tione bonorum omnium iam confiſca-
torum, vel cum plena reſtitutione bo-
norum, vt bona alienata compræhen-
dantur, vt tradunt Doct. omnes in locis
prællegatis, & Canoniſtæ in cap. inter
quatuor. de maior. & obed. vbi Felin.
num. 10. & in c. vergentis. num. 2. extrà.
de hæret. & alij in d. §. & quid ſi tantum.
quos ſigillatim allegar Decian. in lib. 3.
ſub tit. abolitio an, & quando imped.
accuſ. num. 56. cum ſeq. vbi ex prædictis
infert.

24 Quod ſi fuerit dictum in indulgentia,
quòd condemnationes liberè abolean-
tur, quod per illud verbum, liberè, in-
telligentur comprehenſa omnia contẽ-
ta in condemnatione, ita quod nihil re-
maneat, ad quod allegat Ancharan. in
conſil. 408. incip. probata. col. 2. verſ. &
certè non videtur dubium, quem ſequi-
tur Crau. in conſ. 122. num. 4. & 5.

25 Infert, & 2. quod indulgentia Princi-
pis non trahetur ad condemnationes
feudatarijs acquiſitas, vt tradit idẽ An-
char. in conſil. 160. in 1. dubio, & Affl. in
c. 1. §. & bona committentium. num. 127.
quæ ſint regalia.

26 Infert, & tertio, quod ſi quis fuerit ob
delictum priuatus feudo, quod poſtea
fuerit alteri conceſſum, ſi reſtituatur is
non recuperabit feudum, niſi id expreſ-
sè dicatur in reſtitutione, vel verba ſint
prægnantia. Ita Iac. de Belniſio in c. 1.
in princ. hic finitur lex. quem ibi ſequi-
27 tur Affl. in 6. not. per quatuor colum-
nas, & ratio eſt, quia tertij intercedit
præiudicium, quod cum nullum conſi-
derari poſſit in ſimplici prouocatione,
& inſultu cum euaginatione, & delatio-
ne armorum prohibitorum, vel modi-
cum, mirum non eſt, ſi in his caſibus
partis offenſæ remiſſionem nõ requirat.

SVMMARIVM.

1 TRes ſunt caſus, in quibus Princeps declarat non requiri partis remiſs.

2 Primus eſt prouocationis, ſeu disfidæ.

3 Secundus ſimplicis inſultus cum euaginatione.

4 Tertius delationis armorum prohibitorũ.

5 Vbi tantum vulnera, aut percuſſiones ſecutæ non fuerint conditio iſta nũ intelligatur in vnoquoq; prædictorũ triũ caſuum.

6 Clauſula modificatiua, & declaratoria in fine eiuſdem diſpoſitionis poſita refertur æqualiter ad omnes caſus præcedentes & num. 20.

7 Clauſula in fine poſita num in vltimis voluntatibus, contractibus, reſcriptis, priuilegijs, & beneficijs referatur ad omnia præcedentia.

8 Indultus hic vti Principis beneficiũ benigniorem admittit interpetrationem.

9 Prouocatio, ſeu disfida eſt irritatio, vel inuitatio ad prælium.

10 Inſultus quid ſit.

11 Inſultus dictus quaſi in alium ſaltus.

12 Inſultus, vt dicatur requiritur, vt inſultans ita accedat, vt armis, & telis alterum percutere poſſit.

13 Simplex inſultus quarè dicatur.

14 Inſultus non dicitur amplius inſultus, ſi inſul-

56 *Tex. in l. 1. in princ. & in §. non autem. ff. de flumin. add.*

57 *Tex. in l. 1. ff. ne quid in flumin. publ. aſfertur.*

58 *Tex. in l. item apud labeonem. §. qui aduerſus. ff. de iniur. ponderatur.*

59 *Tex. in l. 1. ff. de ſeruo corrup. conſideratur. nu. 62. 63. 64.*

60 *Sclopo quem aggrediens comprehendi debet ſub hoc indultu, & nu. 61.*

65 *Sclopus præſumitur vacuus, & non cum pilula.*

Allegationes in præſenti materia factę per Eruditum Io. Fabium de Luca.

SI verum eſt, pro vt veriſſimum eſſe puto, factum per conſultorem mihi propoſitum, hoc eſt, aduerſarium non fuiſſe ſclopo læſum, immò neq; tactum, immò etiam neq; in aduerſo pariete, aut alibi apparere aliquem ictum (quodque plus eſt) neq; conſtare, quiſnam eum ſic aggreſſus fuerit, nequè probari delictum (vt dicitut) in genere non èquidem video, cur neceſſaria ſir partis remiſſio, quò noſter inquiſitus gaudere valeat generali Regio indultu, cum hæc eius verba expreſſè dictent remiſſionem in eiuſmodi caſu non eſſe neceſſariam.

Declarantes etiam inter caſus in quibus remiſſio partis nō requiratur comprehendi caſum prouocationis, ſeu diſfidæ, ſimplicis inſultus cum euaginatione, ac delationis armorum prohibitorũ, vbi tamen vulnera, aut percuſſiones ſecutæ non fuerint.

1 Ecce tres ſunt caſus, in quibus Princeps declarat non requiri partis remiſſionem.

2 Primus prouocationis, ſeu diſfidæ.

3 Secundus ſimplicis inſultus cum euaginatione.

4 Tertius delationis armorum prohibitorum.

5 Et in vno quoq; intelligitur conditio,
ſi non fuerint ſecuta vulnera, aut percuſ-
ſiones, vt patet ex illis verbis, vbi tamen
vulnera, aut percuſſiones ſecutæ nō fue-
6 rint. Etenim clauſula hæc declaratoria,
& modificatiua in fine eiuſdem diſpoſi-
tionis, & orationis poſita refertur vnifor
miter, & æqualiter ad omnes, & ſingulos
ipſos tres caſus immediatè præcedẽtes.
Bar. optimè in l. 3. §. eritque differentia.
nu. 1. verſ. aut inſeruntur ſub eadem ora-
tione. ff. vi bon. rapt. Doct. poſt Bart.
in l. 2. per illum tex. C. de lib. præter. in l.
talis ſcriptura. §. final. per illum tex. ff.
de leg. primo. in l. ſeiæ. §. Caio, per illum
tex. ff. de fun. inſtruc. in l. fin. per illum
tex. ff. de rebus dub. Panor. & alij in cap.
ſcundo requiris. & in cap. inquiſitioni.
de appell. & in cap. cum dilecti. de do-
na. Bal. conſ. 358. numero 2. vol. 1. Paul.
de Caſt. conſ. 14. numero ſecundo. part.
ſecunda. Franc. Aret. conſ. 116. per rotũ,
& optimè Alexan. conſ. 48. numero 10.
vol. primo, & conſ. 66. numero 3. & 4. vol.
2. & conſ. 101. numero 10. vol. 3. & con-
ſil. 110. nu. 4. vol. 4. & conſil. 6. numero 3.
conſil. 17. nume. 10. & conſ. 95. numero
5. volu. 7. Dec. conſil. 11. numero 13. &
conſil. 92. per rotum, & benè, & in conſil.
480. nu. 4. Soccin. Senior. conſil. 21. num.
12. & ſequent. & conſil. 66. numero 14.
volum. 3. & conſil. 47. numero 10. vol. 4.
Corn. conſil. 48. numero 41. & conſilio
7 282. numero 6. volum. 3. & conſilio 189.
num. 9. conſ. 260. num. 5. vol. 4. Bertran.
conſ. 26. nu. 2. par. 2. Capic. deciſ. 108. nu.
9. & optimè num. 13. Qui omnes, & alij
etiam quamplurimi volunt, quod clau-
ſula in fine poſita ſemper referatur ad
omnia præcedentia, tam in vltimis vo-
luntatibus, quàm in contractibus, & re-
8 ſcriptis, & priuilegijs, & beneficijs, &c.
Et quamuis aliqui excogitauerint ali-
quas limitationes nulla tamen ex eis vin
dicat ſibi locum in caſu noſtro.

Et quoniam vt cuique pater, & ex dicendis clarius apparebit ſumus in beneficio Principis, & ex huiuſmodi relatione

ne reſultat benignior interpetratio, idcircò multò magis clauſula hæc referri debet ad omnes tres caſus præcedentes tex. optimus, qui nuncupatim de hac re loquitur. in d. c. cum dilecti. de dona. ibi. Quia in contractibus plena, in teſtamentis, plenior, in beneficijs quoque pleniſſima eſt interpetratio adhibenda, Prouocario, ſeù disfida (pro eo, quod per-
9 tinet ad ſpecificam, vulgarem, & frequentiorem ſignificationem, ſecundum quam, ſine dubio locutus eſt Princeps in hac indulgentia) eſt irritatio, vel inuitatio ad prælium. Colligitur ex Doct. in c. 1. per illum tex. de cler. pugnan. in duel. & in c. 1. de purga. vul. & in c. ſententiam. ne cler. vel monach. & in l. vni. C. de gladiat. lib. 11. & in l. ex hoc iure. vbi præcipuè. Iaſ. nu. 31. & ſeq. ff. de iuſt. & iu. & in l. qua actione. §. ſi in colluctatione. vbi præſertim Bar. & Alber. ff. ad l. Aquil. Bar. conſil. 8 in nouiſſimis fol. mihi 185. à ter. Colligitur etiam ex litera pragm. vni. de duello, vbi etiam Petr. Foller. nu. 14. & Fran. Scaglion. num. 30. & num. 87.

10 Inſultus eſt motus perſonæ de loco ad locum contra aliquem, & dictus eſt
11 quaſi in alium ſaltus, ſatis tamen eſt ſi inſultans ita accedat, vt armis, & telis al-
12 terum percutere poſſit. Ita paſſim omnes. Bart. in l reſpiciendum §. delinquũt. num. 1. ff. de pæn. & in l. 1. §. cum arietes. ff. ſi quadr. paup. fec. dic. & conſ. 9. per totum. lib 2.

Bal. qui ita definiuit. conſil. 286. num. 2. vol. 3. & in cap. vni. §. ſimiliter. nume. 1. & 2. quib. mod. feud. amit. Roman. in l. etſi certus. §. ſi appetitus. num. 1. & 2. ff. ad Syllan. Ang. & Addẽt. in tract. de malefic. verb. Fecit inſultum. in princ. Fran. Aret. conſil. 34. nu. 3. Barb. conſil. 11. nu. 6. vol. 4. Alex. conſil. 109. num. 12. vol. 1. Deci. conſil. 676. nume. 1. Boſſ. in tit. de inquiſitione. nume. 1 10. Cataldin. Boncompag. in tract. de ſindica. num. 88.

13 Simplex verò inſultus non dicitur, vt quidam putant, ad differentiam alterius ſpeciei inſultus non ſimplicis, non enim datur in iure alius inſultus, quàm ſimplex, ſed dicitur ad differẽtiam alterius delicti diuerſæ ſpeciei, in quod inſultus ipſe ferè ſemper tranſire ſolet, nam ſi is
14 qui fecit inſultum eodem tempore, & continuatis actibus percuſſerit, aut vulnerauerit, aut mutilauerit, aut occiderit ſtatim euanuit inſultus, & ſucceſſit
15 alia ſpecies delicti grauioris, cum quo facta eſt confuſio, puta percuſſio, vulnus, mutilatio, homicidium, & vnde regulariter non erit infligenda pœna inſultus, ſed alterius delicti maioris. l. illud. §. fin. ff. ad l. Aquil. glo. in l. qui de crimine, verb. plurima. in fine, & ibi etiã Doct. C. de accuſ. Bart. in d. l. illud. §. fin. & Iatius in l. nunquam plura. ff. de priu. delic. & in l. ſi gemina. numer. 3. ff. arb. fur. cæſ. & conſil. 9. lib. 2. Bal. in l. aduerſus. numer. 5. & 7. & quidem optimè. C. de ſer. fug. Io. And. ad ſpecul. in rub. de homic. add 1. poſt princ. Afflict. in conſt. Regni ſi quis in poſterum. num. 61. Plaz. in epit. delict. lib. 1. cap. 1. num. 18. & 19. Io. Ant. de Nigr. in cap. Regni ab illo. in fin. nu. 63. vbi dicit eſſe communem. Cephal conſil. 462. num. 44. & ſequ. vol. 4. Iul. Clar. in §. fin. q. 84. verſic. alius eſt caſus, vbi pariter dicit eſſe communem. Farin. in tit. de delic. & pæn. q. 22. num. 9. & 20. vbi citat multos ex nouioribus, & teſtatur de communi.

16 Itaque ſimplex inſultus eſt is, qui non eſt confuſus cum alio delicto grauiori, ſed ſtat intra terminos ſuos, & facit ſpeciem perſe ab alio maiori delicto diſtinctam, & ſeparatam ſecundum omnes Doct. & ita exaudienda ſunt verba ipſius indulgentiæ.

17 Tota autem difficultas videtur conſiſtere in cognoſcendo, quando ſit hoc, ſcilicet, quod inſultus ſtet in ſimplicitate ſua, & non confundatur cum alio delicto grauiori. Et reperio, quod infraſcripti Doct. qui expreſſè fecerunt mentionem de ſimplici inſultu videntur voluiſſe, quod hoc ſit, quando non eſt ſecuta realis, & corporalis læſio perſonæ, puta per vulnus, aut percuſſionem, Pet. Anchar. conſil. 53. lib. 3 Chaſſan. in conſuet. Burgũ. §. 7. verb. de ſimple reſcouſſe

fol.

fol. mihi 294. columna ſecunda. ſed Caſſaneus fortaſsè aliter ſenſit Iulij Clari in dicto §. finali, quæſtione quinquageſimanona, verſiculo ſunt tamen alij caſus, Farinacius in titulo de inquiſitione, quæſtione 6. numero 21. limitatione prima, vbi allegauit & ſecutus eſt Iulium Clarum.

18 Sed tamen quicquid ſit de iure communi, de quo fortè eſſet aliter dicendum, nunc ſatis ſit nobis, quod ipſa indulgentia, quam attendere debemus ità expreſsè velit, ibi, vbi tamen vulnera, aut percuſſiones ſecutæ non fuerint.

19 Quicquid ergò ex inſultu ſecutum fuerit, ſi non ſit deuentum ad vulnera, aut percuſſiones incluſiuè, ſemper erit ſimplex inſultus, ſemper indulgentiæ locus erit.

Neque verò eſt dubitandum, dictam clauſulam, quatenus refertur ad caſum ſimplicis inſultus operari declarationem ipſius, ſi enim aliter diceremus, vtiquè ſequeretur maximum inconueniens, videlicet quod poſſit dari ſimplex inſultus etiam cum vulnere, quod eſt falſiſſimum, tunc enim deſineret eſſe inſultus, & confunderetur cum delicto vulneris, vt latè ſuperius probatum eſt.

20 Hæc autem tria, prouocatio, ſeu diſfida, ſimplex inſultus, & delatio armorum prohibitorum accipiuntur hic generaliter, vt omnem omnino caſum complectantur, & ſic ſiuè data opera, & ex dolo, ſiuè caſu, & in rixa, ſiuè ſine armis, ſiuè cum quibuslibet armis etiam ſclopo, & baliſta, ſiuè ad duellum, ſiuè

21 non, &c. Ratio eſt, quia poſita ſunt generaliter, & indefinitè, & materia eſt fauorabiliſſima, quia eſt beneficium Principis, vt latè probat Petrus Follerius in commento indultus anni 1554. columna 4. & Natta conſilio 340. numero 9. volumine 2. quem refert, & ſequitur Burſatus conſilio 334. numero 6. & 7.

22 Ea potiſſimum ratione, quia indulgentia eſt generalis, & ex certa ſcientia, & motu proprio, & plenitudine poteſtatis ipſius Principis, & ad publicam vtilitatem, atquè etiam (vt colligitur ex tota eius ſerie) cum modica læſio-

23 ne aliorum, quibus omnibus concurrentibus, nemo dubitauit Principem poſſe indulgentiam concedere etiam ſine remiſſione partium, vt expreſsè dicunt ijdem Doctores modò citati, & alij ſequentes Innocentium in dicto capitulo cum dilecti, verbo beneficijs, de donationibus, Iacobinus in l. ſi quis iniquum, §. ſi is pro quo, ff. quod quiſq; iur. Decius conſilio 520. per totum præcipuè numero 6. & ſequenti, & conſil. 655. numero 19. & ſequenti. Paris de Puteo in tractatu de ſyndic. verbo, quia pluries, numero 13. verſiculo & verum eſt, de remiſſione particulari. Boſſ. in titulo quomodo procedatur per actionem in delictis, numero 42. & 44. & in titulo de remed. ex clement. princip. numero 23. & 48. Clarus §. finali, quæſtione 59. verſiculo Adde quod in Principe, & verſiculo ſcias autem. Vezin. quem habeo in primo tomu communium opinionum, libro primo, titulo 19. ſi contra ius, vel vtilitatem publicam, numero 20. verbo beneficium, ſeu priuilegium, vbi teſtatur de communi, Bonacoſſa, quem habeo in ſecundo tomo, libro nono, titulo 25. de iniurijs, numero 122. verbo, Remittere, & ſimiliter teſtatur de communi. Farinacius in titulo de inquiſitione, quæſtione ſexta, numero 22. & ſequenti, & numero 51. & numero 6. in fine.

24 Quod ſi concedamus (prout audimus aliquos contendere) hæc tria, ſeu quatuor vocabula, vel aliqua ipſorum accipi in genere, & in ſpecie, quemadmodum adoptio, iuriſdictio, & alia multa in iure (licet huiuſmodi eorum conſideratio non videatur hic poſſe procedere) adhuc tamen dicendum erit, omnia ipſa hæc verba eſſe indiſtinctè, & generaliter intelligenda ex illa Doctorum

25 concluſione, quæ habet, quod in fauorabilibus verba non in ſpecie, ſed in genere ſint exaudienda, in odioſis verò contra. Abbas, & alij in capit. Rodulphus, per illum textum, qui verè optimus eſt,

de reſcript. Alexander in conſilio 248.
numero 9. & 10. volumine 6. Decius
conſilio 406. numero 6. Bulg. in repe-
titio. rubricę. ff. ſoluto matrimonio, nu-
mero 4. Caſſan. in conſuetud. Burgund.
26 de ſucceſſionis, rubrica 7. numero 43.
fol. mihi 1024.

Supereſt nunc vt videamus in quonam
ex his tribus caſibus ſit reponendus ca-
ſus noſter.

Et breuiter non in primo, & hoc eſt
clarum, ſed benè tam in ſecundo,
quàm in tertio, quod ſit reponendus
in ſecundo: Tria ſunt requiſita ſecundi
caſus.

Primum quod ſit inſultus.

Secundum quod ſit ſimplex inſultus.

Tertium, quod vt ſit ſimplex inſul-
tus, non ſint ſecuta vulnera, aut percuſ-
ſiones. At verò omnia hæc tria requi-
ſita concurrunt in caſu noſtro, vt ex ip-
ſo facto, & ex iure de quo ſuperius,
ergo &c.

Et quoniam hic tota difficultas con-
ſiſtit in remouendis contrarijs, & inſu-
per ex reſponſionibus, quas illis aſſi-
gnabimus, fundabitur etiam noſtra
concluſio, ideò properemus ad contra-
ria.

Primò non obſtat, quòd (vt fortè
prætenditur) non interuenerit motus
corporis de loco ad locum, neque vici-
nitas. Ergò.

27 Nam reſpondetur hoc factum fortè
non probari. Item reſpondetur ex di-
cta communi opinione Doctorum ſatis
eſſe tantam vicinitatem, vt poſſit ſequi
percuſſio cum armis. Item ex authori-
tate Cępoll. conſilio 28. numero 16. &
Menochius de arbitr. iudic. caſu 363.
numero 4. & Maſcar. de probationibus,
volumine 3. concluſione 1128. nume-
28 ro 12. dicentium, quòd qui expectauit
inimicum in aliquo loco cum armis, &
poſtea ibi eum aggreſſus fuit, dicitur fe-
29 ciſſe inſultum. Quod autem etiam ſi
quis ſclopo aggreſſus fuerit, dicatur
commiſiſſe inſultum, dixerunt expreſsè
Petrus Ancharanus dicta quæſtione 53.
numero 14. libro 3. Iulius Clarus dicto
§. finali, quæſtione 59. verſiculo Adde
quod, Octau. Vulpel. in tractatu de pro-
poſitionum ſignificatione, Dict. in nu-
mero 1. & 2. & in tractatu de non offen.
quæſtione 101. numero 9. Farinaccius
in titulo de inquiſitione, quæſtione 6.
numero 21. limitatione 1.

30 Secundò non obſtat, quòd illud ver-
bum, cum euaginatione non poſſit com-
petere ſclopo.

Etenim reſpondetur, quòd poſitum
fuit gratia exempli, & quia id eſt fre-
quentius, textus in l. qui foueas, ff. ad le-
gem Aquil. qui fouens luporum, ceruo-
rumquè capiendorum cauſa faciunt &c.
& tamen procedit in omnibus alijs ani-
malibus.

31 Item reſpondetur, quòd quando con-
ſtat de mente, vt hic, verba non ſunt cu-
randa, & ſunt impropriè accipienda.
Doctores omnes vbiquè per iura vulg.
ſed optimè Grammaticus conſilio 56.
in fine.

Item reſpondetur, quòd in ſclopo mi-
litat eadem ratio, Ergò.

32 Item reſpondetur, in baculo, in veru,
in lapide non contingit euaginatio, &
tamen quis dubitauerit comprehendi
in indulgentia, ſic ergò in ſclopo, &
alijs.

Tertiò non obſtat idem verbum, cum
euaginatione, per quod videtur indica-
ri maior exceſſus, qui in ſimplici inſultu
poſſit contingere. Ergò.

33 Si quidem reſpondetur, quòd immo
non indicat exceſſum, ſed exercitatio-
34 nem armorum, quibus fortè fieret inſul-
35 tus, Doctores dicunt Admenationem,
& vulgus noſter, Metter mano, & tirar
colpi: Exceſſus verò indicatur per illa
verba, Vbi tamen vulnera, aut percuſ-
ſiones ſecutæ non fuerint. Quicquid er-
gò contingerit à principio, & à primo
actu inſultus vſque ad vulnera, aut per-
cuſſiones excluſiuè id totum continebi-
tur intra terminos ſimplicis inſultus, vt
etiam probabitur inferius. Ergò ver-
bum, cum euaginatione non indicat
ſummum exceſſum, & ſupremum gra-
dum ſimplicis inſultus, ſed exercita-
tionem

tionem armorum, quibus ipſe inſultus
fieret.
Quartò non obſtat anthoritas Iulij
Clari in dicto §. finali, quæſt. 59. verſic.
ſunt tamen aliqui caſus, inncto verſicu-
lo ſed hæc omuia intellige, vbi præter
36 alia iu ſpecie dixit, qnòd ſi exoneratio
ſclopi fieret animo deliberato neceſſa-
ria omnino eſſet partis remiſſio, & ita
iudicatum retulit in ſuo Senatu.
37 Quandoquidem reſpondetur, tantum
abeſſe, vt hæc authoritas Iulij Clari ſit
nobis contraria, vt omnino ſit in termi-
nis pro nobis, nam ipſe loquitur, quan-
do caſus, in qnibus non eſt neceſſaria
partis remiſſio non ſunt expreſſi in in-
dulgentia, ſed veniunt ex diſpoſitione
iuris communis, vt clarè patet ex eius
verbis, & ita enm exaudiuit Farin. in ti-
tulo de inquiſitione, quæſtione 6. nume-
ro 21. limit. 1. Intereſt autem ſummope-
38 re caſus hos declarari expreſsè per Prin-
cipem in indulgentia, vel venire ex di-
ſpoſitione inris commnnis, & ex decre-
to Iudicis, nam hic ſtricta, ibi verò la-
tiſſima facienda eſt interpretatio. Præ-
terea in indulgentia habemus expreſ-
ſam Principis voluntatem, vt ſcilicet in
caſibns in indulgentia expreſſis non re-
quiratur partis remiſſio, maxime cum
loquatur generaliter, & indefiuitè, vt ex
prædictis: Non ſic in alio caſn, in quo
nihil conſtat de mente Principis, niſi
prout ius diſponit, hoc eſt, vt quantò
minus fieri poſſit lædantur iura tertij.
Quamuis (vt verum fatear) nec videa-
tur vera prædicta Iulij Clari, & ſui Se-
39 natus deciſio, nam ſi ſimplex iuſultus
non excogitatus, ſed in rixa de inre
comuuni non meretur pœnam, Gloſa,
& Bartolus, & alij in l. ſi in rixa, ff. ad le-
gem Corneliam de ſicarijs, & alibi paſ-
ſim, latè Burſatus conſilio 316. nume-
ro 3. Gloſ. Iſern. & Afflictus ſub nume-
ro 15. in conſtiturione Iuſtitiarij, de of-
40 ficio Iuſtitiariatus. Et hoc qnia eſt leue
delictum, & non tribuit iui parti, vt de
alijs multis leuibus paſſim legitur in to-
to titulo de iniurijs, quid quæſo pro eo
erit opus indulgentia? Aut igitur di-
cendum erit, quòd nunquam valeat gra-
tia pro inſultu ſine partis remiſsione,
aut ſi dicendum erit, quòd valeat, erit
omnino intelligendnm de doloſo, &
41 præmeditato, ea quippe ratione, quod
licet ſit delictum, vt ait Barrolus in di-
cta l. nunquam plura, nnmero 9. ff. de in-
iurijs, & in dicto conſilio 9. circa me-
dium, libro ſecundo, ramen eſt ſatis le-
ue, & modicum ius tribuit, in quo Prin-
ceps ſine dubio poteſt patti præiudica-
re, & ſanè ſi aduertatur parum ſibi con-
ſtare videtur Clarus in dicto loco, &
implicare qnodam modo contradictio-
nem.
42 Item reſpondetur, Senatum illum ſic
cenſuiſſe, non qnidem, quia ſic eſſet de
iure communi, ſed quia latiſsimum ſi-
bi arbitrium vindicabat ex fiducia Prin-
cipis, vt innuit idem Clatus in tota di-
cta quæſtione 59. & poſt eum Boſſ. in
tit. de remed. ex ſola clement. Priucip.
ferè per totum.
43 Quintò non obſtat Regia Pragma-
tica ad reſtringendum, ſub titulo de
ictu ſcopitræ, quæ punit pœna mortis
enm qui ſclopum, aut baliſtam (vt di-
citur) exonerauit, licet non ſit ſecu-
tum vulnus, aut percuſsio: Vnde vi-
detur dicendnm, qnòd hoc delictum
non ſit iuſultus, ſed mains illo, & per
conſequens non comprehendatur in in-
dulgentia.
44 Nam reſpondetur dictam pragmati-
cam non obſtare, ſi quidem aliud eſt quę-
rere qua pœna puuiatur, qui ſclopo ag-
greſſus fuerit, licet non vulnerauerit,
& in hoc attendi debet ipſa pragma-
tica. Aliud autem an hoc delictum
ſit ſimplex inſultus, & per conſequens
comprehẽdatur in indulgentia, quo qui-
dem caſu ſine dnbio eſt attendeudum
ins commune, & eſt dicendum non eſſe
alind, quàm ſimplicem inſultum, cùm
45 non ſit ſecutum vulnus, aut percuſsio,
vt ex prædictis. Neque magnitudo pœ-
næ inducta à pragmatica contra, vel prę-
ter ius commune mutat veritatem, &
ſubſtantiam ſimplicis inſultus: Ponamus
enim caſum, quod pragmatica diceret,

Pro ſimplici inſultu imponatur pœna mortis, eſſet ne propter hoc aliud quàm inſultus, & ſi eſt, cur non continebitur
46 in indulgentia, & quod non deſinat eſſe ſimplex inſultus, quamuis per pragmaticam ſit adaucta pœna, dixit expreſsè Soc.ſen.conſil.157.lib.2.& Bero. in cap. at ſi clerici, num.96.97.& 98.de iudici. & Cran. de antiq. temp. par.4. ſect. incipiente, Videamus modò de aliquibus, num.26.& ſeq. & adden.ad Dec.in dicto cap. at ſi clerici, numero 61. litera c. & Farin. quæſt.18.num.86.& 87. & Baiar. ad Clar. in §.1. numero 13. qui omnes reſpondent etiam ad Decium, qui in conſilio 65. & in dicto cap. at ſi clerici, num.61. tenuit contrarium, & idem ante omnes docuit Bar. in l.1.num.14.ff.de
47 public.iudic. ibi, ratio eſt, quia non videtur nouum delictum, nec nouum nomen delicti, ſed pœna tantum alteratur ſuper eodem delicto.

48 Præterea pragmatica imponit pœnam mortis non ratione particularis damni partis læſæ: patet, quia imponit dictam pœnam etiam quando non ſequeretur læſio, ſed eam imponit ratione damni vniuerſalis totius Reipublicæ, damni (inquam) in potentia, non in actu propter frequentiam criminum, ſed indulgentia pro habenda remiſsione conſiderat damnum priuatum alicuius, & vbi non adeſt damnum, ſeu non tantum non vult eſſe neceſſariam partis remiſſionem, at verò hoc eſt in caſu noſtro, ergò &c.

Iam ergò clarè patet, quòd caſus noſſus noſter ſit omnino reponendus in hoc ſecundo caſu ſimplicis inſultus, quod au-
49 tem ſit etiam reponendus in tertio caſu, dum ſunt requiſita huius tertij caſus.

Primum, quod ſit delatio armorum prohibitorum.

Secundum, quòd non fuerint ſecuta vulnera, aut percuſsiones.

Sed hæc duo requiſita ſimiliter concurrunt in caſu noſtro, vt ex eodem facto, & iure, ergo &c.

Non obſtat, quod indulgentia videatur loqui tantum de delatione ſine exercitatione, & in caſu noſtro ſclopus fuit exercitus, quia exoneratus, ergò.

Siquidem reſpondetur, quòd immo indulgentia intelligit, quando arma fuerunt exercita aduerſus aliquem, vt probatur ex illis verbis, vbi vulnera, & percuſsiones ſecuta non fuerint, nam quid opus fuiſſet ita excipere, ſi arma non intelligerentur exercita? Quis quæſo ex ſola delatione iuſtè, aut non pueriliter conqueri poſſet, vel ius aliquando ſibi vendicare, Ergò patet, quòd potius ſit conſideratus caſus, quo arma fuerint exercita, quàm quo non fuerint, Et ſic noſter caſus reponendus eſt etiam in tertio caſu eiuſdem indulgentiæ. 50

Tandem ad omnem prorſus difficultatem eradicādam libet reſpectu vtriuſquè caſus communiter probare, quod caſus hic noſter comprehendatur in indulgentia, vt non ſit neceſſaria partis remiſsio.

Duo extrema ponuntur à Principe in indulgentia, alterum ſimplicis inſultus, & delationis armorum, alterum verò vulnerum, aut percuſsionum ex eis ſecutarum, & dicit Princeps, Quando inceperis à primo extremo ſimplicis inſultus, vel delationis armorum, & deinde progreſſus fueris delinquendo remicto tibi omnem pœnam etiam ſine partis remiſsione, quantumcunq; progreſſus fueris delinquendo, Vſque dum tamen non perueneris ad ſecundum extremum vulnerum, vel percuſsionum incluſiuè, quia tunc ſcilicet cum illuc perueneris, volo prius obtineas remiſſionem. 51 52 53

Ecce modo. Incipit quis cum ſclopo à primo extremo ſimplicis inſultus, vel delationis armorum, & progreditur delinquendo impetit, minatur, obiurgat, conuiciatur, terret, propinquat, iam iamquè manu tenet, exonerat, deniquè ſclopum, atquè iterum, & tertio exonerat, non tamen vulnerat, aut percutit, aut tangit. Dicetur, ne hic ingreſſus alterum extremum vulnerum, aut percuſsionum? Nequaquam. Ergo gaudeat.

Facit

54 Facit optimè, quod habet Bellug. in
Spec. princip. rub. 27. §. milites num. 27.
verſ. ſed ſolet dubitari, vbi dicit, quod ſi
ſtatutum prohibet quem occidi, vel ca-
pi, vel ei malum inferri, & aliquis inua-
dit quemquam armis euaginatis, & ſe-
quitur, & vertit in fugam, tamen non tā-
git, quia fortè non poteſt, is non incidit
in pęnam ipſius ſtatuti, quia in talia ver
ba ſtatuti ſignificant offenſionem perſo-
nalem quæ hic non fuit facta, cum non
tetigerit perſonam, licèt in ſecutus fue-
rit, & de fatigauerit.
55 Facit etiam optimè, quòd habet Deci.
conſ. 406. nu. 6. vbi ex Bal. Alex. & aliis
dicit, quod ſi ſtatutum caueat, vt ſi quis
violenter ingrediatur Eccleſiam punia-
tur in mille, & quidam armata manu ve-
nerunt vſque ad medium iter, vel vltra,
ſed non intrauerunt fines Eccleſiæ non
incurrerint pœnam ſtatuti, quia inchoa-
uerunt quidem delictum, ſed non con-
ſumauerunt.
56 Facit etiam tex. & ibi Panor. in d. ca.
1. de cler. pugnan. in duel. nam dicit tex.
ſi clericus duellum obtulerit, vel obla-
tum ſuſceperit eſt deponendus, ſed eua-
dere poteſt depoſitionis ſententiam, ſi
cum ipſo Epiſcopus duxerit diſpenſan-
dum, dummodo ex ipſo duello homici-
dium, vel membrorum diminutio non
57 fuerit ſubſecuta, Abb. deinde ibi, in verſ.
quid autem, & in cap. 1. num. 9. qui cler.
vel vou. quærit, an irregularitas contra-
hatur, ſi membrū non fuit detruncatum,
ſed tantum debilitatum, & decidit in d.
num. 9. quod non. Ecce non dicitur de-
uentum ad mutilationem, licet proximè
accedatur ad illam, ſic itaq; in caſu no-
ſtro.
58 Tex. in l. 1. in princ. ff. de flumin. ſic ha
bet, Prætor ait, nequid in flumine publi-
co, ripauè eius facias ne quid in flumine
publico, ripauè eius immittas, quo ſta-
tio, iterue nauigio deterius fiat, & de-
inde, in §. non autem, non omne autem
quod in flumine publico, ripauè fit co-
ercet prætor, ſed ſi quid fiat quò deterior
ſtatio, & nauigatio fiat.
59 Tex. in l. 1. ff. ne quid in flum. pub. Ait
prætor in flumine publico, ripauè eius
facere, aut in id flumen, ripamuè eius
immittere, quo aliter aqua fluat, quam
priore æſtate fluxit veto, & poſt Paulo.
non omnis ergò, qui immiſit, vel qui fe-
cit tenetur, ſed qui faciendo, vel immit-
tendo effecit aliter, quàm priore æſtate
fluxit aquam fluere.
60 Tex. in l. item apud labeonem, §. qui
aduerſus. ff. de iniur. Qui aduerſus bonos
mores conuicium cui feciſſet in eum iu-
dicium dabo, & paulò inferius, ſed quod
addicitur à prætore aduerſus bonos mo
res oſtendit non omnem in vnum colle-
ctam vociferationem prætorem notare,
ſed eam, quæ bonis moribus improbe-
tur.
61 Tex. denique in l. 1. ff. de ſeru. corrup.
ait prætor, qui ſeruum, ſeruamuè alienū,
alienamuè recepiſſe, perſuaſiſſeuè, quid
ei dicetur, dolo malo, quo eum, eamuè
deteriorem fecerit in eum quanti ea res
erit in duplum iudicium dabo, tum de
inde, ideò prætor adiecit dolo malo, quo
eum deteriorem faceret, neque enim de
linquit, niſi qui tale aliquid ſeruo perſua
det, ex quo eum faciat deteriorem.
62 Ecce ex his iuribus probatur apertiſ-
ſimè, quod niſi deuentum fuerit ad alte-
rum extremum nunquam diſpoſitio le-
gis locum habere poteſt, licet multa in-
termedia facta ſint, quæ ad illud proxi-
me accedant.
63 Ex quibus omnibus clarè patet, quod
caſus noſter comprehendatur in indul-
gentia, & per conſequens hic inquiſitus
ea gaudere debeat ſine partis remiſ-
ſione.
64 Quod quidem tantò magis procedet,
quia, vt à principio innuimus, non ap-
paret ſclopum fuiſſe cum pilula, ergo fu-
it, vel præſumitur fuiſſe vacuus, quo qui-
dem caſu non eſt locus pęnæ in d. pragm.
65 contentæ, vt per Foller. ibidem num. 51.
neque etiam apparebit quiſnam ſclopū
exercuerit, neque an ad nocendum, vel
exercitationis cauſa, neque an fuerit
exoneratus arte, & opera alicuius, vel
potius (vt ſæpè contingere ſolet) ex ſe
ipſo, neq; in ſumma conſtat de delicto in
genere,

geuere, & tandem nihil ſufficienter conſtat contra ipſum iuquiſitum, & propterea etiam ſine iudulgeuria, & ſine remiſſione iam pridem fuiſſer liberandus iuxta ea, quæ ferè in termiuis haber Perr. Anch. in d. quæſt. 53. num.7. verſ. cœterum, & per rotum. Hæc ſufficere putamus omnia rectiſſimo Dominorũ iudicio humillimè ſuppouentes.

SVMMARIVM.

1 HVC vſque viſum eſt de ampliationibus huius indultus,

2 Criminoſis non eſt ſic largè Indulgendum, quod delicta ſauiſsima contineantur.

3 Crimen laſa Maieſtatie Diuina, vel humana excipitur ab hoc indultu.

4 Maieſtae duplex Diuina, & Humana.

5 De crimene laſa Maieſtatis Diuina, & Humana, remiſsiuè.

6 Immanitas delicti huius à legibus grauis exiſtimatur.

7 Crimen laſa Maieſtatis Diuina, vel humana de iure communi num comprehendatur ſub Principis indulgentia, & num.10.

8 Ingenerali abolitione num contineatur crimen laſa Maieſtatis Diuina, vel humana.

9 Cognitio criminis laſa Maieſtatis Diuina, vel Humana ſpectat ad ſolum Principem.

11 Crimen laſa Maieſtatis Principis perſonam reſpicit principaliter.

12 Ingenerali locutione ſemper excepta videtur perſona loquentis.

13 Ingenerali locutione non cenſetur excepta perſona loquentis, quando loquens pro alio reputaretur.

14 Indultus hic non includit crimen laſa Maieſtatie Diuina, vel Humana.

Declaramus inſuper in hoc edicto non comprehendi crimina læſæ Maieſtatis Diuinæ, & Humanæ.

LIMITATIO I.

CAPVT XXVII.

1 PERTRACTATVM eſt huc vſquè de generali abolitione cõprehendente omnia, & quæcuuque delictorum genera, & vidimus etiam plures am
2 pliariones, quæ huic indultui accommodari potuerun, Verum tameu, quia non erit tam largè criminoſis indulgendum, vt etiam delicta atrocia, & ſæuiſſima ſub ea indulgentia comprehenderentur,

Propterea Rex noſter Inuictiſſimus ab huius indulgenriæ beneficio plura delicta ob illorum immanitatem excludenda eſſe exiſtimauit.

3 Itaque ab eo primum quod immaniſſimum eſt, Diuinæ ſcilicet, & humanæ læſæ Maieſtatis delictum exordium ſumpſit his verbis, in hoc edicto non comprehendi crimina læſæ Maieſtatis Diuinæ, & Humanæ. Hæc ergo erit prima limitario ad huuc noſtrum generalem indulrum.

4 Sed quoniam Maieſtas duplex eſt Diuina, ſcilicet, & Humana. auth. Gazaros. C. de Hæret. cap. duo ſuut, 96. diſt. dixit Bald, in conſ. 59. incip. licet eleganter. col.1. in prin. volum.1. & Nellus in trac. bannitorum, in 1. parte, ſecundi temporis, quæſt.16. num.51. recenſuit Gigas in Tract. de crim. læſæ Maieſtatis, lib. 1. q. 2, num. 1. ideo excludit crimen læſæ Maieſtatis, Diuiuæ, & Humanæ.

29 In qua quidem forma tribus modis
falſa moneta comitti dicitur.
30 Primò in imagine Principis, vel al
terius.
31 Secundò in literarum inſcriptionis
impreſſione.
32 Et tertiò in authoritate publica,
ideſt, quod authoritate publica ſit im-
preſſa, pro qua re conferunt notata
in c. inter dilectos, per Panor. extrà, de
fide inſtrum. & in cap. 2. in fine. eod. tit.
per Cardin. in clem. 2. in quitu notabili,
vt lite pendente.
33 Qua quidem forma mutata, ex quo
34 moneta eſt indiuiſibilis, Cum illud dica-
tur indiuiduum, cuius partes ſeperatæ
mutant diffinitionem totius, & cuius in-
tegritas minui non poteſt, ſtante realita
te ſubiecti, Secundum Bald. in cap. 1. §.
1. colum. 2. verſi. ſed quare dicitur. de
35 contr. inueſt. vitiatur, & perimitur ipſa
moneta. arg. glo. in verſi. facta. tex. in l.
qui vſumfructũ, ff. de vſufruct. & notato-
rum per Cuman. in d. conſil. 139. & la-
tius per Gomeſ. in lib. 2. Variarum re-
ſolut. cap. x. rubr. de diuiduis, & indiui-
du is.
36 Ex quibus infertur, quod crimen fal-
37 ſæ monetæ ſit crimen grauiſſimum, cum
38 monetam adulterantes dicantur vitiare
magnum quaſi quoddam reipublicæ vin-
culum; Moneta enim eſt communis quæ-
dam comerciorum omnium menſura ſe-
cundum Decian. in lib. 7. tomo 2. tit. de
atrocitate, & ſingularibus falſæ monetæ
num. 1. in fin.
39 Quin immò, & ipſum ius gentium læ-
40 ditur, quo quidem iure inuenta fuit, li-
cet tamen diuerſæ impreſſionis, vt decla
rat Bart. in l. 1. nu. 2. ff. de contrah. empt.
Alberi. & Ang. in l. ex hoc iure. vbi Iaſ.
ſub num. 22. ff. de iuſt. & iure, ideò vti
atrociſſimum habendum erit.
41 Adeò, vt crimen læſæ Maieſtatis is
42 committat, qui falſam monetam cudit.
tex. eſt in l. 2. vbi Bald. & poſt eum per
bellè Salic. C. de falſa moneta. In illis
verbis, cuius obnoxij crimen læſæ Maie-
ſtatis committunt.
43 Quam quidem concluſionem ſuum ob
tinere locum conſtituimus, nedum in
adulterante monetam Principis, verum
etiam in adulterante monetam ciuita-
tis ſuæ. ſecundum Bald. in d. l. 2. in fine.
Andr. Sicul. in conſil. 70. colum. 13. ver.
ſicul. & ita videantur. volum. 4. Ang. de

Maleſ. in verſi. præſente caio. & appellan
te. num. 4. Cæpolla, in conſ. 17. colum. 4.
Gramm. in conſi. 6. num. 7. cum aliis ad-
ductis per Gigantem, in tract. de crim.
læſæ Maieſt. ſub. tit. Qualiter, & à quib.
quæſt. 62.

44 Cuius concluſionis ea eſt ratio, quia
cudere monetam eſt de Regalibus, quæ
ſunt ſoli Principi reſeruata. cap. 1. verſi.
monetæ. Quæ ſint Regal. Ergò mirum
non eſt, ſi Regia Maieſtas dicatur offen-
di, cum ad eius exiſtimationem, & famã
ſpectet non lædi monetarum iura.

Quò circa iure decretum eſt, vt ſit ca-
45 ſus ſoli Principi reſeruatus, Quia falſam
46 cudens monetã Deum, homines, & Prin-
cipem deludit, & offendit, vt omnes
vno ore fatentur in d. cap. 1. verſi. Mone-
tæ, quæ ſint Regal. & in d. cap. quanto.
de iureiurand. in l. 2. & fin. C. de falſa mo
neta, Gramm. in d. cõſ. 6. num. 6. 7. & 12.
Marſ. in conſ. 74. num. 1. & Decianus, in
d. lib. 7. tom. 2. tit. de falſæ monetæ crimi
ne. num. 1. & 2. & in tit. de atrocitate, &
ſingularibus criminis falſæ monetæ,
nu. 5.

47 Et propterea in eodem delicto proce-
dendum erit ſicuti in delicto læſæ Maie-
ſtatis, & vt opinatur, Decian. in eod. lib.
7. ſub tit. de iudicibus falſæ monetæ, nu.
20. non modo in fabricante, contra quẽ
48 nulla cadit controuerſia, ex quò euiden-
tia facti doli probationem excludit, ve-
rum etiam in cudente, & tondente. l. qui-
cunque. ff. de falſis. declarat Decian. in d.
lib. 7. in tit. de falſæ monetæ crim. num.
49 25. Quò l ſecus eſſe in expendente arbi-
50 tramur, de quo per Bald. in conſi. 135. in-
51 cip. reperitur, volum. 3. per Dinum in
conſ. 38, incip. quod contra Benciuenũ,
num. 7. & ſeq. Barb. in conſ. 29. col. 2. nu.
12. volum. 2. & in conſ. 51. num. 3. vol. 3.
& Decianus loco nuper allegato. De a-
trocitat. & ſingul. nu. 3.

52 Quamobrem quia acerrimum eſt cri-
53 men rationibus de ſuper adductis, Plura
ſpecialia in hoc criminis genere à iure
ſancita reperimus enumerata per Afflic.
in d. c. 1. verſ. monetæ, num. 37. Quæ ſint
Regal. quæ ſigillatim enodabimus; ac
præter eius dicta quædam quoque ſup-
plebimus, quæ proceſſum inſpiciunt,
54 quædam verò, quæ ad condemnationem
attinent recenſebimus.

55 Quo ad primùm caput, quod ad pro-
ceſſum pertinet, primùm ſpeciale in hoc
delicto illud eſſe admonemus, quod ac-
cuſator non probans non punitur de ca-
lumnia. l. 1. vbi accurſ. in ſcholio. Immu-
nitatem. C. de falſa moneta, vbi expreſ-
56 sè notat Cinus. in 2. oppoſitione. Imò
accuſatori præmium elargitur iudicis
arbitrio. l. 2. vbi glo. in verſi. præmium,
C. eod. tit.

57 Hinc eſt, quod ſocius criminis accu-
ſans ſocium criminis non punietur, ſecũ-
dum glo. in verſ. immunitatem, præcita-
ti tex. in l. 1. C. de falſa mon. vbi Salic. ſic
tenuit, dixit Specul. in tit. de accuſatore,
num. 10. Hyp. in l. qui falſam, num. 7. ff.
de falſ.

58 Hanc autem doctrinam interpetran-
do iuxta doctrinam per Decianũ in præ-
monito tit. de atrocitate, & ſingularib.
falſæ monetæ, num. 7. cui, & nos libenter
aſſentimus, quod quidem pro ſecundò
ſpeciali exiſtimandum erit.

59 Tertiùm ſpeciale eſt, quod tales mo-
netarij capi poſſunt etiam ſine iuſſu iudĩ
cis, tex. eſt in d. l. 1. C. de falſa mon. admo
nuit Specul. in d. tit. de accuſatore. §. 1.
verſic. hoc tamen, Salic. in d. l. 1. & Hyp.
in d. l. qui falſam. num. 69. & 109.

60 Quarto ſocius criminis, quam vis
61 non poſſit eſſe teſtis contra ſocium, l. fin.
62 ff. de quæſtion. tamen in hoc delicto ne-
dum ſocius criminis poterit eſſe teſtis
idoneus contra ſocium, verum in tormẽ-
tis poterit interrogari de ſociis. Not. in
d. l. 1. dixit Alex. in conſ. 89. num. 3. vol.
3. Hyp. in d. l. qui falſam, num. 7. & in
conſi. 74. num. 1. & ſeq. & Affl. in d. cap.
1. verſi. monetæ. num. 26. quæ ſint regal.

63 Sed hoc intelligendum eſt ſm alia con
currant inditia, aliàs ſecus, in Alex. in
præcitato conſi. & Gramm. in conſi. 61.

64 Quintò in hoc crimine quilibet pote-
rit accuſare, quamuis infamis ſit. l. 1. &
fin. c. de falſa mon. edocuit, Azo. in ſum-
ma eiuſdem tit. num. 2.

Sextò

65 Sextò diximus in pcimo ſpeciali, quod
accuſanti prǽmium elargitur iudicis ar-
bitrio, Modò ampliamus, quòd etiam
indicanti conceditur, vſquè adeò, vt ſer-
uus accuſans liber fiat, ſoluto tamen
prçcio per fiſcum domino, l. 2. C. de falſa
mon. l. 2. C. quib. ex cau. ſerui pro prǽm.
lib. fiat.
66 Septimò vnus teſtis de viſu faciet in-
ditium ad torturam, Batt. & alij in l. ma-
ritus, ff. de quæſtionibus. Hypp. in dicto
67 conſ. 74. num. 1. & ſeq. ex quo eſt crimen
difficilis probationis, vt latè demonſtra-
uit idem Hyppol. in l. Diuus Pius, 2. & 3.
columna, ff. de quæſtionibus, & in Pract.
Ctim. §. diligenter, num. 80. cnm ſeq. &
68 nnm. 124. Et propterea tradidit Decia-
nus in eodem libro 7. tomo 2. in tit. de iu-
dicibus falſæ monetæ, numero 6. folio
mihi 151. quòd ſi reperta fuerint inſtru-
menta cudendi monetam falſam in do-
mo alicuius facient indicium non leue,
& poterit torqueri, Francus in deciſio-
ne 440. num. 1.
69 Octauum ſpeciale erit, quòd eximens
carceratum pro falſa moneta capite pu-
nitur, quamuis pro alijs criminibus non
puniretur, d. l. 1. vbi Baldus, & Salic. cnm
alijs traditis per Decianum in titulo de
atrocitate, & ſingul. criminis falſæ mo-
netæ, nnmero 14. & recenſet in titulo de
iudicibus falſæ monétæ, à numeto 2. cum
ſequenti.
70 Nonò ſi conſcius criminis huius non
reuelat punietur, l. 1. §. domus, C. de fal-
ſa moneta, dixit Batt. in l. lege Cornelia,
71 ff. de falſ. & multò magis punierur is, qui
particeps fuerit lucri, vt cenſuit idem
Bartolus in l. vtrum, ff. ad legem Pomp.
72 de parricidijs. Immò ſi quis prohibere
potuiſſet, & non prohibuit adhuc tenebi-
tur, dicta l. lege Cornelia, in fine princ.
Afflictus in Conſtitutione Regni, Adul-
terinam, num. 10. diſcutit latè idem De-
cian. in tit. de præſtantibus opem con-
ſcijs, & expendentibus.
73 Decimò in hoc delicto non requiritur
actus conſumatus, quando per facien-
tem non ſtat quo minus conſumaretur,
Grammaticus in deciſione 74. vbi latè
Francus in dicta deciſione 440. nume-
ro 4.
74 Vndecimò, & vltimò in hoc delicto
illud erit vltimum ſpeciale, quod conui-
ctus, & condemnatus de tali crimine
non appellat, vt eſt tex. in dicta l. 1. glo. 1.
in dicto cap. quanto, de iureiurando, vo-
luit Afflictus in dicto cap. 1. verſic. mo-
netæ, num. 37. verſic. 4. & ante eum Ang.
de maleficijs, in verſic. præſente Caio, &
appellante, numero 4. vbi Aug. de Arim.
& Carrer. in ſua Practica, in principio,
num. 94.
75 Hinc quælibet reſcripta impetrata
nulla cenſentur, l. fin. C. de falſa moneta.
Hæc ſunt quæ collegimus tanquam ſpe-
cialia in hoc delicto quò ad eius proceſ-
ſum, & inquiſitionem.
76 Reſtat modò reliquam partem eno-
dare, quæ in condemnatione conſiſtit.
77 In qua adhuc quoque admonemus, quod
propter huius criminis atrocitatem
quis infamis efficitur, ac infamiæ nota
damnatur, ſecundum Cynum in rubrica,
C de falſa moneta, quem ſequitur Affli-
ctus in dicto cap. 1. verſ. monetæ, num. 36.
quæ ſint regal.
78 Secundò ſerui falſam facientes mone-
tam morte naturali puniuntur, l. prima,
79 in C. Theod. de falſa mon. & ſi nummos
aureos raſerint, tinxerint, vel finxerint,
adhuc vltimi ſupplicij pœna feriendos
eſſe ſancitum eſt in l quicunq;, ff. ad leg.
80 Corn. de falſis. Qua pœna mulctantur
etiam recuſantes accipere monetā pro-
bam effigie ſui Principis impreſſam, l. 1.
& fin. C. de veter. numiſm. poteſt. lib. 11.
Afflictus in dicto cap. 1. verſic. monetæ,
81 num. 8. quæ ſint regal. Item milites, qui
è cuſtodia reos huius criminis exeme-
rint, l. 1. in fine principij, verſic. ſi quis au-
tem militum, C. de falſa moneta, eadem-
82 què pœna plectuntur authores, & com-
plices, d. l. 1. verſ. ſin verò longiſſime, C. de
falſa mon.
83 Tertiò publicantur bona, l. 2. C. de fal
ſa mon. quæ pœna ſecundum Cępollam
in conſil. 77. num. 4. vendicat ſibi locum
84 etiam contra cudentem monetam ſine
Principis authoritate.

Quartò

85 Quartò domus in qua fabricatur falſa moneta acquiritur fiſco, l. 1. C. de falſa moneta.
86 Quintò priuabitur dignitate, & grado iuxta Principis voluntatem, in cuius arbitrium id collatum eſt, d. l. 1. §. 1. C. de falſa mon.
87 Sextò damnantur ad beſtias, d. l. quicunque, ff. de falſis.
88 Septimò igne cremabitur, l. 2. C. de falſa moneta, dixit glo. in dicto cap. quanto, de iureiur. Clar. in lib. 5. §. falſum, verſ. dixi etiam, Francus in dicta deciſ. 440. numero 5.
89 Verum enim uerò hoc in loco aduertendum neceſſarium eſſe duximus, quòd in crimine falſæ monetæ appellatione pœnæ capitalis non veniat mors, ſed deportatio, iuxta communem theoricam, de qua per Alexandrum in conſilio 121. num. 1. volum. 7. quem ſequitur Clarus in §. falſum, verſic. dixi etiam, in fine, Couarr. in pract. q. in tractatu de veter. numiſ. col. 8. & communem teſtatur Viuius in lib. commun. opin. in verſ. monetam falſam.
90 Pro cuius concluſionis concomitantia illud adducimus axioma, Quod vbicunque lex loquitur de capitali pœna non recipit interpretationem de morte naturali, ſed de deportatione, vel alia ſimili, vt tradit Cuman. in conſilio 139. Alexander in conſilio 104. volum. 1. & in conſ. 121. volum. 7. Hippolytus in conſilio 47. & in conſilio 121. declarat Præſes de Franchis in dicta deciſione 440. numero 3.
91 Iſthæc autem de iure communi ſuo Marte procedunt; ſecus verò de iure Regni, quo pœna capitis indicta eſt, ac publicationis bonorum contra facientes falſam monetam, vel illam ſcienter ac-
92 cipientes, ac in ea conſentientes, vt eſt Conſtitutio Regni incip. Adulterinam, & pragmatica ſub tit. de monetis, quamuis certum ſit, eam correctam eſſe quò ad publicationem bonorum per Capi-
93 tulum Regni Neapolitanis conceſſum, contra quos publicatio bonorum in omni delictorum genere ceſſat, præterquam in crimine læſæ Maieſtatis, & hæreſis, vt aduertit Afflictus in dicta conſtitutione, num. 9. & in conſt. pœnam eorum, Francus in deciſ. 102. num. 2. & in deciſione 401.
94 Sed poſtremò non pertranſeundum putamus, quòd in Gallia adeò execrabile delictum falſæ monetæ exiſtimatur, vt adulterantes illam in aqua feruentiſſima, ac ebulliente ſuffocari decretum ſit, vt teſtatur Igneus in l. 1. §. non alia, num. 597. ff. ad Sillan.
95 Noſtris autem temporibus ſi quis duo haberet capita, & ambo præcidenda forent in pœnam huius criminis, & atrociori etiam ſupplicio delictum hoc puniretur, deterreri tamen hominum audacia non poſſet, vixquè vlla aduerſus eam cautio ſatis idonea poſſet à quopiam excogitari, tantum poteſt noſtris in pectoribus auri ſacra fames. Hæc De-
96 cianus in tit. de pœnis pro crimine falſæ monetæ, num. 20. vbi recenſet quamplures pœnarum ſpecies in falſam monetam cudentes conſtitutas.
97 Quas etiam quò ad eas tondentes, vt ſecundum huius partis verbum explicetur, procedere affirmamus, per textum in l. qui nummos, ff. de falſis, de quo meminit Afflict. in dicto cap. 1. verſ. monetæ, num. 29. quæ ſint regal. & conſuluit Gratus in conſ. 59. & 72. volum. 1. recenſito per Vrſillum in add. ad Afflict. in de-
98 ciſione 404. num. 6. & de materia vltra præcitatos videre eſt apud Clarum in dicto §. falſum, & apud Campag. in cap. Regni incip. Vt quę ab Excellentia, c. 31. ſub rub. de pœna infligenda falſarijs, vbi notabilia.
Itaquè optimo iure ab huius indultus beneficio remoti declarantur, eoſquè minimè comprehenſos, & excluſos ſtatuatur.
99 Sed quoniam multifariam quis poteſt
100 falſam monetam facere. Primò eam fa-
101 bricando. Secundò adulterando, &
102 tondendo. Tertiò eam diminuendo.
103 Quartò illam ſic falſatam, adulteratam, vel diminutam expendendo, ſicuti edocuit Clarus in dicto §. falſum, verſic. dixi etiam,

etiam, colum.pen.fol.mihi 13. à tergo.
Sicut quatuor modis poteſt fieri falſifi-
104 catio monetæ, vtputa quando non eſt de
105 bona liga, vel iuſto pondere, Innocent.
in dicto cap. quanto, de iureiurando.
106 Secundo quando moneta non habet ve-
ram Principis impreſſionem, ſed adulte-
rinam, d.l.1. C.de veter.numiſm.poteſt.
libro 11. Tertiò quando non eſt facta in
107 loco publico. Quartò quando non eſt fa-
108 cta authoritate publica, l.1. & 2. C.de
falſa mon. explicuit Afflictus in dicto
cap.1. verſic.monetæ, num.23. quæ ſint
109 regal.

Ideò indultus hic noſter comprehendendo omnes falſæ monetæ caſus limitauit hunc indultum in caſu fabricationis falſæ monetæ, tonſionis, ſiuè diminutionis.

Sed cum in hac materia falſæ monetæ acciderit caſus, in quo quidam nobiliſſimus, & ditiſſimus vir exterus fuit grauiter vexatus, qui poſt modum cognita eius innocentia fuit liberatus, patrocinante pro eo quondam Domino Antonio Catalano genitore meo amātiſſimo. Ideò quæ ipſe accuratè, ac doctè in ea cauſa ſcripſerit, alias Deo duce pro præſentis materiæ maiori intelligentia propalanda pollicemur.

SVMMARIVM.

1 Tertius iſte caſus conformis eſt cum iure communi.

2 Obnoxium eſt virum ſtatim pro vno delicto punire.

3 Quis magis eſt expectandus, & corripiendus, quàm puniendus.

4 Scandalum eſſet hominem laudabilis vitæ pro vno tantum delicto grauiter punire.

5 Regi noſtro Inuictiſſimo obnoxium viſum eſt committentibus duo delicta indulgere.

6 Refricare cicatricem non permittendum.

7 Veniæ remiſſionem crimina non habent, niſi ſemel admiſſa.

8 Iudex efficitur infamis, ſi violentiæ crimen apud ſe probatum diſtulerit.

9 Geminatio, ac reiteratio delictorum excludit quem à Principis clementia.

10 Contra conſuetos delinquere vehemens oritur præſumptio, eorum vitam in poſterum nullatenus corrigendam.

11 Peccator non eſt ſemper ad gratiam recipiendus.

12 Deus parcit ſe corrigentibus, non autem in peccato durantibus.

13 Seueritas, & non clementia eſt cum peccatoribus exercenda.

14 Indulgentia indigno conceſſa vniuerſos prouocat ad prolapſionis contagium.

15 Facilitas veniæ incentiuum ad delinquendum tribuit.

16 Duo patrans homicidia excluditur ab huius edicti munificentia, numero 30. 41.

17 Duo committens homicidia non admittitur ad compoſitionem, num. 28.

18 Gratia non eſt facienda duo patrantibus homicidia, num. 29.

19 Gratia ſubreptitia vti nulla, & inualida nihil reo ſuffragatur.

20 Princeps non præſumitur remittere talia delicta geminata.

21 Gratia prima de homicidio ſi eſt valida, tunc Princeps non debet gratiam facere.

22 Gratia ſecunda non eſt facienda, ſi prima gratia continet ſimile delictum, ſecus ſi diuerſum, num.23.

24 Nulla eſt mentio facienda delicti, ſi gratia non fuerit obtempta.

25 Princeps conſulendus eſt in ſimilibus caſibus.

26 Iudex non debet venire ex ſeipſo ad condemnationem, ſed Principem debet conſulere, num 27.

31 Stante ſtatuto, quòd duo furta committens ſuſpendatur, qui verò vnum tantum manu puniatur, primo furto abolito num pro ſecundo ſit furca ſuſpendendus.

32 Indulgentia alicuius delicti conceſſa ſub

ſub conditione quod ſi quid ſimile in futurum patraret, intelligatur priuatus gratia, num per nouum delictum commiſſum cenſeatur reuocata indulgentia.

33 *Gratia cenſitur reuocata, ſi liquidò conſtat de illo nouo delicto.*

34 *Indultus hic intelligendus de committentibus duo homicidia, quorum probatio liquida ſit, ſecus ſi per ſolam ſuſpicionem probaretur, & numero 35.*

36 *Indultus iſte num ſit intelligendus de duo homicidia tantum patrantibus; an verò de tria committentibus homicidia.*

37 *Dictio alius, alia, aliud, denotat pluralitatem.*

38 *Stante ſtatuto, quod conſuetus furari laqueo ſuſpendatur quot furta requiruntur, vt quis dicatur conſuetus furari.*

39 *Duo furta committens num dicatur conſuetus furari.*

40 *Tria furta committens dicitur conſuetus furari.*

42 *Homicidium eſt crimen deteſtabile.*

43 *Reiteratio delicti grauiorem conſtituit delicti qualitatem, ac circumſtantiam.*

44 *Reiteratum facinus grauiori pœna puniendum.*

45 *Pœna pecuniaria num poſſit permutari in corporalem ob reiterationem delictorum, & quid in corporalem, num.46.*

47 *Princepi num poſſit facere gratiam de homicidio deliberatè commiſſo.*

48 *Indultus hic num comprehendat mandantes fieri duo homicidia.*

Homicidij ab eo patrati qui alia duo homicidia commiſerit etiam ſi ob ea damnatus non ſit.

TERTIA LIMITATIO.

CAPVT XXX.

1 TErtius hic caſus ab hac
Principis indulgentia
excluſus conformat ſe
cum iuris diſpoſitione, & æquitate nititur.
2 Nititur æquitate, nã ſicut nimis durum
eſſet virum ſtatim pro vno delicto puni-
3 re, cum magis ſit expectandus, & corripiendus, quàm puniendus, cap. plerique,
65. diſt. & ſcandalum eſſet hominem
4 laudabilis vitæ pro vno tantum delicto
commiſſo grauiter punire, cap. ſi quis,
45. diſtinctione, eodem modo durius Re-
5 gi noſtro Inuictiſſimo viſum eſt, & ſcandali non leuis eos, qui duo commiſerit delicta ſub eius generalis indulgentiæ
decreto comprehendi, eſſet enim refri-
6 care cicatricem, quæ ſi denuo frictu renouetur auget priſtini vulneris dolorẽ, & plerunque reddit inſanabile vulnus, l. capitalium, §. in exulibus, ff. de pœnis, l. qui cum vno, §. 1. ff. de milit. teſta. l. vnica, C. de ſuper exact. lib. 10.
Ideò ſapit, & iuris rigorem, cum de-
7 ciſum reperiatur, veniæ remiſſionem crimina non habeant, niſi ſemel admiſſa, nec in eos liberalitatis auguſtæ referatur humanitas, qui impunitate veteris admiſſi non emendationi potius, quàm conſuetudini deputarunt. Sic Imperator in l. 3. C. de Epiſc. aud.
8 Hinc iudicem noſſe oportet, quòd graui infamia ſit notandus, ſi violentiæ crimen apud ſe probatum diſtulerit, ſeu omiſerit, vel impunitate donauerit, aut molliorem, quàm præſtituimus pœnam protu-

protulerit, ſic textus in l.ſeruos, in fine,
C. ad legem Iuliam. de vi publ. de cuius
intellectu Præſes de Franchis in deciſio-
9 ne 370. Geminatio enim, ac reiteratio
delictorum excludit quem à Principis
clementia, humanitate, ac munificentia,
10 ex quo contra tales vehemens, & proba-
bilis oritur præſumptio, quod eorum vi-
ta in poſterum nullatenus corrigatur,
cap. hi qui, in fine, extrà. de Apoſt. cap.
11 prodeſt, 23. quæſt. 5. Itaque non ſemper
ad gratiam recipiendus eſt peccator, c. 3.
12 in fine, extrà. de adult. Cum Deus omni-
potens veniam aliquam non tradat in
errore durantibus, ſed ſe corrigentibus,
cap. legitur, 24. quæſt. 2. l. Manichæos,
13 C. de Hæret. Cum quibus eum non cle-
mentia, ſed ſeueritas ſit exercenda, cap.
14 ſi quis, 50. diſt. nam quando vni indigno
venia indulgetur ad delinquendi conta-
gium prouocat Princeps vniuerſos, cap.
15 eſt iniuſta, 23. quæſt. 4. Cum facilitas ve-
niæ incentiuum ad delinquendum tri-
buat, c. vt clericorum, extrà. de vita, &
honeſt. cler.

16 Quò circa Rex noſter ab hoc indultus
beneficio eos excludit, eoſquè omni le-
gum benignitate penitus arceri, conclu-
dendum eſt.

17 Sicuti in primis dignoſcitur in mate-
ria compoſitionis, ad quam reus, qui duo
patrauit homicidia non admictitur, vti
edocuit Paris de Puteo in tract. de ſyn-
dicatu, verſic. compoſitio. cap. 1. num. 4.
verſic. vnde obnoxium, & cap. 3. num. 2.
Ghirl. in tit. de pœnarum compoſitione,
quæſt. 1. num. 6. & q. 2. per totam, Fabius
à Monteleone in pract. arbitr. quæſt. 3.
principali, vltimæ partis quintæ partis
principalis, in prima ampliatione, nu-
mero 2. fol. mihi 404. & in fol. 415. in ſe-
cunda limitatione, & Grammat. in vo-
to 35. num. 1. cum ſequen. Quos recen-
ſet nouiſſimè Farin. in titulo de inquiſi-
tione, quæſt. 5. numero 16. Nequè is gra-
18 tiam meretur, maximè quando in gratia
nulla ſit mentio de primo homicidio vel
19 ſubreptitia, quæ quidem impetranti ceù
nulla, & inualida nihil ſuffragatur, vt ex
præfata l. 3. vbi Gugl. de Cuneo, & Baldi

doctrina, C. de Epiſcopali audientia,
demonſtrauimus ſupra in c. 23. num. 29.
in declaratione, verſic. quæ omnia &c.
Quibus nunc addimus Felin. in cap. po-
ſtulaſti, columna 4. verſiculo & per iſtum
textum poteſt inferri. extrà. de reſcript.
Anan. in cap. ad abolendam, numero 7.
colum. 2. de Hæret. Lup. in cap. per ve-
ſtras, in 4. notabili, numero 11 de donat.
inter virum, & vxorem cum ſexcentis
alijs per Farinacium allegatis in dicto
titulo de inquiſitione, quæſtione 5. nu-
mero 49.

20 Et ratio huius concluſionis eſt, quia
Princeps non præſumitur remictere ta-
lia delicta geminata, vt dixit Baldus in
dicta l. 3. Grammat. in voto 17. num. 11.
& 12. Marſilius in ſingulari 378. num 4.
& Maſcard. in tract. de probationibus,
libro 2. concluſione 838. num. 8. eſtquè
communis opinio, vt teſtatur Farinacius
loco, & numero præcitatis.

Hanc autem concluſionem deſuper
conſtitutam declarabimus ex mente
eiuſdem Farin. tribus modis.

21 Primò tunc eam eſſe admictendam,
cum prima gratia de primo homicidio
fuerit valida, ſecus verò ſi nulla, & inua-
lida, prout edocuit Felin. in cap. ex te-
nore, num. 2. extrà. de reſcriptis, quem
ſequitur Menoch. de arbit. iud. caſu 203.
numero 32. verſic. ſcribit etiam, Felinus,
cent. 3. lib. 2.

22 Secundo tunc procedet, cum prima
gratia continet ſimile delictum, de quo
impetrans ſecundo loco petit gratiam,
23 ſecus ſi ſint diuerſa, & ſeparata, quo caſu
Principem conſulendum eſſe concludit
idem Farin. ex mente Couarr. lib. 1. va-
riarum reſolut. c. 10. num. 8. pluriumquè
Doct. per eundem loco antedicto cumu-
latorum.

24 Tertiò eadem concluſio declarabitur
tunc veram eſſe, cùm non fuerit obtem-
pta gratia, nam tunc ſiuè delicta ſint no-
toria, ſiuè adſint ſolæ ſuſpiciones, tunc
nulla eſt facienda mentio, Boſſ. in tit. de
remedijs ex ſola clementia Princ. nu. 35.
concordantes allegat Burſatus in conſi-
lio 177. numero 24. & ſequen. volum. 2.

25 Ab his tribus declarationibus quamuis
Farin. non diſſentiat, tutius tamen iudi-
cat agi, ſi conſulatur Princeps.
26 Hinc limitat quartò, quòd & ſi vti ve-
ridicæ admiſſi debeant præfatæ decla-
rationes, tamen Iudices non debent ſic
ex abrupto, & ex ſeipſis deuenire ad con
demnationem, ſed debent prius conſu-
lere Principem ſtatuendo petenti termi
27 num ad conſulendum Principem, vt con-
ſuluit Alciatus in cap. cum non ab ho-
mine, num. 44. extrà. de iudic. Maximè
ſi idem viueret Princeps, ſic Farin. in lo-
co præcitato, in fine.
28 Vnde ſi verum eſt, quod compoſitio
duo homicidia patrantibus non patro-
29 cinatur, nec gratia eiſdem ſuffragatur;
Iure propterea optimo ſtatutũ eſt, quod
30 hęc indulgentia Principis non tollat pœ
nam, nec abolitionem inducat in benefi-
cium patrantium duo homicidia.
31 Argumento nedum ſuperius deducto-
rum, verum deciſionis illius, quod ſi ex-
taret ſtatutum, quòd qui duo furta com-
miſerit ſuſpendatur, qui verò vnum tan-
tum manu puniatur, ſi quis primum fur-
tum commiſerit, eiuſquè abolitionem
impetrauerit, ſi ſecundum furtum com-
mittat num puniatur furca; & concludi-
tur; quòd quamuis primum fuiſſet abo-
litum, tamen furca ferietur vigore ſta-
tuti, ſecundum Bartoli theoricam in l.
ſi cui, §. cum ſacrilegium, C. de accuſat.
Idem in Auth. at qui ſemel, C. quomodo,
& quando iudex, in Auth. ſed nouo iure,
num 2. C. de ſeruis fugit. & in l. 1. C. de
ædil. act. Paris de Puteo in tractatu de
ſindic. verſic. pone, quod aliquis, num. 1.
in fine. quorum meminit Decianus in
tit. Abolitio an, & quando imped. accuſ.
num. 71.
32 Quin immò annotandum putamus,
quòd ſi Princeps conceſſerit alicui abo-
litionem, & indulgentiam, hac tamen
expreſsè addita clauſula, quòd ſi quod
ſimile in futurum perpatrauerit intelli-
gatur ipſo iure priuatus tali gratia, nec
non incurriſſe in omnes pœnas, à quibus
fuit liberatus, ſi nouum ſimile commiſe-
rit delictum ipſo iure intelligetur reuo-
cata talis gratia, & incurriſſe in pœnas,
à quibus fuerat abſolutus, perinde ac ſi
nunquam abolitionem impetraſſet, ſic
Butrigarius quem ſequitur Bartolus, &
poſt eum Iaſon. ſub numero 46. in l. ſi
vnus, §. pactus ne peteret, ff. de pactis.
33 Talem tamen huic concluſioni ſub-
iungimus declarationem ex mente De-
ciani in ante dicto loco, numero 84.
quod procedat, ſi liquidiſſimè conſtet de
nouo illo delicto, ad quod Bald. adducit
tex. in l. in teſtamento, in principio, ff. de
conditione, & demonſtratione, in cap. 1.
qual. dominus prop. feudi priuetur, Socc.
in conſ. 20. inter conſilia Curtij, incip.
Sæpenumero in animo meo reuolui, col.
11. & 12.
34 Ex qua quidem declaratione ſubori-
tur alia declaratio ad hunc noſtrum in-
dultum, quòd dum excludit alia duo ho-
micidia patrantes interpretandus ſit de
ijs facinoroſis, contra quos quamuis ob
ea non ſint condemnati, vt inquit textus
eiuſdemmet indultus, conſtet tamen li-
35 quidò eos duo homicidia commiſiſſe,
quod ſi contra aliquem non eſſet noto-
rium, ſed ſola ſuſpicio, adeò vt liquidò
contra talem non conſtaret, non erit ex-
cluſus ab huius edicti beneficio, Sed in
eo comprehenſus, vti ex deſuper addu-
ctis dicendum de iure putamus.
36 Hunc quidem indultum intelligen-
dum ſecundò arbitramur tunc ſuum vin-
dicare locum, cum quis tria homicidia
commiſerit, nam ſi duo commiſiſſet nul-
lo pacto huius indulgentiæ munificen-
tia priuandus eſſet: Idquè ex verbis eiuſ-
dem indultus comprehendi poteſt, dum
inquit, Homicidij ab eo patrati, qui alia
duo homicidia commiſerit. Vnde præ-
ſupponit duo homicidia eſſe commiſſa,
& tertium de quo vellet hac indulgentia
gaudere.
Ad cuius intellectus comprobatio-
nem omiſſa ponderatione circa dictio-
37 nem, Alia, quod importet pluralitatem
38 adducimus, ſtante ſtatuto, quod con-
ſuetus furari furca ſuſpendatur, quæ-
ri poteſt, quot furta requirantur eſſe
commiſſa, vt quis dicatur conſuetus fu-
rari,

rari, ac pœnæ ſtatuti ſubijciatur?
39 In qua quidem re, quamuis videretur
dicendum eum dici furari conſuetum,
qui duo furta commiſiſſet, argumento
tex. in l. vbi numerus, ff. de teſt. & ſic ex-
preſsè voluit Baldus in l. nemo, C. de
Epiſcopali audientia, numero 5. Hoc lo-
40 co exiſtimamus, qui tria furta commiſe-
rit, argumento tex. in l. poteſtatis, vbi
gloſa in verſiculo plura continet, ff. de
verborum, & rerum ſignificatione, & tex.
vbi eadem gloſa in verſic. etiam duas,
in §. id quoque, in Authent. de Triente,
& ſemiſſe. in cap. cum in multis, de re-
ſcript. in 6. faciunt notata per Campag.
in cap. Regni ro incipiente, Ad hoc, ſub
titulo, de furt. numero 13. & numero 64.
& ante eum Afflictus in Conſtitutione
Regni, incipiente, Super inciſionibus,
numero 42.
41 In ſumma Rex noſter Inuictiſſimus
hoc in loco excludit tria homicidia pa-
42 trantes vti facinoroſos ob deteſtatio-
nem tanti criminis, vti demonſtrauit
Plotus in conſilio Crim. diuer. 133. nu-
mero 5. volumine 1. Roland. in conſi-
lio 12. numero 20. cum ſequenti, volu-
mine 3. Placha in epithome delict. cap.
10. numero 1. vſque ad numerum 5. quos
recenſet Farinacius in libro 1. ſub titulo
de inquiſitione, quæſt. 6. numero 16. in
fine.
43 Ac ob delictorum reiterationem, ob
quam grauior conſideratur delicti qua-
litas, ac circunſtantia, l. capitalium,
§. ſolent, & §. graſſatores, ff. de pœnis, l. 3.
C. de Epiſcopali audientia, l. ſeruos, C. ad
legem Iuliam de vi, l. prima, ff. de iure
patron. l. 3. §. ſi plures, ff. de re militari.
44 Ideoq; reiteratum facinus longè gra-
uiori pœna puniendum, l. omne, C. de de-
lat. libro 10. Authent. ſed nouo iure,
vbi Bartolus. C. de furtis, gloſa in cap 3.
extrà. de adulteris, Hippolytus in ſin-
gulari 378. Grammaticus in voto no-
no, numero 23. cum ſequenti. Clarus
in §. furtum, numero 8. & in §. finali,
quæſtione 84. numero 6. Rota Auin.
in deciſione prima, numero 3. verſicu-
lo quibus cauetur.
45 Et ob conſuetudinem peccandi, &
iterationem delictorum pœna pecunia-
ria nedum in corporalem, verum quo-
46 que & in capitalem poterit commutari,
Bartolus, & Alexander in l. prima,
C. de ſuper exactoribus, libro decimo,
Marſilius in dicto ſingulari 378. Brunus
inter conſilia criminalia 115. numero
15. cum ſequenti, volumine ſecundo,
Farinacius in titulo de delictis, & pœ-
nis, quæſtione 18. num. 80. verſic. hinc,
de cuius veritate per eundem in dicto ti-
tulo, quæſtione 23. numero 2. cum ſe-
quenti.
47 Adeò vt dixerit Ioannem Baptiſtam
Plotum in conſilio criminali 73. nume-
ro 46. cum ſequenti. volumine 2. con-
cluſiſſe, Principem non poſſe facere
gratiam de homicidio deliberatè com-
miſſo.
48 At quoniam incidit caſus, num hic
indultus partes ſuas obtineret, quan-
do quis duo homicidia commiſerit, &
aliud fieri mandauerit, & ſic num com-
prehendat mandantem, Ideò hic inſere-
re decreuimus ea, quæ in quadam cauſa
pro Notario Hippolyto, & Philippo de
Raguſa ſcripta ſunt.

SVMMARIVM.

49 INdultus hic num loquatur de committente tantum, vel quoquè de mandante.

50 In pœnalibus ſtricta eſt facienda interpretatio, nec ſit extenſio de caſu ad caſum.

51 Statutum pœnale num comprehendat mandantem.

52 Conſtitutio imponens pœnam vulneranti num comprehendat mandantem.

53 Mandans non dicitur verè facere, ſed fictè, ac per interpretationem.

54 Caſus fictus num ſub hoc indultu contineatur.

55 Mandans quando dicatur verè facere, ſubnectitur diſtinctio ex mente Bart. num 56. & 57.

58 Rei turpis nullum eſt mandatum.

59 Statutum loquens in rem num comprehendat mandantem, & quid quando loquitur in perſonam, numero 60.

61 Extenſio fit in fauorabilibus, ſecus in odioſis.

62 Statutum. quod pax non proſit occidenti hominem num contineat mandantem.

63 Exceptio firmat regulam in non exceptis.

64 Id quod principaliter agitur eſt attendendum.

65 Indultus iſte ex quibus cauſis fuit emanatus.

66 Indultus iſte inquantum minus poteſt debet lædi.

67 Indultus iſte eſt latiſſimè interpretandus, ex quo Principis beneficium.

68 Exceptiones huius indultus ſtrictiſſimè ſunt interpretanda.

69 Ex primordio tituli poſterior formatur euentus.

70 Lex huius indultus vbi voluit expreſſit, vbi noluit nil dixit.

Allegationes factæ per V.I.D. Robertum Vitalem.

49 QVod verba indultus
excludãt homicidium
patratum ab eo, qui
alia duo homicidia
commiſit, & ſic loquatur de committente,
non de mandante, ſeu
conſulente, vnde non comprehenditur
ex infraſcriptis.
50 Primò, quia in pœnalibus, & odioſis
ſtricta eſt facienda interpretatio, & non
comprehenditur caſus nõ expreſſus, nec
fit extenſio, l. 3. in fine. ff. de præuaricat.
§. cum autem, verſ. optimum, in auth. de
non elig. ſecund. nub. ex regula tex. in l.
cum quidam, ff. de liber. & poſth. c. odia
51 de reg. iur. in 6. Et ideò ſtatutum pœnale non comprehendere mandantem, dixit fuiſſe deciſum Alber. in 3. par. ſtatut.
q 55. Angel. de malef. in verbo, Sempronium mandantem, verſic. decimoquarto
quæro, & ibi latè Aug. de Arim. qui plures allegat, Baldus in l. non ideò minus,
num. 17. in verbo, Ergò reuertor ad opinionem, C. de accuſat. Ant. de Butrio in
c. mulieres. extrà. de ſent. excommunic.
in verbo, expeditis, glo. num. 11. conſuluit latè Alexander in conſ. 65. volum. 4.
Viſa quadam conſtitutione, Cępoll. in
conſ. 36. num. 11. Grammat. in deciſ. 27.
num. 7. & ſequenti. & deciſ. 28. num. 27.
& ſequen. & in voto 9. numero 29. & voto 15. num. 7. per quæ intulit poſt Afflictum in conſtit. Regni, ſi quis aliquem,
52 quęſt vltima, & glo. in conſtitutione pœnam eorum, Iſern. & Afflict. in conſt. perſequentes, quod conſt. imponens pœnam
vulneranti non comprehendit mandantem, & ita fuiſſe deciſum refert Gramm.
vbi ſupra, & prædicta fundantur ex quo
qui mandat non dicitur verè facere, ſed
53 fictè, & per interpretationem, l. 1. §. deieciſſe, vbi glo. & Bar. ff. de vi, & vi arm. &
in l. ſi pater, ff. quæ in fraud. cred. Din. in

c.qui

c. qui per alium. de reg. iur. in 6. Bald. in
l. 1. colum. 2. num. 13 C. de ſeru. fugit. &
alij quos allegat, & ſequitur Alex. di-
cens hanc eſſe comm. opinion. in præ. cōſ.
65. vol. 4. num. 11. & pro inde vti caſum
54 fictum non comprehendi. l. 3. §. hæc ver-
ba. ff. de neg. geſt. l. 1. §. hoc interdictum,
vbi Bar. ff. de fonte. habetur plenè, in l. ſi
verò. § de viro. ff. ſol. matr. Bar. & Ang.
in l. omnes populi. ff. de Iuſt. & Iur.
55 Secundò hæc patent ex diſtinct. Bart.
in l. ſed ſi vnius. §. ſeruus meus. ff. de iniu,
Bald. in l. non ideò minus. num. 16. C. de
56 accus. v3. Quod aut mādatarius tenetur
obedire mandanti, pro vt ſeruus in leui-
bus delictis, vel procurator domino in li
citis, velut vt proponat nullitates, vel
alias exceptiones tunc dicitur mandans
verè facere, & comprehenditur, ex quò
operatur per medium, quòd facit de ne-
ceſſitate ciuili pro vt eſſet quando ope-
raretur? de neceſſitate naturali, veluti
cum ſagitta, vel ſclopo quis occidit, nā
ipſe occidit, licèt ſagitta ſeu pila percu-
57 tiat. Aut verò mandatarius non tenetur,
ſed operatur virtute libertatis ſuæ, cum
habet liberum arbitrium parendi, vel
nō, & tunc qui facit verè facit & non qui
mandat, nam nec poteſt dici, quod co-
git, qui præbet cauſam, ſed non cauſam
58 neceſſariam, immò rei turpis nullum eſt
Mandatum, l. ſi plagij. ff. de verb. oblig.
cum vulga. vltra quam diſtinctionem
etiam Bal. in l. non ideò minus prædicta
Aliam fecit diſtinctionem, idem Bart.
59 poſt Iacob. de Are. in l. hæc verba. ff. de
adult. & in l. aut, qui aliter. §. fin. per illū
tex. ff. quod vi, aut clam, quod, aut verba
ſunt prolata in rem, veluti pro homici
dio imponatur talis pœna, & tunc com-
præhenditur mandantis, pro vt etiam e-
xemplificari poſſet in multis caſibus hu-
ius generalis Indultus, & ſignanter vbi
de propinatione veneni, & de cæde of-
ficialis Regalis dicit, aut verò ſunt pro-
60 lata in perſonam, veluti ſiquis occide-
rit tali pœna puniatur, & tunc non com-
prehendi mandantem. quam diſtinctio-
61 nem ſequuntur, Bal. in §. interdum. in-
ſtit. de oblig. quæ ex delict. naſc. & in d. l.
d. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iur. num.
80. Abb. & Butr. in d. cap. Mulieres. ex
de ſent. excommun. & alij. & Alexand.
in prædicto conſil. 65. volum. 4. & Cæpol.
in prædicto conſil. 36. qui dixerunt om-
nia iura comprehendentia mandantem
intelligi cum verba ſunt ſcripta in rem.
62 Tertiò ex doctrina Bald. qui hunc ca-
ſum indultus in ſpecie decidere videtur,
in d. l. omnes populi, num. 80. cum ſeq.
& in l. tranſigere. num. 37. C. de tran-
ſact. & in d. l. non ideò minus. C. de accu-
ſat. num. 17. verſic. vnde quidam aduo-
catus. quem ſequitur Alexand. in præ-
dict. conſil. 65. vbi diſtinguendo iuxtà
prædicta, ac quod in fauorabilibus fit
extenſiò, ſeu prorogatio, non autem in
odioſis, exemplificat circa fauorabilia,
vt cum conceditur remiſſio homicidæ
63 comprehendatur, & mandans, & ponit
exēplum in odioſis, quòd ſtante ordina-
tione, quod non proſit pax ei qui occi-
64 derit hominē, pdeſt nihilominus mādan-
ti, quia exceptio firmat regulam in non
exceptis. l. tribunus. ff. de teſtam. milit.
l. nam quod liquidè. ff. de pen. legat.
65 Quartò eſt attendendum id, quod plu
ramliter agitur, iuxtà l. ſi quis nec cau-
ſa ff. ſi cer. petat. vnde cum hic inten-
66 tio ſuæ Maieſtatis ſit indulgere, & ob id
emanauit Indultum ex cauſis lætitiæ, vi-
delicet, ſucceſſionis Regni, & nuptia-
67 rum debet inquantum minus poteſt læ-
di iſta intentio Indulgendi, argum. l. ſi
68 quando. ff. de legat. 1. & l. ſi ſerui veſtri,
C. de noxal. Adeò, vt Indulgentia la-
tiſſimè interpretanda ſit, cum ſit bene-
ficium Principis, iux. l. fin. ff. de conſtit.
Princip. maximè cum ex publica læti-
tia, vbi plurimum præualet remiſſio, &
clementia, ne aliquo mō diminutionē
patiatur, & gaudium conuertatur in mę-
ſtitiam, exceptiones verò in tali Indul-
69 gentia poſitæ ſtrictiſſimè interpretandę
tamquam contra principalem intentio-
nem, & mentem ſtatuentis, quæ ex pro-
hæmio, & cauſis, quæ induxere ad ta-
lem Indultum dignoſcitur, vt ſuprà.
Nam cum promulgatur lex imponens
pœnā, nimirum ſi aliquo modò amplia-
retur,

retur, & non ita ſtrictè intelligeretur, nam intentio ſtatuentis ibi eſt caſtigare,
70 & aborrere delictum, ſed hic eſt Indulgere, & parcere; vnde ſemper in dubiis eſt facienda interpretatio, quod voluerit Indulgere, cum ex animo ſuæ voluntatis omnia regulari dicantur; & ex primordio tituli poſterior formetur euentus. l. 1. C. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. l. item quia. §. fin. ff. de pact.

71 Quintò hoc euidenter apparet ex verbis prædicti Indulti, vbi dum in hac exceptione nil dicat de mandante, dum demum excipit aſſaſſinium, dicitur, hoc volumus habere locum tam in mandatario, quàm in mandante, & ſic vbi voluit expreſſit, & vbi tacuit noluit. l. vnica. §. fin autem, C. de caduc. tollen. & nimirum, ſi hoc expreſſit in aſſaſſinio, nam ibi ſit magnus caſus de mandante. cap. 1. de homicid. in 6.

SVMMARIVM.

1 OCidens aliquem proditoriè grauius delinquit, quam qui ſine proditione.
2 Proditionis qualitas malus facit delictum tribus reſpectibus.
3 Ex parte proditoris maius ſit delictum.
4 Secundo, ex parte perſona prodita.
5 Tertio ex modo proditionis.
6 Proditor quis dicatur, & num 10.
7 Proditor multò magis affirmandus eſt, qui contra dominum ſuum aliquid inſidiosè facit.
8 Mouentes bella abſquè vlla diffidatione dicuntur agere proditoriè.
9 Veneno quem nec ans num proditor exiſtimandus ſit & nu. 10.
11 Nihil vſque ad ſidem proditori eſt.
12 Permittens tranſire gentem inimicam num proditor dicatur.
13 Proditioni proximum eſt Barbaros inſtruere, vt validiores reddantur.
14 Graues pœnæ ſunt de iure Regni conſtituta contra proditores.
15 Proditorum materia remiſſiuè.
16 Proditor pluribus modis dici poteſt remiſſiuè.
17 Occidens ſuum non inimicum num dicatur proditor.
18 Bart. doctr. in l. reſpiciendum. §. delinquunt, num. 3. num admittenda.
19 Verba in hoc indultu adiecta, vulneris proditoriè, ſclopo rotato, aut aliter illati num copulatiuè, vel diſiunctiuè ſunt interpratanda.
20 Tribunalia Sacri Regij Conſilij, ac Regia Camera ſe iunxerunt pro deciſione huius articuli.
21 Dominus Franciſcus Bermudes de caſtro fiſci patronus M. C. V.

Vulneris proditoriè, ſclopo rotato, aut aliter illati.

LIMITATIO IIII.

CAPVT XXXI.

HIc eſt quartus Caſus, in
1 hoc indultu nequaquā comprehenſus, & ratio, quia grauius de-
2 linquit occidens ali-
3 quem proditoriè, quā qui ſine proditione.
4 pro qua concluſione adducimus tradi-
5 ta per Fran. in titu. de delictis, & pœnis, quæſt. 18. num. 73.

Pro cuius quidem declaratione Ad-
6 uertendum, quod vulgari nuncupatione proditor eſt ille, qui ſine vlla cauſa, & ſine vlla diffidatione eum, qui de eo confidebat, vulnerat, vel grauiter offendit, ſecundum Bart. in l. reſpicien-
7 dum. §. delinquunt. ff. de pœnis; maximè, ſi quis committat prædicta contra maiorem ſuum, Bald. in cap. 1. colum. 4. verſic. proditor, quibus mod. feud. amit.

8 Ex his itaque dicebat Ioann. And. in cap. pro humani. de homicid. in ſexto, quod mouentes bella ſine vlla diffidatione

ne dicuntur agere proditoriè.

9 Imò is quoque proditor exiſtimandus erit, qui dat alicui potionem venenatam.l. ſi Ideò. C.de his quibus, vt indig. cum aliis adductis per Farin. loco præcitato,num. 74. ſecundum Iacob. Butr. in l. 1. C.de maleſact.& matem.

10 Poteſt tamen ad huc dici proditor, qui eſt reuelator ſecretorum.l. Athlethas. §.calumniator.ff. de infam.

11 Et ideo dixit Titus Liuius,de quo me minit Bald. loco præcitato, Nihil vſquam ad fidem proditori eſt.

12 Præterea proditor dicitur qui permittit tranſire gentem inimicam, l. ſi quis Barbaris.C.de remilit. lib. 12. propterea

13 perniciosum Romano Imperio, & proditioni proximum eſt, Barbaros quos in digere conuenit telis, eos, vt validiores reddantur,inſtruere,vt ſcriptum reliquit Imperator in l. 2. C.quæ res export. non

14 deb. Qua occaſione graues ſunt conſtitutæ pœnæ de iure Regni, vt in cap.

15 Regni 13. incip. Nuper apud Tranum. ſub tit. de pœna, & vindicta proditorum. Vbi Campagna proditorum materiam non inconcinnè per tractat.

16 Dicitur quoque proditor pluribus, variiſque modis, de quibus latè per Farin. in lib. 1. tit. de delictis, & pœnis. quæſt. 18. num. 78.cum. ſeq.

17 Sed qm̃ proditor ad huc dr̃ is, qui occidit eũ, qui ſuus non eſt inimicus nihil tale præcauentem, fingens ſe illi amicum, vel ſocium itineris aliud in pectore, & corde, aliud verò in ore habens.l.fin.vbi Lucas à Penna præcæteris, C. de delat. lib. 10. cum aliis congeſtis per Couarr. lib. 2. variarum reſol. cap. fin. num. 7. verſic. tandem his prænotatis per Gom. in lib 3. in tit. de Homicid. num.5. Me-

18 noch.de Arbitr. iud. quæſt. caſu 267.nu. 24. Centuria 4. lib. 2. ac per dictum Farin. loco nuper adducto, num 74. verſic. vel qui, vbi poſt plures de communi, Hac de cauſa in hoc noſtro ſupremo Prætorio fuit difficultatum, Num Bartoli doctrina in d. §. delinquunt, num. 3. eſſet, vt vera admittenda, & num verba in hoc

19 noſtro indultu adiecta, vulneris proditoriè ſclopo rotato, aut aliter illati interpretanda forent copulatiuè, an verò, diſiunctiuè, Adeò, vt ab eo exigatur, quod quis proditoriè vulneret ſclopo rotato, vel ſufficiat, quod quis proditoriè vulneret, vel ſclopo rotato occidat.

20 In qua difficultate cum pro eius deciſione ad inſtantiam Domini D. Fran-

21 ciſci Bermudes de Caſtro tunc huius regni diſeretiſſimi fiſci patroni fuerit mandatum ambo tribunalia Sacri Regij Cõſilij, ac Regię Cameræ iungi, vt difficultas iſthæc ſopiretur, & in ea plures fuerint deductæ allegationes, opere pretium eſſe duximus eas hoc in loco inſerere, vt palam omnibus innoteſcat tantorum Tribunalium deciſio, qua Bart. doctrina vera demonſtratur, Ne publicæ vtilitati deficiamus.

SVMMARIVM.

1 M. C. Vicaria non decidit, quod offendere hominem ſclopo rotato proditoriè offendere dicatur.

2 Occidere hominem in cautum retrò num dicatur proditoriè occidi.

3 Tex. in cap. 1. de Homicidio num loquatur de proditore.

4 Induſtria, verbum, in bonam, & in malam partem ſumi poteſt.

5 Homicidium per inſidias commiſſum differt ab homicidio proditoriè commiſſo.

6 Tex.in d. cap.1. num loquatur de homicidio ex propoſito, & deliberato tantum.

7 Delictum per inſidias, & induſtriam quomodo per Doct. exponatur, aduertitur.

8 Inimicus occidens ſuum inimicum incautum, & retrò num dicatur proditorè occidere.

9 Innimicus ſemper cogitare, & conari præſumitur inimicum ſuum velle offendere.

10 Vt proditor dicatur, num ſufficiat homicidium committi per inſidioſam induſtriam.

11 Doctr.

11 *Doctr. Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt, num. 3. ff de pœnis diſcutitur de iure Regni Hiſpaniarum.*

12 *Doctr. Bart. prætitata comprobatur ſacræ ſcripturæ authoritate.*

14 *Chriſtianus non debet offendere alterum Chriſtianum antequam diffidauerit.*

13 *Proditor quis verus dicatur, num. 15. & 16.*

17 *Bart. authoritas magna eſt, cum eum vidiſſe dicatur cœlos apertos, ſapientiæ, & ſpiritum domini ſuper eo manentem.*

18 *Bart. vocatus eſt pater, atque ſpeculum veritatis, ac lucerna iuris.*

19 *Bart. nunquam ſimilem habuit, & in iudiciis magnæ eſt authoritatis.*

20 *Indubiis opinionibus Bart. ſemper eſt inhærendum.*

21 *Doct. diſtinguenti, ac caſum particulariter decidenti magis eſt adhærendum.*

22 *Iudicandum eſt ſecundum authoritatem in ſpecie, & in indiuiduo loquentem reiecta communi opinione.*

23 *Bart. doctr. in d. §. delinquunt non habet contradictores.*

24 *Bart. doct. in d. §. delinquunt pro tacſul. habenda erit.*

25 *Bart. doctr. in d. §. delinquunt ab omnibus approbatur.*

26 *Offenſio facta ab inimico contra inimicum incautum retrò dicitur proditio ficta, & largo modo.*

27 *Statutum eſt intelligendum iuxta propriam verbi ſignificationem, & communem vſum loquendi.*

28 *Statutum non extenditur ad caſum fictum, maximè in odioſis.*

29 *Indultus hic de vera, & non larga, ac ficta proditione eſt intelligendus.*

Allegationes factæ per V.I.D. Io. Baptiſtam de Leonardis Peritiſſimum Aduocatum pauperũ nunc meritiſſimũ Conſiliarium ſacri Conſilij.

1 MAgna Cur. Vic. non decidit, ꝙ offendere hominem ſclopo rotato proditoriè offendere dicatur, ſed decidit offendere hominem incautum retrò qui ſibi præcauere non poteſt, etiam quod ab inimico ſuo offendatur proditoriè offenſus ſit, & vt delictum proditoriũ cõmittens Regio generali indultu gaudere nõ poſſit, ꝑ verba illa Indultus, vulneris ꝓditoriè ſclopo rotato, aut aliter illati, &c.

2 Et audio dictam M. C. ad talem deueniſſe deciſionem contra Bart. in l. Reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis prætextu; quod DD. in cap. 1. de homic. volũt. vel caſual. dicãt occidere hominẽ incautũ retrò, dicat ꝑ inſidias, & inſidioſam induſtriã, ſcilicet ꝓditoriè occidi.

Et licet alij præſtantiſſimi Aduocati tam doctiſſimè, & ampliſſimè fundauerunt talem deciſionem reuocari debere, quod mihi aliquid dicendi locus non remanet, tñ, vt officio meo tanquã Regio pauperum Patrono cõſtituto ſatisfaciã, cum talis deciſio etiam pauperes afficere poſſit; hæc pauca videri Rogo.

3 Primò tex. in d. c. 1. de homic. volunt. &c. aliud non dixit, niſi ſi quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias ab Altari meo euelles eũ, vt moriatur, & ſic verbum nullum de proditore, nec Tex. nec Glo. decidit, & Abb. ibi in primo dicit, quod illud verbum per in

4 ſidias, declarat illud verbũ, induſtriã, cũ induſtria in bonã, & in malã ſumi poſſit partẽ, & habet, ac ſi tex. dixiſſet. Si qs ꝑ inſidioſã induſtriã ſc. ex ꝓpoſito occiderit.

5 At cum dr̃a ſit inter homicidiũ ꝑ inſidias, & homicidiũ ꝓditoriè cõmiſſũ. qa ex inſidijs dicit commiſſum, qñ aliquis expo-

expectat alium poſitus in loco, qui ab illo præuideri veriſimiliter non poterat, & ex improuiſo aggreditur, & occidit, & ſic ex propoſito, & deliberatè facit, & proditoriè dicatur commiſſi,quando aliquis nulla præcedente inimicitia, & ſub amicitia, & fide occidit, vt Iul.Clat. §. homicidium.verſ. & inſidijs, & verſic.
6 proditoriè. Remanet indubitatũ, quod tex.in d.c.1.de homicidio ex propoſito, & deliberato,& non proditorio decidit.

Secundo, dato quòd ſub illo verbo per inſidias, etiam homicidium proditorium comprehendi poſſit. Aduertatur quæſo, quòd in hoc tota conſiſtit difficultas, Nam quando DD. hoc in d. c.1.declarare voluerunt de alio delicto prodirotio non loquuntur, niſi de eo, ꝙ ſub fide, & amicitia cõmittitur, & quando offenſus cauſam ab offenſore præcauendi conſiderare non poteſt, vt An-
7 char. Anan. & Felin. ibidem apertiſſimè declarant, qui dum dicunt, quòd illud verbum per Induſtriam, & Inſidias pro proditoriè exponitur dant exemplum ſcilicet, quando aliquis vnum habet in verbis, & aliud in corde, vt de ſocio percutiente ſocium in via, de offendente ſecum in menſa ſedentem,& alias vt per Felin. ibi. de qua communi ſententia non dubitant Petr. Aplaz. in epitom. delictorum. cap. 21.num.1.Couar. variar. reſolut.lib.2.cap.fin.num 7. verſ. tãdem his prænotatis. Menoch.caſ.361. num. 25. 26. 27. & Farinac. in ſuo tract. crim.quæſt. 18. nu. 73. & 74. qui ſententiam ipſam pluribus alijs authoritatibus comprobant, & communem appellant.
8 Dum igitur aliam particularem,& expreſſam habemus deciſionem,quæ communi quoque ſententia probatur,quod ſupradicta proxima concluſio non procedit, quando inimicus ſuum offendit inimicum, etiam quod ipſum incautum, & retrò offendat, qui proditoriè offendere non dicatur, cum inimicus ſemper poſſit, & debeat conſiderare, & præcauere, ne ab inimico ſuo offendatur,quia
9 ſemper inimicus cogitare,& conari præſumitur inimicum ſuum quouis modo, quocunque uè tempore, quo poteſt, offendere velle,vt per Bar.in d.l.reſpiciendum.§. delinquunt nu 1.ff.de pœn. Bald. in c.1.colum. 4. quib. mod. feud. amittatur, & alios coacteruatos per Petr. Aplaz in epitom. delict.d.cap. 21. num. 2. Couarr. in d.c.final. nu. 7. verſic. tandem his prænotatis, & optimè Gomez. de delict. in tit. de homicid.cap.3.num. 5.& Farinac.in d.quæſt.18.num.76. Remanet indubitatum, quod illi qui Freti ex DD.in d.c.1. de homicid. dicere volũt, & præſertim ipſemet Farinac. quod delictum ab inimico contra inimicum ſuum incautum,& retrò commiſſum pro ditoriè commiſſi non bene dicunt, quia nullus ex DD. in eo cap. hoc dicit, nec arguit.

Et quod hoc ſit verum patet, nã Petr. Aplaz.in epitom. delict.in d.c. 21. num. 2. non audet dicere ſententiam Bart.nõ eſſe veram, quia in d. numer.2. & 3. eam vti veram pluribus alijs authoritatibus
10 comprobat, Sed dicit, quod ipſe dictæ ſententiæ accedere non poteſt, animaduertendo ſufficere homicidium per inſidioſam induſtriam commiſſi,vt homicida proditor dicatur per tex. in d.cap. 1. de homicid. Et agnoſcens in hoc allucinati, quia nec tex. in d.c. 1. nec DD. ſuper eo de offenſione ab inimico facto loquuntur non firmat pedes, ſed dicit
11 dicit opinionem Bart.corruere, falſamque eſſe, perpenſa, l. poſitiua particulariter in illo Regno Hiſpaniarum edita, quam allegat vt ibi,& Couarr. in d.c.fin. verſ. tandem his Prænotatis in fin. dicit idem. taliter quod non dicunt Bart.ſententiam corruere, & falſam eſſe de iure communi, ſed per aliam l. poſitiuã particulariter in illo Regno promulgatam fuiſſe in ipſo Regno correctam, vt optimè declarat Gomez. de delict. tit. de homicid. cap. 3. num. 5. verſ.aducrtendum tamen, & ipſa lex poſitiua in dicto Regno Hiſpaniæ prolata confirmat Bar. opinionem eſſe veram, cum ſi de iure communi vera non fuiſſet opus non erat in ipſo Regno aliam particularem, l. in contrarium emanare.

Hh Tertio,

Tertio, quod dicta Bart. ſententia ſit veriſſima, & ſecundum eam iudicari debeat, demonſtratur.

12 Primò, quia ratione, & authoritate diuina probatur. Nam Pſalmiſta in Pſalmo 54. Exaudi Deus orationem meam, verſ. Quoniam ſi inimicus meus dicit hæc verba, videlicet. Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi ſubſtinuiſſē vtique. Et ſi is qui oderat me ſuper me magna loquutus fuiſſet abſcōdiſſem me forſitan ab eo, Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos in domo Dei ambulauimus cum conſenſu &c. Et Iacobus de Valent. ibi dicit, quod iuſto Dei iudicio Iudæi paſſi ſunt bellum inteſtinum, & diuiſionem, & confuſionem, & inter eos nulla eſt fides, nec vnus confidit de altero, quia tradiderunt Chriſtum Meſſiam, & Regem ſuum, & familiarem, & fratrem de ſua Tribu, & quod propterea ipſe Chriſtus dicit Iuſtum eſt, quod talis populus talem inteſtinam peſtem patiatur, quia cum dolo prodiderunt me Pilato, quoniam ſi aliquis inimicus, & extraneus Gentilis maledixiſſet mihi imponendo crimina, & inferendo opprobria, vtique ego ſubſtinuiſſem, ideſt eſſet magis tolerabile, eò quod gentiles non habebant leges, nec Prophetas, & habebant odio Iſraelitas, & Iudæos, & ideò, ſi is gentilis, vel qui oderat me fuiſſet magna crimina, & falſa teſtimonia ſuper me abſcondiſſem me for ſitan ab eo, id eſt habuiſſem cauſam aufugiendi ab eo, & cuſtodiendi me, & denique Iacob ipſe loco prædicto probat, quod Chriſtus Redemptor noſter declarat veram proditionem eſſe illam quæ ſub zelo amicitiæ commiĉtitur, & non illam, quæ fit ab inimico, quia ab inimico præcauere poſſumus, & nos cuſtodire, quòd ab amico facere nequimus, vt ibi per eum, quem videri rogo. Et ex Pſalmo prædicto Gregor. in homil. mart. dicit, minorem dolorem mala inferunt, quæ ab extraneis inferuntur, plus verò ea tormenta, quæ ab illis patimur, de quorum mentibus præſumebamus. Qua de rè, dum in ſactis paginis differentia fiat inter offenſionem ab amico factam, & illam quæ ab inimico committitur, & offenſio, quæ ab amico infertur illa ſit vera proditio, remanet probata Bart. ſententia veriſſima ſine contradictione.

13 Secundò, quia Io. Andr. & omnes in cap. 1. de homic. in 6. decidunt, quòd Chriſtianus Chriſtianum offendere non debet, antea quam ipſum diffidauerit, quia ſi aliter offenderet proditor eſſet, ergò ſi poſt diffidam offendit proditor non eſt. Dum igitur inimicus ſemper ab inimico ſuo diffidatus præſumatur, quia ſemper inimicus offendere cogitat quo uis modo, quo poteſt vt per Bart. in d. l. reſpiciendum, & Boſſ. in tit. de homic. num. 65. Remanet benè probatum, quod offenſio ab inimico quibuſcunque inſidijs facta proditio non ſit.

14 Tertiò, quia dicta Bart. ſententia, & legibus, & Doctorum authoritatibus comprobatur quoque, qui dum declarant, quis ſit verus Proditor ſemper in omnibus caſibus per eos relatis loquuntur de eo, qui ſub fide, & amicitia offendit, & de eo qui fidem ſeruare debet, & ſic de amico, & non inimico declarant, vt in l omne delictum. §. exploratores ff. de re milit. l. 1 ff. de præuaric at. l. athletas. §. penult. ff. de his qui notan. infami. Alexan. conſil. 13. Conſideratis. num. 8. volum. 6. & latè Luc. de Pen. in l. fin. C. de delatoribus. lib. 10. Hier. Gigan. in ſuo tract. de crim. læſæ Maieſt. tit. de proditor. q. 1. Conrad. Brun. in ſuo tract. de ſeditioſ. in tit. de crim. prodition. c. 13.

15 numer. 13. vbi dicit, propriè proditores ſunt, qui vnum verbis, & præſentia dicunt, & demonſtrant, & aliud in facto, & in animo peragunt, quod ſequitur Decian. reſponſ. 48. volum. 3. nume. 25.

16 vbi dum vult declarare, quis ſit verus Proditor, dicit, Proditor verè eſt is, qui ſuis oſtendit vnum velle facere, & tamē occultè aliud facit; cæteros in copioſo numero ſciens breuitatis cauſa taceo, ſed non relinquo dicendum, quod nullus doctor, qui vult declarare, quis ſit verè Proditor de inimico offendente loquitur,

quitur, ſed ſemper de amico, qui ſub fi-
de, & amicitia offendit.
17 Quartò, probatur ex Bart. doctrina,
cuius authoritas ſuprema eſt, & Pater,
18 atquè ſpeculum veritatis, & lucerna iu-
ris vocatus, vt refert Roland. à Valle. de
confect. inuentar. 5. par. verſic. quia in
præcedenti num. 36. 37. Raynal. indagat.
iur. lib. 2. c. 6. nu. 2. & demum, quia Bart.
19 fuit tam ſupremus Doctor veritatis, quod
nunquam ſimilem habuit, & in iudicijs
magnæ eſt eius authoritatis, vt per Af-
20 flict. deciſ. 319. num. 13. & 383. num. 5.
proinde ſemper ſibi etiã in dubijs opi-
nionibus inhærere debemus, vt The-
ſaur deciſ. Pedemont. 96. num. 14. me-
ritò eius ſententia ſequenda venit.
Quintò, quia DD. in d. c. 1. de homic.
non diſtinguunt offenſionem factam ab
amico ab illa, quæ ab inimico infertur,
ſed ſolum de offenſione per amicum cõ-
miſſa loquuntur, & ſolus ille Bart. eum-
21 que ſequentes talem faciant diſtinctio-
nem, & ſic vti Doctori diſtinguenti, &
particulariter caſum decidenti magis
credendum, & adhærendum eſt tanquã
magis veritati appropinquanti, vt latiſ-
ſimè Caualcan. in deciſ. Fiuiza. 15. par. 1.
num. 2. & infra deciſ. 44. num. 37. deciſ.
34. num 20. Lanfran. in c. quoniam con-
tra. de probat. c. 12. num. 44. & 45. Qui-
22 bus in locis habetur etiam ſemper iudi-
cari debere ſecundum authoritatem in
ſpetie, & in indiuiduo loquentem, reie-
cta communi opinione in genere deci-
dentem, quia vbi ſunt deciſiones parti-
culares ſunt ſecuriores, & generales ceſ-
ſare debent.
23 Sextò, quia dicta Bart. ſententia con-
tradictores habere non videtur, & licet
Petr. Aplaz. & Couart. locis prædictis
ſibi non adhæreant, tamen verum eſt,
quòd ſibi nec rationabili ratione, nec
24 authoritatibus contradicunt. Qua pro-
pter cum ipſe Bart. in d. ſua ſententia
contradictores habere non videatur tã-
quam caſus legis habere debet. Iaſon. in
l. penult. col. penul. C. de pactis, & alij
relati per Caualcan. in d. deciſ. 44. nu. 39.
25 Septimò, quia Emanuel Soarez in ad-
ditionibus ad Gomez. de delict. tit. de
homicid. c. 3. litera B. dicit, quod meri-
tò inquit Igneus in l. & ſi certus. §. ſi vnus
ex dominis. num. 14. ff. ad Syllan. dictam
Bart. ſententiã ab omnibus, qui eo ſunt
poſteriores, tranſcribi, & adnotari de-
bere, ſiquidem, & veriſſima eſt, & vulgò
frequenter placito.
26 Et ex iſta ratione poſſumus dicere, quod
etiam ſi DD. in d. c. 1. de homic. dice-
rent offenſionem factam ab inimico cõ-
tra inimicum incautum, & retrò prodi-
tionem eſſe de larga, & ficta proditione,
& non de vera intelligere deberemus,
cum offenſio per amicum commiſſa ſit
27 proditio, & magna ſit inter vnam, & aliã
differentia, verum probauimus, & pro
inde cum ſtatutum intelligi debeat iux-
ta propriam verbi ſignificationem, &
28 communem loquendi vſum, vt Theſaur.
deciſ. Pedemont. 269 num. 8. & ad ca-
ſum fictum non extandatur, & maximè
in odioſis, vt eſſet in caſu noſtro l. 3. §.
hæc verba. ff. de negot. geſt. & Afflict.
deciſ. 21. num. 10. & communis vſus lo-
quendi ſit vocare verum proditorem,
29 qui ſub fide, & amicitia offendit, rema-
net dicendum, quod illa verba indultus
noſtri ſcilicet, vulneris proditoriè illati,
de vera, & non larga, & ficta proditione
intelligi debent.

SVMMARIVM.

1 *VErba vulneris proditoriè, ſelopo ro-*
tato, vel aliter illati recitata recen-
ſentur in indultu cõceſſo in anno 1572.
2 *Bart. doctr. in § delinquunt num com-*
præhendatur in præſenti indultu.
3 *Alia delicta vltra enarrata per Bart. nũ*
dici poſſint proditoria.
4 *Proditionũ genera tria ſunt, ergà Deum*
ergà Principem, & ergà proximum.
5 *Proditor ergà Deum quando ſit.*
6 *Prodens Iuſtum Regem proditor eſt.*
7 *Proditor num dicatur frangens pacem.*
8 *Occidens aliquem retrò committit deli-*
ctum proditorium.
9 *Verba exemplificatiua non reſtringunt*
regulam.

10 *Proditionis regnla eſt vnum in actibus oſtendere, & aliud in mente gerere.*
11 *Tres caſns ſunt diſtinguendi.*
12 *Aggrediens aliquem de facie ad faciem non dicitur proditor.*
13 *Aggrediens ſub prætextu amicitiæ proditor dicitur.*
14 *Offendens qume retrò nnm dicatur proditor.*
15 *Aſcondens ſe in loco, à qno præuidere non poteſt, tranſeuntem occidat, num dicatur proditor.*
16 *Proditor num dicatur, qui aliquem incantè, & retrò offendit.*
17 *Proditoriè hominem occidere eſt plnſquã ex propoſito occidere.*
18 *Induſtria abſque diffidatione num afficiat homicidium proditorium.*
19 *Homicidium num præſumatur proditoriè factum.*
20 *Proditoriè, & inſidioſè delictum patratnm quando dicatnr.*
21 *Valerij Anleriam factum expenditur.*
22 *Proditio eſt atroce delictum.*
23 *Nihil magis conuenit homini, quàm fidẽ ſernare.*
24 *Percutiens proximum ſnum neſcius viuet.*
25 *Occidens quem animo deliberato, & ſcienter num gaudere debeat huius indnltus beneficio.*
26 *Proditores num gandeant immunitate Eccleſiaſtica, qnod qnomodo intelligendnm. nnm. 27.*
28 *Num detur differentia an ex inſidijs, vel proditoriè qnis delinqnat.*
29 *Venenum dans nnm dicatur proditor.*
30 *Proditio nnm argnatur, ſi qnis offenſus ſit ictu ſcoppicti.*
31 *Animns delinqnendi num præſumatur ex genere armorum, & num. 32. & 33.*
34 *Proditores num æxtimentur ij, qni occidant cum ſcoppitto.*
35 *Innentor huius generis armornm quisnam fuit.*
36 *Qnis fnit primus homicida in mundo, & proditor, & num. 48.*
37 *Secundns homicida in mnndo fuit Iacob filius Iſaac Patriarchæ.*
38 *L'hà ammazzato da dietro à tradimento num dicatur delictum proditorium.*
39 *Nomina non ex opinionibns ſingnlorum, ſed ex communi vſu exaudienda ſnnt.*
40 *Homicidium tripliciter committitur facto, verbo, & animo.*
41 *Animus non probatur, niſi per actus extrinſecos.*
42 *Offendens quem à loco deſerto, & inopinato, à qno præuideri non poteſt in materia eſt proditor.*
43 *Omne malũ ab inimico tãqnam ab Aquilone.*
44 *Rex noſter ſi interrogatus eſſet in fauorẽ Regij fiſci reſpondiſſet.*
45 *Regnnm hoc viſitatur à Carolo Qninto recolendæ memoriæ.*
46 *Contra delinquentes eum ſcoppittis vti graſſatores. l. inſnrgnnt.*
47 *Dnm homo occiditnr omnes cælorum virtntes clamant.*
49 *Homo eſt ereatns ad imaginem, & similitndinem Dei.*
50 *Homicidinm eſt peremptio naturalis, ac terminns vitæ.*
51 *Dolus in homicidio attenditur, vt grauiſſima pæna imponatnr.*
52 *In maleficijs voluntas ſpectatur, & non exitns.*
53 *Menochij authoritas in lib. 2. de arbitr. iud. caſu 361. declaratnr.*
54 *Iulius Clarns. in §. homicidium interpetratnr.*
55 *Lucas à Penna in l. fi. C. de delat. lib. 10. explicatur.*
56 *Farin. in q. 18. num. 76. num mæreat allegari.*
57 *Io. Gerſon In Cæna Domini num excludat, quod offendens retrò non ſit proditor.*
58 *Ang. in §. interdum. nnm. 5. inſtit de hæred. qnæ ab inteſt. deſer. enodatur.*
59 *Ang. de maleficijs doctr. in verſ. fecit inſnltum. nnm 4. reſpondetur.*
60 *Affl. in §. item ſi fratrem. num. 2. qnib. mod. feud. amitt. num caſnm hunc decidat, decernitur.*
61 *Foller. in ſua praxi. in verſ. item, qnod commiſit num neget dari aliam proditionis ſpeciem.*
62 *Doctr. Io. And. & aliorum in c. 1. de homic. in 6. diſſeritur.*

63 *Diffi-*

Digitized by Google

63 *Diffidatus num dicatur poſitus in banno.*

64 *Felin. in d.c. 1. num benè intellectus, demonſtratur.*

65 *Delictum inſidioſum num dicatur proditorium.*

66 *Lex Hiſpaniæ ſuper hac re num conformis ſit iuri communi.*

67 *Lex declaratoria ad ius commune an ſit inconueniens à Principe condi in caſu dubitabili.*

68 *Idem num ſit dicere proditoriè, latino ſermone, quod vulgari, à tradimento.*

69 *Beneficia Principum ſunt latiſſimè interpetranda.*

70 *Beneficia non ſunt latiſſimè interpetranda, quãdo de tertij præiudicio tractatur.*

71 *Num agatur in caſu noſtro de intereſſe rei publicæ.*

72 *Intereſt Reipublicæ delicta puniri.*

73 *Conceſſio quando eſt perpetua latiſſimè interpetranda.*

74 *Conceſſio eſt ſtrictiſſimè interpetranda, quando tractatur de præiudicio tertij.*

75 *Leges Regni Hiſpaniarum editæ ſunt pro declaratione iuris communis.*

76 *Bart. opinio num cõis ſit. perpenditur.*

77 *Statuta punitiua porrigunt effectum ſuũ extra territorium in Ciuitatibus maximè confederatis.*

78 *Rex noſter, & Dominus mandauit, & hodiè mandat, & gubernabit per æterna ſæcula in hoc noſtro fæliciſſimo Regno.*

Allegationes factæ per V. I. D. d. Franciſcum Bermudez de Caſtro tunc Fiſci patronum.

QVod ore dixi in vnione omniũ Aularum Sacri, & Supremi Conſilij Caſtri Capuanę de ordinatione Excellentiſs. Domini ProRegis ad inſtantiam Regij fiſci pro declaratione Regij indultus à Regia Maieſtate cõceſſi, & vt iniunctum munus exequar conſideraui hæc pauca iura, ne hominũ memoria labilis, ac iura Regij fiſci obliuiſcantur.

Non dubitatur verba generalis indultus à Regia Maeſtate conceſſi eſſe
clara, & nunquam contra Fiſcum hæſitatum dum in præſenti indultu in excluſione delictorum excluduntur vulnera
proditoriè, his verbis, vulneris prodito-
1 riè ſclopo rotato, vel aliter illati, quæ
eadem verba in alio indultu à Philippo
Secundo fęliciſſimę memoriæ in anno
1572. ob Turcarum victoriam conceſſo
ſunt poſita, vulnus proditoriè, ſclopo
rotato, aut aliter illatum.
2 Dubiratum nunquam fuit, quòd vul-
gata doctrina Bart. in §. delinquunt in
præſenti indultu non ſit comprhenſa,
dũ clamat, quod dicatur delictum pro-
ditorium ponendo exemplum, dum in
3 menſa, vel itinere, & alia, quæ delicta
non negatur non eſſe proditoria, non
enim dixit Bart. quòd alia delicta vltra
enarrata per ipſum non ſint proditoria,
4 vt per Gig. in tract. crim. læſ. Maeſt. q.
10. num. 19. & in tit. de prod q. 1. Decia.
in tit. de prod. per totum, nam tria ſunt
genera proditionum, ſecundum Doct.
ergà Deum, erga Principem, & erga
5 proximum, erga Deum, vt hæreticus
cap. abijt. 11. q. 3. qui prodit iuſtum Re-
6 gem, cap. ſi apud. 23. q. 5. & proditores
patriæ, & qui tela hoſtibus dant, vt per
Luc. in l. quiſquis. verſ. tales delinquen-
tes. C. de pet. bon. ſublat. lib. 10. l. 2. C.
quæ res export. non poſſunt. Decia. in
7 in tit. de prodit. cap. 19. per totum, &
qui frangit pacem proditor etiam dici-
tur l. proditores, de re milit. hinc eſt,
8 Bart. ibi non negare, quòd ſi quis occi-
derit aliquem retrò non eſſe delictum
proditorium, dum verba illa, & ideò
9 ſi veniens tecum, illa enim verba ſunt
exemplificatiua, quæ non reſtringunt
10 regulam, regula autem eſt prodere, &
vnum in actibus oſtendere, & aliud in
mente gerere. l. 1. ff. de præuaric. l. atle-
tas.

tas.§.penult. de his qui not. Infam.l om-
ne delictum.§.explotatores. de re milit.
quis enim dubitat, dum quis occidit re-
trò ſclopo rotato, quòd in mente gerit
homicidium commictere, & tamẽ aliud
inimico oſtendit actibus, dum ſe abſcon
dit, & ideò doctr. Bar. & ſequacium nõ
afficere, cum non ſit in caſu noſtro, nam
diſtinguendi ſunt tres caſus.

11 Primus ſi quis aliquem aggreditur de
facie ad faciem, & tunc quod in mente
12 gerit actu oſtendit, & illud non dicitur
proditorium.

13 Secundus ſi quis ſub prætextu amici-
tiæ, & tunc proditorium dicitur deli-
ctum, vt per Bart. loco citato.

14 Vltimus verò dum retrò offendit, &
tunc ſimiliter proditoriè, pro quo fa-
ciunt doctrinæ Canoniſtarum videlicet.
Io. And. in c. 1. de hom. in 6. Fely. in c.
1. extrà de hom. Couar. lib. 2. var. reſol.
cap. 20. num. 7. verſ. tandem. Ciuiliſtarũ
verò poſt alios Menoch. in tract. de ar-
15 bit. iud. caſu 361. cent. 4. num. 26. vbi in-
quit, qui ſe abſcondit in loco, vt tran-
ſeuntem, à quo præuidere non poſſet,
occidat inſidiosè, & proditoriè dicitur
eum occidere. Decia. in tit. de prodit.
cap. 29. num. 19. in fin vbi proditoriè di-
citur interficere, quando incautè, & de
16 retrò fuit offenſus Gig. in tract. de crim.
læſ. Maieſt. in tit de prod. num. 16. q. 1.
& idem in tract. crim. læſ. Maieſt. q. 10.
17 num. 19. vbi dicit, & proditoriè homi-
nem occidere plus eſt, quam ex propo-
ſito occidere, vt puta inimicum appen-
ſatè, & appoſtatè occidere. Plaz. in epit.
delict. in cap. de delict cap. 21. vbi re-
probant opinionem Bart. & aſſignando
rationem, quia contra tex. in cap. 1. de
18 homic. in 6. induſtria enim efficit prodi-
torium homicidium abſq; diffidatione,
& latè poſt alios, vbi multa cumulat, ne
hic tranſcribam Farinac. in tit. de delict.
& pœn. q. 18. num. 75. 76. & 77. vbi teſta-
tur eſſe communem opinionem, & te-
nere contrarium eſſe contra tex in d. c.
19 1. præſumitur enim homicidium prodi-
toriè factum, ſecundum Maſcar. in tit.
20 de probat. concluſ. 98. num. 18. quando
aliquis deliteſcens alicubi, deinde re-
pentè proſiliens ex tempore tranſeuntẽ
imparatum, quem declinare ipſe non po
terit, occiderit, vel etiam quando tacitè
adhoriendo vulnerat, tunc enim prodi-
toriè, & inſidiosè fuiſſe patratum diffi-
21 dere nequit, quod accidit in Valerio
Aureliano, qui poſt infinita fortia facta
contra Perſas, demum cum in torrentẽ
proficiſceretur in itinere inter Hera-
cleam, & Bizantium notorijs ſecretorũ
inſidijs à ſuis interficitur.

22 Quis enim dubitat de atrocitate de-
licti proditionis, cum leges contra hu-
23 iuſmodi inſurgant, nihil enim magis cõ-
uenit homini, quàm fidem ſeruare. l. 1.
de conſt. pecu. l. 1. de pact. l. 1. § merito.
ff. depoſ. & in Exodo cap. 21. vbi Deus
Omnipotens Dominus Dominantium,
& Rex Regum dicit, ſi quis per induſtriã
proximum occiderit, & per inſidias ab
Altari meo euellas eum, vt moriatur. c.
1. de hom. in 6. & idem in exodo. cap. 19.
24 & ſic præcepit, qui percuſſerit proximũ
ſuum neſciens viuet. Ergò à contrario
25 ſenſu, qui occiderit animo deliberato,
ac præmeditato ſcienter, & dolosè oc-
cidendo non gaudebit tanta indulgen-
tia à tanto Chriſtianiſſimo, & inuictiſſi-
mo Rege conceſſa, de quo exemplo
moti Summi Pontifices zelo, & ſanctita-
te Dei ducti, ac dictis exemplis contra
26 prædictos proditores plura mandaue-
runt etiam contra libertatem Eccleſia-
ſticam, nam non gaudebunt immunita-
te, ſi ad illam confugerint, vt per Anan.
& Felyn. in d. c. 1. de hom. per Carrer.
in praxi crim. in princ. numer. 98. quod
etiam annotauit Igneus in l. 1 §. ſi domi-
nus. ff. ad Sylian. relatum per Iul. Clar. in
§. fin. in prax. q. 30. num. 9. & 11. qui exẽ-
27 plificando regulam circa Eccleſię liber-
tatem, dicit, quod ſi vltra qualitatẽ ani-
mi deliberati concurrat enim qualitas
proditionis, ſi fuerit aliquis ex inſidijs,
& proditoriè interfectus, in hoc ferè
omnes conſentiunt, vt talis proditor nõ
gaudeat. Couar. d. c. 20. num. 7. var. re-
ſolut. ſuperius allegato, & ſic non eſt
dari caſus indiſtinctus aliquem occidi

ex

ex inſidijs, & ſic retrò, & proditoriè.
Inde vlterius idem Clar. prǽalleg. lo-
co dicit, ꝙ qñ ex inſidijs non gaudeat
in caſu noſtro non negantur inſidiæ, ſed
dicitur non proditoriè, & quia per Do-
28 ctor. non datur differẽtia an ex inſidijs,
vel proditoriè nõ debet dari in caſu no-
ſtro cum, & inſidiæ, & proditiones ad-
ſint, vt ſuperius dictum eſt.
29 Si enim tot ſunt genera proditionũ,
& etiam qui venenum dat proditor di-
citur, vt per Iacob. Butric. & Bal. in l.
nemo. C. de Sum. Trin. Bal. & Sal. in l.
cũ fratrem. C. de his quibus, vt indignis.
Couarr. var. reſol. cap. 20. num. 7. verſic.
tandem, quod venenum clam, ſiuè ab
amico ſub prætextu amicitiæ, ſiuè ab ini-
mico præberi ſolet, quis dubitabit clau-
ſulam offendentem retrò inimicum pro
ditorem dici ad inſtar venenum præ-
bentis?
30 Accedat his ex genere armorum vi-
delicet ſcoppicti, dum quis offenditur
ſine diffidatione proditionem argui,
prout tenuit Io. Andr. in cap. 1. col. 5.
de hom. in 6. Bal. in authen. item nulla
communitas C. de Epiſc. & cler. & in c.
1. quib. mod. feud. amit. nouiſſimè verò
31 Foller. vbi cumulat multa in pragmati-
ca ad reſtringendum. in tit. de ictu ſcop-
picti. nu. 8. & 9. animus enim delinquen-
di præſumitur ex iſto genere armorum.
ſecundum Bald. in tit. de pace conſtan-
tiæ. & Alex. ad Bar. in l. 1. ff. ad l. Iul. de ui
32 pub. Cæſal. conſ. 76. 1. vol. augetur enim
iſte animus ex iſto genere armorum.
Fely. in cap. ſignificaſti. de hom. in 6.
Bal. in c. 1. de præſu. & in l. ſed, & ſi §. ſi
magiſter. ff. ad l. Aquil. Bal. & Salic. in l.
33 1. C. de emend. ſer. & percutiendo cum
iſtis armis certè mors ſequitur, vel mu-
tilatio. l. 1. §. Diuus Adrianus. ff. ad l. cor-
nel. de ſicar. c. ſignificaſti. el 2. de hom.
34 Gramat. vot. 23. numer. 7. ſi enim arma
ſunt proditoria, ergo percutiens cum
dictis armis arguit animum proditoriũ,
ſicuti extimati ſunt proditores infra-
ſcripti inter alios, qui breuitatis cauſa
non numerantur videlicet.
35 Primus inuentor iſtorum armorum,
qui fuit Tubald. filius Cain, vt Gen. cap.
36 1. qui fuit primus homicida in mundo, &
proditoriè interfecit Abel fratrem ſuũ,
iuxtà illud dictum Gen. egrediamur fo-
ras, cumque eſſent in agro conſurrexit
Cain aduerſus fratrem ſuum Abel, & in-
37 terfecit illum, vt Gen. loco citato. Gu-
liem. de Benedictis in c. Raynutius. de
teſtam. in verſ. mortuo itaq; teſtatore
el 1. num. 6.
38 Communis demum vſus loquendi af-
fertur dum dicitur, l'ha ammazzato da
dietro à tradimento, quod Romano ſer
mone proditorium dicitur, & proinde
39 actendendus eſt, non enim ex opinioni-
bus ſingulorum, ſed ex communi vſu no-
mina exaudienda ſunt, dicit tex. in l. la-
40 beo. §. 1. de ſuppellect. l. homicidium. n.
tripliciter commictitur, facto, verbo, &
41 animo. c. homicidium. 1. diſt. de pæn. c.
ſicut dignum. de homic. animus enim
non probatur, niſi per extrinſecos actus.
42 l. dolus. C. de dolo. l. 1. C. de ſicar. qui ani
mus in caſu noſtro actenditur, dum quis
à loco deſerto, & inopinato offendit, à
quo præuideri non poſſit. Blanc. in l. fin.
de quæſt. numer. mihi 200. & Cicero in
oratione pro Milone clarè, & per Boſſ.
in tit. de hom. numer. 63. quia licet de
inimico dicitur, & ab ipſo omne malum,
43 ſicut ab Aquilone, & ſemper malè ipſe
cogitat inimicus, & ſemper inſidias in-
ſtruit ad nocendum, quæ præcauere
vix omnes poſſunt, dum à loco inopina-
to huiuſmodi delicta commictuntur, ꝙ
omnibus certè dominis iudicantibus
notum eſt, quod omnia ferè delicta in
noſtro Regno ſunt huiuſmodi generis,
nam non de facie ad faciem, nec per diſ-
fidationem, vel huiuſmodi commictun-
tur, ſed ſemper latitando, & in abſcon-
dito, & ad reſtringendam malitiam ip-
44 ſorum, vtique Rex noſter Philippus III.
inuictiſſimus ſi de hoc interrogatus eſſet
in fauorem Regij fiſci facilè reſpondiſ-
ſet, per gloſ. in l. tale pactum. §. fin. de
pact. & ideò per Imperatorem Carolum
45 Quintum recolendæ memoriæ viſitato
hoc fideliſſimo Regno poſt recuperatũ
Regnum Tuneti, & poſteà per Eccellẽ-
tiſſimos

tiſſimos ProReges variæ editæ ſunt, &
particulares ſanctiones in aſportātibus,
& in commictentibus, & in actentanti-
bus talia delicta, nulla alia moti ratione,
niſi ob frequentationem, & conſuetudi-
nem huiuſmodi delinquentium cum ip-
46 ſis armis, contra quos vti graſſatores le-
ges inſurgunt. l.aut facta.§.fin ff.de pęn.
omnes enim cęlorum virtutes dum ho-
47 mo occiditur clamant, Domine, Dōmi-
ne ſeruus tuus vult eſſe ſimilis tibi, &
Deus reſpondet, ipſe interfecit, & inter-
ficietur, mihi vindictam, & ego retribuā.
Ariſtot. in lib. de regimine Principum.
in cap. de reg. iuſt.

48 Primus .n. homicida fuit Cain Gen.
cap. 1. gloſ. in l. ſi quis. C. de accuſ. qui
49 creatus ad imaginem, & ſimilitudinem
Dei.l.iuſtiſſimè.C.de edil. edict.l. ſi quis
in metallum.C.de pæn. cap. hæc imago.
50 11.q.3.homicidium enim eſt peremptio
corporalis, & eſt terminus vitæ.§. & qui-
dem.auth.de hæred.& falc. §. de inceps.
in auth. de nupt. Archidia. in c. placuit.
51 de conſecr. diſt. 4 ſi enim grauiſſima eſt
pęna homicidij, & in ea dolus præſumi-
tur, & dolus attenditur, ita quod non
punitur ita grauiter. l. 1. ff. ad l. cornel.
52 de ſicar. in huiuſmodi enim delictis, &
animus, & dolus oſtenditur, quòd in
maleficijs voluntas ſpectatur, & non exi
tus.l.diuus.ff.eod.tit. ideò clarum eſt ex
conſuetudine, & ex genere armorum, &
etiam ob frequentationem huiuſmodi
delicta proditoria eſſe & ſic excluſa cla-
riſſimè ex verbis dicti Regij indultus.

Audiui in vnione prædictorum do-
minorum iudicantium quendam docto-
rem Calabrum, qui pro omnibus inqui-
ſitis volentibus gaudere Regio generali
indultu ſcripſit, abſquè cognitione cau-
ſarum non aduocatus, nec inquiſitus,
ſed ſolū charitate forſan ductus, & pro
defenſione ſuæ prouintiæ, vbi continuò
talia delicta cum ſcoppictis latitando,
& in abſcondito commictuntur, moue-
tur enim in ſuis allegationibus pluribus
authoritatibus, & doctrinis, quas ſi per-
pensè conſideraſſet, contrarium ſcripſiſ-
ſet, cum faueant iuribus Regij Fiſci.

53 Primo nō obſtat anthoritas Menoch. de arb.iud. lib. 2.caſu 361. numer. 25.& 26. nam dicit proditotem appellari, qui per inſidias, & induſtriam alium occidit, & ſic per inſidioſam induſtriam, quòd fauet caſui noſtro.

54 Nec obſtat, qnòd voluit de mente Iul. Clar. in §. homicidium, nam non decidit caſum, ſed ſolum refert opinionem Bar. in d.§. delinquunt, & eodem modo reſpondetur ad doctrinam Suarez in add. ad Gomeſ. var. reſol.tom.3. c. 3. in tit. de homic.num.5.

55 Nec rurſus reſragatur dictum Lucæ de Penn.in l.fin.verſ.item nota de delat. lib.10.dum loquitur de moribus proditorum, quia fatemur offendentem ſub ſpe amicitiæ eſſe proditorem, & ita Bar. dicit, ſed ibi non negat offendentem retrò non eſſe proditotem, immò hoc videtur innuere, dum dicit, ò quam crudelia ſunt iacula proditorum, à quibus vix, aut nūquam quis præcauere poteſt. vnde concedit iaculantem proditorem eſſe, quod idem eſt in offendente ſclopo rotato.

56 Inſuper allegate Fatinac. q. 18. num. 76 eſt ridiculoſum, dum teneat opinionem contrariam, & teſtatur eſſe communem.

57 Nec officit Io. Gerſon in Cęna Domini, quia non negamus principium, ſed dari aliam ſpeciem proditionis, quippe ſi quis offenderit retrò, præterquā dici poteſt, quod Iudas potius tradidit, quā prodidit, cum à Domino Noſtro Ieſu Chriſto præuiſus fuiſſet caſus per verba illa, qui intingit mecū in catino ille me traditurus eſt. Matth.cap.26.Marc.c.14.

58 Præterea nihil facit doctrina Ang. in §. interdum. de hæred. quæ ab inteſt. defer. num.5. qui, & ſi ponat, quod proditor dicitur, qui offendit ſub prætextu amicitiæ, ſubdit tamen pluribus modis dici proditorem.

59 Ad dictum Ang. de maleficijs.in verſ. fecit inſultum.num. 4. dicitur, quòd ibi ponit differentiam inter inſultum, & delictum proditorium dicens, quòd ſi quis oſtendit aliquem ſub ſpe amicitiæ dici-

tur

tur prodere, & non inſultare, non autem
inficiat quod offendens retrò non dica-
tur proditor.
60 Item ad doctrinam Afflict. in §. item
ſi fratrem num. 2. quib. mod. ſeu. amic. &
deciſ. eiuſdem, Afflict. 265. nu. 64. & add.
ad Campa. in c. nuper. nu. 31. Reſp. quod
recenſent. opin. Doct. nõ autem decidũt
caſum. immò addent. ad Camp. loco ci-
tato, nu. 32. dicunt, ꝙ proditor dicitur,
qui offendit aliquem ſinè diffidatione, vt
61 in caſu noſtro. Nec militat quod voluit
Foller. in pract. crim. in verſi. Item ꝙ cõ-
miſit crimẽ læſæ Maieſtatis, nu. 31. quia
nõ negat dari aliã hanc ſpem ꝓditionis.
62 Dum verò partes aduerſæ nituntur re-
ſpondere authoritatibus in contrarium,
& primo ad dicta per Canoniſtas, & Io.
And. in c. 1. de hom. in 6. ꝙ Chriſtianus
nõ põt occidere Chriſtianũ ſine diffida-
tione, intelligendo, ideſt, ſine denũtiatio-
ne, vt præuideat vim, & damnum ſibi in-
ferendum, ita exponere mentem Io. And.
& Canoniſtarũ eſt errare in terminis, q͂a
63 verbum diffidatus hoc non importat, nã
diffidatus dicitur poſitus in banno. c. 1. §.
Gazaros. de ſtat. & conſuet. & ibi And.
nu. 6, & ſic mẽs Io. And. eſt dicere, ꝙ Chri-
ſtianus occidere non põt ſine diffidatio-
ne, ideſt niſi fuerit bannitus, quem nos in
Regno foriudicatũ vocamus, aliàs eſſet
proditio, & cõſequẽter patet occidentẽ
aliq͂m retrò nõ foriudicatũ ꝓditorẽ eſſe.
64 Præterea autoritati Fel. in d. c. 1. non
video benè reſponſum, dum dicit nota
ibi induſtriam, & inſidias, quod exponi-
tur proditoriè, loqui de homicidio pro
ditorio, quod comprehendit inſidias,
cum proditio non poſſit eſſe ſine inſidiis,
nam tex. ibi loquitur de inſidioſo homi-
cidio quòd Felin. vocat proditorium.
65 Ad ſubterfugiendam demum autho-
ritatem Couar. var. reſol. cap. 20. nu. 7.
verſic. tandem poſt alios canoniſtas aſ-
ſerentis, homicidium per induſtriam, &
inſidias proditorium dici, reſpondent
contrarij hoc non probari per tex. in c.
1. extrà. de homic. & præſupponunt,
quòd nos negamus, videlicet delictum
inſidioſum non dici proditorium, nam,
& ſi tex. hoc non explicet, tamen Felyn.
Couar. & alij ſupra citati ita exponunt,
poſt q̃ ẽt prod. dicitur, qui occidit aliquẽ
ſine diffidatione d. 1. c. de homic. in 6.
66 Nec indigemus lege Regia locali in
Hiſpania, cum idem ſit de iure commu-
ni, nec valet aſſerere aliud eſſe de iure
communi, quia eſſet ſuperuacuum ibi il-
lam legem localem Regiam fuiſſe condi
67 tam, quia reſpondetur non eſſe inconue-
niens in caſu dubitabili legem à Princi-
pe condi declaratiuam ad ius commu-
ne. l. leges. la 3. C. de legi.
68 Denique dicere, ꝙ ſi voluiſſet Rex in
exceptione Regij Indultus caſum hunc
comprehendere locutus eſſet per verbũ
(à tradimento) inanis eſt ratio, cum Re-
gis Indultus ſub Romano ſermone, non
autem vulgari emanatus ſit, quare idem
eſt dicere proditoriè, latino ſermone,
quod vulgari, à tradimento, & attendẽ-
dus eſt cõis vſus loquendi. d. l. labeo. ff. de
ſupell. leg.
69 Reſpondendo igitur ad id, quod poſ-
ſit pro contraria parte allegari, quod be
neficia Principum ſunt latiſſimè interpre
tanda l. fin. de conſt. Princ. cũ ſimilib. ibi
70 per Doct. & gloſ. alleg. quod verum, quã-
do de tertij præiuditio non tractatur, vt
in caſu noſtro ꝑ glo. in l. 1. de cõſt. Princ.
contra concedentem latè, ſecus in caſu
cõtrario. per Bal. in l. nec Auus. C. de emã
cip. lib. cum filius l. de teſt. mil. l. impube
res. de admin. tut. c. inſuper. de off. deleg.
idem Bal. de pac. conſt. & in c. 1. §. fin. q͂d
ſit inueſtitura. non. n. agitur de interpre-
tatione mẽtis Cat. Maieſt. ſuper iura cõ-
cedentis, ſed de declaratione eius mẽtis
contra tertium de qua forſan dicã, ꝙ ſunt
tam clara illa verba, & nunq̃ cõtra dubi-
tatũ cõtra Maieſtatẽ concedentẽ. In ca
ſu verò noſtro tractatur ẽt de intereſſe
71 Reipub. nam, etſi poſſet ceſſare p̃iuditiũ
tertij per remiſſionẽ, nõ tñ ceſſat publica
72 vindicta, cũ interſit Reipublicæ delicta
puniri, per vulgatã legẽ, ita vulneratus.
ad l. Aquil. & licet detur ampla facultas
remittẽdi, videt̃ tñ quodã mõ reſtringe
re eorũ iura intra tempus, & voluntatẽ,
73 ſi. n. eſſet conceſſio perpetua, vt feudũ, &

Ii priui-

priuilegiũ, vel aliquid huiuſmodi latiſ-
ſimè interpretãda, Innoc. in cap. cum di-
lecti. de donat. de præiuditio tertij tra-
74 ctando ſtrictiſſimè cap. olim. de verb. ſig.
& ibi. Io. And. cap. ex tuarum de auth. &
vſu pallij.
75 Leges enim Regiæ æditæ in Regno no
ſtro Hiſpaniarum, vz. ſettima, tit. 7. lib.
8. ordinat. & 2. 3. & 16. tit. fin. eod. lib. pro
76 declaratione iuris cõis ſunt æditæ, vt ſup.
dixi, etſi ex diuerſitate opinionum, cum
in Regno noſtro non adſit lex particula-
ris, cum tenentes pro Bart. dicant illam
eſſe communem, ſed non bene eam conſi
derant in fauorem Regij Fiſci, & qui cõ-
tra Bart. dicunt noſtram communem ad
tollendas ipſas diuerſitates, credo, quod
iudicantes non recedant à ſtatuto iſto,
& particulari declaratione facta ad ius
77 cõmune per illam legem, cum non incon-
gruum ſit, ſtatuta punitiua porrigere ef-
fectum ſuum extrà territorium, quod ſi
habet locum in ciuitatibus collegatis, &
confœderatis. ſecundum Bar. in l. cunctos
populos, num. 44. C. de ſum. Trin. idem,
& fortius in his, quæ ſubſunt ſub eodem
78 Principe, cum idem Rex noſter ſit, & Do
minus mandauit, & hodiè mandat, & gu-
bernabit per æterna ſecula in hoc noſtro
fœliciſſimo Regno Neapolitano. Hæc
currenti calamo, cum temporis angu-
ſtia, & calor, multitudo negotiorum of-
ficij, vxoris infirmitas plura non patian-
tur, ne iura regij Fiſci tam clara rema-
neant indefenſa, & oppreſſa à diuerſitate
iſtarum opinionum, & à doctrinis certo
modo non benè conſideratis, ſed falla-
citer per partẽ aduerſam allegatis dixi.

S V M M A R I V M.

1 *IN hac generali indulgentia non continentur delicta atrocia, et enormiſſima.*
2 *Delicta atrocia quæ ſint recenſentur.*
3 *Homicidium aſſaſſinio mediante comiſſum grauius eſt, & de ratione, nu. 41*
4 *Eſt atrox, quia horrenda, deteſtandaq; in humanitate committitur.*
5 *Atrociſſimum committi delictum dicitur homicidium cum aſſaſſinio.*
7 *Aſſaſſinium num comprehendatur de iure cõmuni ſub abolitione generali.*
8 *Præfato concluſio eſt primum huius criminis ſpeciale.*
9 *De aſſaſſinio de iure Canonico dum taxat expreſſum eſt.*
10 *Aſſaſſinium de iure ciuili ſub quo ſignificatu dictum eſt.*
11 *Aſſaſſinium quando cõmitti dicatur.*
12 *Promiſſio in genere nũ ſufficiat, vt aſſaſſinium dici poſſit, & num. 13.*
14 *Occidens quẽ, vt rẽ gratã faceret amico ſuo num committat aſſaſſinium.*
15 *Clericus aſſaſſinus num amittat priuilegium clericale.*
16 *De aſſaſſinio quomodo debet conſtare.*
17 *Declaratoria ſup quo erit interponẽda.*
18 *S. P. iuriſdictio ad imparia non debet iudicari.*
19 *Contra laicos an pœnæ conſtitutæ ſint de iure canonico.*
20 *S. P nũ pôt cõtra laicos pęnas indicere.*
21 *Imperator num ſubiiciatur diſpoſitioni tex in cap. 1. de homic in 6.*
22 *Quilibet reus non eſt ab Eccleſia extrahendus, & num. 23.*
24 *Aſſaſſinus nõ gaudet immunitate Eccl.*
25 *Aſſaſſinus nũ amittat priuilegiũ fori, & quomõ ſit intelligendũ ſub nu. 26.*
27 *Aſſaſſinus nũ poſſit impunè occidi, n. 44*
28 *Occidens aſſaſſinum num ſit tutus in conſcientia.*
29 *Aſſaſſinus dicitur diffidatus, num. 44.*
30 *Bona aſſaſſini nũ pôt à quolibq; inuadi.*
31 *Iudex num poſſit ex officio procedere, in crimine aſſaſſinij.*
32 *In crimine aſſaſſinij num poſſit procedi ordine iuris non ſeruato.*
33 *Probationes debent eſſe luce clariores in criminalibus.*
34 *In crimine aſſaſſinij num procedi poſſit ad condemnationem per indicia, & argumentata.*
35 *Teſtis de auditu auditus num faciat indiciũ ad torturã in crimine aſſaſſinij.*
36 *Teſtes nũ poſſint recipi in cãe aſſaſſinij lite nõ cõteſtata, & parte non citata.*
37 *Pars num citari debeat ad videndum iuramenta teſtium in hoc crimine, & diſtincte, et nu. 38.*

39 Non

Digitized by Google

39 *Non poteſt procedi contra mandantē, niſi conſtet prius de mandatario.*
40 *Mandatarius in crimine aſſaſinij num poſſit torqueri non praecedentibus inditiis.*
41 *Quid in clerico mandatario.*
42 *Cognitio in hoc crimine contra clericum mandatarium fit ad probandū, non autem ad puniendum,*
43 *Aſſaſſinus num poſſit renunciare defenſionibus.*
44 *Aſſaſſinus eſt hoſtis publicus, & diffidatus à lege, num. 27 & 29.*
45 *Hæres lite non conteſtata non tenetur de delicto defuncti.*
46 *Hæres aſſaſſini tenetur reſtituere pecuniam receptam pro aſſaſſinio lite adhuc non conteſtata.*
47 *Pœna contra aſſaſſinos iniectæ remiſſiuè.*
48 *Appellatio num admittatur in aſſaſſinio.*
49 *Affectus num puniatur in crimine aſſaſſinij non ſecuto effectu.*
50 *Affectus multò magis punitur in ſolito aſſaſſinia committere.*
51 *Affectus non punitur non ſecuto effectu de conſuetudine.*
52 *Affectus num ſit puniendus iudicis arbitrio relinquendum.*
53 *Affectus non conſideratur ab hoc indultu, vt aſſaſſinus ab eius beneficio excludatur.*
54 *Indultus huius preſens pars poterat vindicare locum tam in mandante, quàm in mandatario.*
55 *Sub hoc Indultu mandatarius comprehenditur.*
56 *Tex. in d. cap. 1. de Homic. in 6. num procedat tam in mandante, quàm in mandatario.*
57 *Aſſaſſini tam mandantes, quàm mandatarij poſſunt extrahi ab Eccleſia.*
58 *Pœna aſſaſſinij quæ ſint recenſentur.*
59 *Pœna aucupationis quæ ſit declaratur.*
60 *Criminis atrocitas eſt pro ratione excluſiua huius caſus à præſenti Indulgentia.*

Vel aſſaſſinio mediante, etiã ſi mors ſequuta non fuerit, quod tam in mandante, quã in mandatario locum habere volumus.

LIMITATIO V.

CAPVT XXXII.

1 VEriſſimis ni fallimur ar-
gumentis ſuperius cõ-
ſtituimus, in hac gene-
rali Indulgentia non
comprehendi delicta
atrocia, & enormiſſi-
2 ma, vti in caſibus ſu-
pra narratis demonſtrauimus, putà læ-
ſæ maieſtatis homicidij, veneficij, ſtupri,
adulterij, ſacrilegij, ſepulcri violati, ra-
ptus monetæ adulteratæ, de quibus par-
tim loquitur hic noſter indultus, partim
verò, l. ſeptima, & octaua, ſub C. Theod.
de indulg. Princip. quos adducit Decia-
nus, in tit. abolitio an, & quando imp.
accuſ. num 19.
3 Nunc autem hiſce annectit Rex no-
ſter homicidia comiſſa aſſaſſinio mediã
4 te, ex quo capite, quia interuenit pecu-
nia, grauius delictum perpatrari, edo-
cet tex. in l. Cicero. ff. de pœnis, & anno-
tauit Franc. Marcus, in deciſ. Delph. 294.
nu. 1. in 2. parte.
5 Et quia ſic horrenda, deteſtandaq; in-
6 humanitate committuntur, vt dicit tex.
in c. 1. de homic. in 6. inde atrociſſimũ de-
lictum cõmitti, dixit Bologn. in conſ. 8.
incip. pro cuius defenſione. col. 2. & De-
cianus, in tit. de mandato pecu. interce-
dente. nu. 45. lib. 9. tom. 2.
Propterea Rex noſter Inuictiſſimus in-
ter crimina ab hoc Indulto excepta vtĩ
enormiſſima adiecit aſſaſſinij crimen.
7 Scuti de iure cõmuni in generali abo-
litione Principis aſſaſſinium minimè cõ-
prehendi exiſtimauit. Rom. in l. ſi quis in
graui. §. his quoque. ff. ad Sillan. Marſ. in
prac. crim. §. diligẽter. nu. 161. Mõticell.

in ſua pract. §.circa. nu. 28. Decianus in
8 præcitato tit. nu. 28. & Farin. nouiſſimè.
in lib. 1. in tit. de inquiſ. q. 6. num. 52. &
53. Quæ quidem concluſio ſit primũ hu-
ius grauiſſimi criminis ſpeciale.

9 De quo antea quã ad vlteriora progre-
diamur, aduertimus, quod ſolus tex. in
d.c. 1. de homic. in 6. loquitur ſic aper-
10 tè de aſſaſſinio, nam de iure ciuili ſub lo
catoris, & conductoris nomine illud ſi-
gnificatum eſt, vt conſtat in tex. §. non ſo
lum. §. ſi mandato. ff. de iniur.

11 Itaq; dicendum eſt, quod tunc aſſaſſi-
nium committi dicitur, quando inter-
cedit datio pecuniæ, vel alterius rei, vel
ſaltim promiſſio de dando quid certum
12 in ſpecie tamen, non in genere accepta-
tione tamen facta mandati, ac conſtito
de promiſſione, vti conſuluit Bal. in cõſ.
98. incip. Bettonus. volum. 1. quem ſequi
tur Capic. In deciſ. 155. num. 5. in fine
verſ. 3. dubitatio, & Gram. in voto 11.
13 nu. 19. differit Francus in deciſ. 176. quo-
rum doctrina quo nam pacto erit inter-
pretanda latè per Decianum in antedi
cto tit. de mandato pecunia interceden
te, nu. 17. & ante eum Boſſ. in tit. de mã-
dato ad occidendum, num. 35.

14 Ex quibus infertur, quod ſi quis occi-
diſſet aliquem, vt rem gratã faceret ami
co ſuo etiã ſi nihil recepiſſet, dicitur aſ-
ſaſſinium commiſiſſe. ſecũdũ Ioan. Andr.
in c. penul. de cler. non reſid. Ang. in cõſ.
14. Incip. in quæſtione. Aret. in conſ. 163
incip. ſicut Ioan. nu. 16. & 17. in fin. Curt.
ſenior. in conſ. 20. num. 43. in fine. Capic.
in d. deciſ. 155. nu. 21. verſ. ad ſextam du-
bitationem. Gramm. in voto 9. num. 3. &
Carrer. in ſua pract. crim. §. 5. nu. 4. & 5.
ob cuius delicti atrocitatem plura cen-
ſuimus hoc in loco ſpecialia de iure indu
cta commemorare.

15 Pro inde ſecundum huius delicti ſpecia
le illud erit, quod ſi clericus tale cõmit-
tat aſſaſſinij delictum amictet priuilegiũ
clericale, & iudex laicus poterit cogno-
ſcere, conſtito tñ prius de aſſaſſinio ſal-
16 tim per declaratoriam præcedentem. ſic
omnes canoniſtæ, & præceteris Gemin.
in d.c. 1. de homic. in 6. Capic. in d. deciſ.
155. nu. 25. verſ. 6. quod contra tales cũ
aliis cumulatis per Carrer. in d. ſua prac.
Crim. §. 5. nn. 10. & 15. cum ſeq.

17 Veruntamẽ, ne quid intactum omicta-
mus, admonemus, quod quando dicimus
interuenire oportere declaratoriam, in-
telligi deber ſuper eo intercedendam, quod
ſit commiſſum aſſaſſinium, vt eſt commu
nis opinio, quam ſic interpretatur Alex.
in conſ. 166. incip. videretur. num. 5. vol.
7. Capic. in deciſ. 112. Ang. de malef. in
verſ. Semprònium mandatorem, in prin-
cipio.

18 Immò ne S.P. Iuriſd. ad imparia iudice
tur, ſicut mandauit clericos tale crimen
committentes clericali priuilegio arcen
19 dos eſſe, eodem modò voluit imponere
20 pœnas contra laicos aſſaſſinium patran
tes. vt in d.c. 1. quod S.P. licere propter
criminis atrocitatem voluit Panor. in
c. ſi duob. col. 2, extrà. de appell. & Barb.
in c. 1. num. 2. extrà, de probat. idque
propter tex. in clem. 1. de teſtibus.

21 Quamobrem ſcripſit Io. And. in d. cap.
1. & poſt eũ Francus, in 6. notabil. Quod
etiam Imperator ſubiiceretur diſpoſi-
tioni præcitati tex. in d.c. 1. de homi. in 6

22 Tertiò ex his deſcendit aliud ſpecia-
le, quod quamuis quilibet delinquens cõ
fugiẽs ad eccleſiã nõ ſit ab ea extrahẽdus.
23 c. inter alia extrà. de imm. eccl. & gaudi
at immun. eccle. tota tit. de is, qui ad ec-
cleſiã confug. de quo p clarũ in lib. 5. §. fin.
quæſt. 30. & per Doctiſſimum Gomeſ. in
lib. 3. variarum reſol. ſub tit. de immun.
24 Eccl. Tamen aſſaſſinus cõfugiens ad Ec-
cleſiam non eſt tutus eius immunitate,
ſicut committens homicidium prodito-
riè, de quo Decianus in conſil. 80. incip.
primò vol. 3. & penſatè delinquens, prout
proſequitur idẽ Decian. tam in d. conſ.
80. num. 24. quàm in conſ. 104. num. 3.
& pro inde poterit extrahi à quocunque
iudice ſæculari, vt cenſuit Clarus ex Pla
za in l. 1. delictorum, cap. 19. num. 24.
decrebriori recepta opinione atteſtan-
te. in §. aſſaſſinium, verſic. Item licet aſ-
25 ſaſſinus, & hoc non ex alio, quàm ex cri-
minis atrocitate, quinnimò amictit
priuilegium fori, ob quod poterit vbiq;
loco-

Digitized by Google

locorum puniri. Caſtr. in l. ſi vt proponitur, ff. de fideiuſſ. Hippoly. in l. 1. nu. 252. C. de raptu virg. Ang. in d. conſ. 14. Carrer. in ſua Pract. §. 5. num. 32.

26 Hanc autem concluſionem reſtringamus rectè procedere reſpectu iudicis, vel ratione originis, vel domicilij, vel delicti, ſecundum Boſſ. in tit. de foro compet. nu. 65. ſi tamen nō conſtaret de aſſaſſinio, ſecus verò ſi conſtaret, vt idem Boſſ. aduertit in præcitato loco, num. 66. & 67.

27 Quartum ſpeciale erit, quòd quis impunè poteſt occidere aſſaſſinū exemplo transfugarum, l. 3. ff. ad l. Corn. de ſicar. declarat Cyn. in l. reos, in q. 6. C. de accuſ. not. in auth. nauigia, C. de furtis, in auth. Item quæcunque, C. de Epiſc. & cler. in c. fęlicis, de pœnis, in 6. per Gram. in voto 8. in princ. & per Carrer. in Pract. crim. § 5. nu. 8. Cap. in d. dec. 155. nu. 24. verſ. 2.

28 Et id cōmittens ſecundum aliquos tutus erit quoq; in foro conſcientiæ, dummodo tamē zelo bono id faciat, ne deinceps alijs poſſit nocere, vt in ſpetie edocuit Steph. Aufrer. in repet. c. 1. in reg. 1. fall. 18. de off. ord. quem ſequitur Carrer. in præcitato loco, num. 9. in fine.

29 Cuius concl. ea eſt ratio, quia aſſaſſinus dicitur diffidatus, & proinde impunè occidi poſſe inquit Corn. in conſ. 249. num. 1. in medio, vol. 1. & Ruin. in conſ. 4. num. 13. & 14. volum. 5.

30 Quintò bona aſſaſſini poſſunt à quocunque inuadi, & occupari, ita Hoſt. Io. And. & Domin. in c. 1. de homicid. in 6. Capic. in d. deciſ. num. 24. verſ. tertium.

31 Sextò in hoc crimine aſſaſſinij Iudex poteſt ex męro officio procedere, Marſ. poſt Parid. de Puteo in l. vnius, §. cogniturum, ff. de quæſt. ſub nu. 76. relatus per Capic. loco pręmonito, num. 26. verſ. decimum, Carrer. in d. §. 5. nu. 23. ac ordine
32 iuris non ſeruato, vt tradidit idem Carrer. in d. §. 5. num. 24.

33 Septimum ſpeciale eſt, ꝙ quamuis in criminalibus probationes debeant eſſe luce clariores, l. ſciant cuncti, C. de prob.
34 tamen in crimine aſſaſſinij ſpetiale eſt ratione immanitatis delicti, ꝙ iudici poteſtas tributa ſit condemnandi aſſaſſinum ad mortem etiam per indicia, & argumenta, vt ex d. c. 1. colligitur, tradit Marſ. in d. §. examinanda, num. 24. & Carrer. in d. §. 5. nu. 17. 18. & 19. Clar. in d. §. aſſaſſiniū, verſ. pręterea, Dec. in conſ. 189. nu. 4.

35 Octauò teſtis de auditu auditus facit inditium ad torturam, Hypp. in d. § examinanda, nu. 27. edocuit Fel. in c. afferte, col. 4. limit. 3. extrà. de præſumpt.

36 Nonò poſſunt recipi teſtes lite nō conteſtata, & parte non citata, & abſente, vt expreſsè dixit Dom. poſt Hoſt. & Io. And. in d. c. 1. quorum meminit Cap. in d. dec.
37 155. nu. 25. verſ. quiotum. Nec pars citari debet ad videndum iuramenta teſtiū, quibus adhibebitꝰ fides, ſic Archid. Gem. & Franc. in d. c. 1. Soc. in reg. 46. in 9 fall. & in conſ 262. col. 6. vol. 2. Dec. in c. 2. fall. 7. extrà. de teſtib. cum alijs adductis per Decian. in ſæpeſæpius citato tit. de mandato pecunia intercedente, num. 23.
38 Quamuis huius contrarium aſſeuerent Aret. & Fel. col. 4. limit. 5. in d. c. 2. Gram. in voto 11. col. pen. num. 16. & in conſ. 1. nu. 64. poſt deciſiones, & in conſ. 40. nu. 8.

39 Hinc quia non poteſt procedi contra mandantem, niſi conſtet prius de mandatario, ſecundū Bart. in l. ſi is qui rem, §. ſi tu Titium, ff. de furt. & Bald. in conſ. 384. vol. 5. incip. In Chriſti nomine, nu. 1. & 3.
40 in princ. vol. 5. in crimine aſſaſſinij poterit mandatarius torqueri etiā nullis præcedentibus indicijs, vt indicet mandantem, Bal. in l. non ideò minus, col. 1. C. de accu. Alex. poſt Bar. in l. repeti. ff. de quęſt.
41 etiam ſi ſit clericus ad eruendam veritatē, cùm iſta cognitio fiat ad probandum,
42 non ad puniendū, ſic Cap. concludit in d. dec. 155. nu. 27. in finalibus verbis d. dec.

43 Decimum ſpetiale erit, ꝙ aſſaſſinus, qui pecunia homines offendit poteſt renunciare defenſionibus ſibi competenti-
44 bus, ex quo eſt hoſtis publicus, & diffidatus à lege, inde poterit à quolibet oſtendi, ſic ex mente Paridis dixit Marſ. in d. l. vnius, §. cogniturum, nu. 76. verſ. & facit, ff. de quæſt. per Capic. recitatus in d. dec. num. 26. verſ. vndecimum.

45 Vndecimum ſpetiale quod notatu dignum nobis viſum fuit, eſt ꝙ licet hæres

lite

lite non conteſtata non teneatur de deli
cto defuncti, vt in l. 1. & toto tit. C. ſi reus
vel accuſ. mor. fue. tamen hoc non habet
46 locum in hærede aſſaſſini, qui lite adhuc
non conteſtata tenebitur reſtituere pe-
cuniam receptam pro aſſaſſinio, Ang. in
l. 1. § fin. ff. de eo per quem fa. erit. Ang.
de Arim. in add. ad Ang. de malef. in verſ.
Sempronium mandatorem, col. 2. quem
recenſet Capie. loco antedicto, num. 27.
47 Duodecimo inter alias pœnas aſſaſſi-
no iniunctas, de quibus per Decia. Carr.
& Cap. in locis antedictis diffuſè, illam
48 ſpetialem aduertimus, quod in crimine
aſſaſſinij nõ admictit appellatio. Io And.
Gem. & Francus in d. c. 1. de homic. in 6.
Cap. in d. dec. 155. nu. 25. verſ. ſeptimum.
49 Tandem tertiumdecimũ ſubiungimus
ſpetiale in hoc atrociſſimo crimine aſſaſ-
ſinij, quod puniatur affectus, licet non ſe-
quatur effectus, l. ſi quis non dicam ra-
pere, C. de Epiſc. & cler. tenent expreſsè
Io. And. Archid. Hoſt. & alij in d. c. 1. idem
Io. And. in c. in pœnis, de reg. iu. in 6. Ang.
in d. cõſ. 14. Gram. in voto 9. Bal. & Ang.
in l. 1. §. hæc verba, ff. quod quiſque iuris,
Couar. in clem. ſi furioſus, in 2. parte, in
princ. nu. 9. verſ. tertio proponitur, de ho-
micidio, Corn. in conſ. 449. nu. 1. in prin.
vol. 3. cum coaceruatis per Decianum in
præcitato loco, nu. 3. & 13. Clar. in §. aſ-
ſaſſinium, verſ. ſcias etiam.
50 Quę quidem multo facilius admictan-
tur, ſi ſumus in ſolito aſſaſſinia committe
re, Gram. in d. voto 9. nu. 22. & 23. cũ ſeq.
51 cũ tamen de generali conſuetudine non
puniatur affectus, niſi ſequatur effectus,
vt dixit Specul. in tit. de accuſ. §. 1. verſ.
quod ſi, in fine, Ang. in l. 1. §. fin. ff. quod
quiſq; iur. Bal. in l. ſi quis non dicam ra-
pere, C. de Epiſc. & cler. in l. 3. C. de ſeru.
fugit. in l. ſi quis ſeruo, C. de furt. Bart. in
l. 1. §. 1. ff. ad l. Corn. de ſicar. cum ſexcen-
tis alijs adductis per Barb. in conſ. 64. in-
cip. cum res iſta, nu. 10. vol. 1. & diximus
in c. ſeq. num. 132. cum ſeq.
52 Quod quidem axioma, quãuis iudicis
arbitrio relinquẽdum arbitretur Decia.
in præcitato loco, nu. 3. & 13. motus per
doctr. Salic. in l. ſi is qui cum telo, C. ad
l. Corn. de ſicar. & dixit Grã. in d. voto 9.
in fi. Boſſ. in tit. de mãd. ad homic. nu. 39.
& Bologn. latè in conſ. 8. col. 2. circa fin.
Tamen hodie in hac indultus materia
53 id erit extra difficultatem, cũ ab eo aper
tè decretum ſit, aſſaſſinos excludi etiam
ſi mors ſequuta non fuerit, & ſic expli-
cuit actum dubium de iure communi, &
hæc quò ad priora verba huius partis.
At quoniam de iure quæri etiam po-
54 terat num nuper conſtituta concl. vindi-
caret ſibi locum tam in mandante, quàm
in mandatario per tex. in l. non ſolum,
§. mandato. vbi Bart. ff. de iniur. cum alijs
annotatis per Decianum in lib. 9. ſub tit.
mandans quando ſub ſtatutis compre-
hendatur, & per nos adductis ſupra in
c. 30. Ideò ad euellendam quamcunque
105 *Sacrilegium in perſonam ſub vero, & proprio ſacrilegij ſignificatu cõſtituit.*

106 *Mortis pœna in fligitur in ſacrilegio in perſonam commiſſo.*

107 *Publicatio bonorũ num admittatur in tali ſacrilegio.*

108 Stupri pœna de iure ciuili ſtatuta qualis ſit.

109 Stuprator virginis non dum virè potentis extraordinaria pœna an ordinaria ſit puniendus, diſſeritur 111. 112 113. cumſeq.

110 Impubes ſtuprans virginem non dũ viri potentem num plectendus ſit pœna ordinaria, an extraordinaria.

116 Vis, & violentia regulatur à conſenſu.

117 Stuprum num, committatur cum vidua.

118 Vidua committens ſtuprum num amittat dotem, ſicuti per adulterium.

119 Deflorans virginem furtum feciſſe dicitur.

120 Is, cui conceſſum eſt arbitrium contra fures. & latrones nũ poſſit procedere contra deflorantes virginem.

121 Inceſtus pœna de iure ciuili eſt pœna mortis.

122 Inceſtus pœna quæ ſit in clerico de iure canonico.

123 Adulterij pœna quæ ſit remiſſiuè.

124 Stuprator ſimplicis virginis qua pœna plectatur.

125 Multò maiori pœna eſt feriendus ſtuprator monialis.

126 Pœna ſtupratoris monialis, quid in laico, quodue in clerico diſſeritur.

127 Ius canonicum vti dignius præferendum.

128 Clericus coitum habens cum moniali excommunicandus de iure canonico.

129 Clerici præ dicti ſunt detrudendi, vt cum aliis nullo modo conuerſentur.

130 Oues morboſæ totum corrumpunt Ouile.

131 Contra clericum commiſcentem cum moniali pœna num ſit arbitraria.

132 Hic caſus eſt epiſcopo reſeruatus.

133 Laicus commiſcens ſe cum moniali excommunicatur.

134 Clericus in foro contentioſo vſum venereum habens cum moniali qua pœna puniatur.

135 Clericus num ſit deponendus, quando crimen non eſſet notorium, & num. 136.

137 Laicus rem habens cum moniali excommunicabitur.

138 Excommunicationis pœna omnibus aliis eſt grauior.

139 Excommunicatio concernit animam, quæ eſt rebus omnibus præcioſior.

140 Excommunicatus de familia Dei tranſit in familiam Diaboli.

141 Excommunicatus efficitur filius Diaboli.

142 Diabolus vtitur excommunicato, ſicut ruſticus iumento.

143 Excommunicatio ſeparat quem à Deo.

144 Excommunicatio animæ, & corpori detrimentum affert.

145 Ex cõicationis ſententia facit ius quò ad omnes.

146 Excommunicatio priuat quem à conſortio, ſicuti fœtidum cadauer.

147 Excommunicatio eſt timenda licet iniuſta.

148 Excommunicatio iniuſta apud Deum non ligat.

149 Sacrilegij pœna eſt mortis naturalis.

150 Monialem rapiens num pœna mortis punietur.

151 Tex in l. 1. C. de raptu virg num vendicet ſibi locum in ſimplici raptu.

152 Ceſſante ratione debet ceſſare euiſdem diſpoſitio.

153 Ceſſante ratione finali ceſſat eius diſpoſitio.

154 Cauſa impulſiua tunc dicitur, cum non regulat diſpoſitionem.

155 Cauſa finalis quæ dicatur edocetur.

156 Virginitas corrupta in ſtupro erit ratio finalis.

157 Atrocitas delicti erit cauſa finalis raptus.

158 Raptus pœna eſt mortis naturalis.

195 Stuprans, aut rapiens moniales non dũ velatas nũ ſit pœna capitali puniẽdus.

160 Monialis non dicitur habere ordinẽ, ſed quandam benedictionem.

161 Monialis dicitur habere duplex velũ, conſecrationis, & profeſſionis.

162 Indultus hic excludit ne habentem vſum venereum cum moniali tam velata velo conſecrationis, quàm in moniali profeſſa expreſsè, vel tacitè.

163 Pro-

163 Profeſſio tacita quando exiſtimetur.
164 Raptus, vel ſtuprum, vi ex parte viri illata eſt deteſtabilius crimen.
165 Mors naturalis nũ ſit imponenda pro ſtupro, vel raptu praecedentibus promiſſionibus ſecuto.
166 Promiſſiones, & alliciamenta loco vis, ac violentiae ſubrogantur.
167 Mulieres ſunt mobiles, & inconſtãtes.
168 Mulieres ſunt leues.
169 Stuprum commiſſum praetextum matrimonij nũ excuſet à pęna tex. ĩ d. l. s.
170 Matrimonium non poteſt eſſe cum moniali ſacrata, vel velata.
171 Matrimonium cum virgine poſt conſecrationem contractum non tenet, etiam cum diſpenſatione. S. P. num. 172.
173 Monialis contrahens matrimonium an dicatur meretrix non obſtante matrimonio.
174 Matrimonium cum moniali contractũ diſſoluendum.
175 Matrimonium cum moniali contrahentes ſunt excommunicati.
176 Matrimonium cum moniali contrahentes num pœna capitali ſunt puniendi.
177 Matrimonium contractum poſt ſimplicem raptum num teneat.
178 Matrimonium inter raptum, & raptam de iure ciuili prohibitum.
179 Secus autem de iure canonico.
180 Iuri canonico ſtandum eſt in materia matrimoniali.
181 Conſcij, ſociantes, auxilium praeſtantes monialium raptoribus num puniantur eadem pœna, qua ipſi raptores.
182 Ius ciuile num corrigatur per canonicum in praeſtante opem rapienti virginem, ea tamen volente.
183 Indultus iſte ſuper quibus ampliationibus ſuum poſſit obtinere locum.
184 Indultus hic num comprahendat raptores.
185 Perſona contemplata in donatione conſideratur.
186 Artificis induſtria electa.
187 Indultus iſte non loquitur de conſciis, ſociantibus, ac fautoribus.
188 Indultus iſte loquitur de delicto cum moniali conſumato.
189 Statutum imponens pœnam pro delicto admictitur, quado delictum eſt conſumatum.
190 Indultus iſte loquit̃ de actu perſonali.
191 Actus requiſitus à l. vel ſtatuto per verba denotantia propriam perſonã, non poteſt per alium explicari.
192 Proprietas verborum eſt ſeruanda.
193 Materia odioſa eſt reſtringenda inquantum eſt poſſibile.
194 Indultus iſte in ſui parte excluſiuus eſt odioſus.
195 Indultus hic dum non expreſſit de ſociis opem praeſtantibus, etc. Noluit.
196 Cognoſcens monialem infra annum profeſſionis num comprahendendus ſub hoc Indultu. num 199.
197 Annus profeſſionis tempus approbationis dicitur.
198 Monialis non dicitur propriè monialis infra annum approbationis.
200 Indultus iſte num contineat de oſculantem moniales.
201 De oſculans monialem qua pœna eſſet puniendus.
202 Stuprans monialem vi, & metu parentum in monaſterium ingreſſa num comprehendatur ſub hoc indultu.
203 Ingreſſus monialis, & matrimonium illud ſpirituale vitiatur ex metus, & vis probatione.
204 Profeſſio num vitientur, ſicut ingreſſus.
205 Cauſa reducitur ad non cauſam, & titulus ad non titulum.
206 Virgo per vim, & metum ingrediens num debeat proteſtari illum actum facere per vim, & metum.
207 Proteſtatio in his caſibus mutum prodeſt ex mente Deciani.
208 Cognoſcens conuerſam num contineatur ſub hoc Indultu.
209 Conuerſae profeſſae, & religioſae num dicantur.
201 Conuerſae num veniant propriè, & verè appellatione monialium.
211 Diſpoſitio odioſa loquens dè monaco non habet locum in conuerſa.

Indul-

212 *Indultus iſte non porrigitur ad caſum fictum.*
213 *Lex intelligi debet in caſu vero, & proprio, non autem in caſu ficto.*
214 *Indultus iſte num comprehendat cognoſcentes Pizocharas S.Franciſci, aliorũq; ordinũ ac titulorũ, n.216.*
215 *Vſum venereum habens cum moniali extrà monaſterium an excludatur ab hoc indultu*
217 *Cognoſcens monialem grauiori pœna eſt plectendus ratione loci.*
218 *Delictum vbi eſt graue grauior debet eſſe punitio.*
219 *Cognoſcens monialem, quamuis nomine plura cõmictat delicta, tamen pro omnibus pœna mortis plectẽdus erit.*
220 *Delicta minora num confundantur cum maiori.*
221 *Condẽnatus ex vno delicto nũ à cæteris liberetur in hac materia diſcutiť.*
222 *Pœna ſemel executa in corpore amplius non poteſt reiterari.*
223 *Mors vnica omnia ſoluit.*
224 *Quis num poſſit ab vno ex eodem facto diuerſimodè vexari.*
225 *Exceptio rei iudicatæ ſuper vno num remoueat accuſatorem ſuper altero.*
226 *Pœna minor num confundatur ſub maiori, ſi plura diuerſis temporibus committantur delicta.*
227 *Deus habet tantam cuſtodiam monialium, vt prohibeat eas exire à propria clauſura.*
228 *Moniales non permictuntur colloquia facere cum viris religioſis ſine ſufficienti teſtimonio.*
229 *Indultus hic ſub quibus verbis excludit vſum venereum cum moniali.*
230 *Duplex qualitas requiriť ab indultu, vt cognoſcẽs monialẽ ab eo excludať.*
231 *Monialis debet eſſe in habitu.*
232 *Monacha intra monaſterium, eiuſq; clauſtra degere debet.*
233 *Monacha ea propriè dicitur, quæ intra monaſterium viuit.*
234 *Sacrilegij crimen delictũ grauiſſimũ.*
235 *In delictis grauiſſimis interpretatio eſt facienda in deterius.*
236 *A ſacrilegij crimine cauſant iuuentu-*

Vſum venereum cum ſanctimoniali in habitu, & alias intra monaſteriũ degente.

LIMITATIO VII.

CAPVT XXXIIII.

SI plures deteſtabilium
criminum ſpecies per-
ſcrutati in ſuperiorib⁹
ſumus, ad quos ob eo-
rum atrocitatem, ma-
ximamq; turpitudinẽ
indultus huius benefi-
ciũ non extendi, demonſtrauimus, Multò
1 magis delicti grauitas cenſetur ineſſe in
caſu, quo quis vſum venereum habet cũ
ſanctimoniali in habitu, & alias intra
2 monaſterium degẽte, nam ſi deteſtabile
crimen in raptoribus honeſtarum virgi-
num, vel viduarum vti peſſima cõmictẽn
tibus facinora lex profitetur, vt eſt tex. in
l. vnica, C. de raptu virg. & in l. raptores,
3 C. de Epiſc. & cler. Nonnè deteſtabilius
grauiuſq; crimen aſſeuerandum erit cri-
men vſus venerei cum moniali *Deo* dica
4 ta? profectò ità eſſe nemo negat, cùm ne-
dum in hominum iniuriã, verum etiam,
ad ipſius omnipotentis Dei irreuerẽn-
tiam commictitur.
5 Quo delicto patrato reſultat eiuſdem
grauitas, cũ virginitas, vel caſtitas cor-
rupta nõ poſſit reſtitui, d. l. vnica, in prin.
6 etenim quamuis omnia poſſit Deus, ta-
men non poteſt ſuſcitare virginem poſt
ruinam, c. ſi Paulus, 32. q. 5. dixit glo. ma-
gna, in verſ. diſpenſare, in fine. tex. in c. 2.
extrà. de bigam. & vt inquit S. P. inibi,
7 valet quidem Deus liberare de pœna,
ſed non valet coronare corruptam.
8 Et ratio, quia factæ cauſæ pro infectis
haberi nõ poſſunt, l. in bello, §. factæ, ff. de
capt. & poſtli. reuerſis, & propterea dixit,
Bal. ex mẽte Ariſtotelis in l. fi. nu. 4. verſ.
9 amplius, C. de leg. quod Deus hoc ſolo pri
uetur ingenita proprie facere, quę produ
xit. Et ſi gl. in verſ. reſtitui, præcitati tex.
10 in l. vnica, dixerit, virginitatem poſſe
reſtitui

reſtitui à Deo,ſed non ab homine, cuius
ſententiam iuxta Sanctorum Patrum, &
Theologicam doctrinam intelligendam
eſſe conſuluimus,& profitemur.
11 At illud aduertimus,ꝙ ſi virgo per vio
lentiã corrumpitur, ſed mens eius nullo
modo cõſentit,inter virgines connume-
randa erit,quia quantum ad Deum,licet
corpus ſit corruptũ; voluntas tñ non eſt
12 maculata,ideò non perdidit aureolã vir-
ginitatis,c.de pudici,32.q.5.& c.non po-
teſt.ead.cau.& q. D.Thom.in lib.4.ſent.
diſt.49.diſt.5.art.4.& in 4.ſent.q.3.diſcu-
tit Affl.in conſt.ſi quis rapere.num.19.
Sed hanc quæſtionem clarius, & co-
pioſius explicemus. Veruntamen
13 Aduertimus imprimis, ꝙ ſicut apud
Ethnicos,& Infideles moniales,q̃ Veſta-
14 les appellabantur, fuerunt in maximo
15 honore,adeò vt moniali occurrens tutus
erat à morte,teſte Alex.genial.lib.5.c.22.
Ita ſæuiſſima pœna ab ipſis Ethnicis cõ-
tra inceſtuoſos Veſtales cõſtituta erat,vt
viui,& viuę defoderẽtur,vt edocet diffu-
sè Decia. in lib.6. in tit. de cognoſcente
monialem,nu.2 cũ ſeq. vſq; ad nu.5.Hoc
16 enim delictũ eſt cęteris carnalibus dete-
ſtabilius,c.adulterij,32.q.7.ex quo tem-
plum Dei violatur,c.ſciendum eſt,27.q.1.
17 Etenim virgines ipſę templum ſunt,&
vaſa Dñi,ac ſacrariũ Spiritus ſancti,c.de-
cernimus,28.diſt.diffuſius Dec.loco nu-
18 per citato,nu.2.& ideò magnum,& gra-
uiſſimum delictũ cenſuit Affl.in d.conſt.
19 ſi quis rapere,nu.19. ſupra oẽm ſpeciem
raptus rapere moniales,maximè Deo ſa-
cratas,cũ ſint ſpõſę Chriſti,c.q̃uis,21.diſt.
20 Quamobrẽ ipſę debent viuere ſine ru-
21 ga, & macula, alias ſi fidem charitatis,
quam ſponte Deo obtulerunt adulteran
22 do Chriſtum ſponſum ſuum turpiter de-
honeſtarent damnationem perpetuam
habebunt,c.1.27.q.1.Card.in clem.2.de
ſtatu monach. quem refert Hip. de Mar-
ſilijs in l.1.nu.47. C.de raptu virg.
23 Et ideò inceſta fędera,ſacrilegiaq; cõ-
mitti voluit S.P.per eos,qui cum virgini-
bus Deo dicatis ſe miſcere audent, in c.
24 virginibus,27.q.1.inde violatores monia
lium ſacrilegi dicuntur,eoſq; filios perdi
25 tionis appellat Apoſtolus,c.ſciẽdum,27.
q.1. nam qui copula carnali coniungitur
26 cũ moniali tria admittit flagitia, & gra-
uia,vt tradidit gl.in verſ.virginibus, pre-
citati tex.in d.c virginibus,27.q.1.ince-
27 ſtum nempè, adulterium,& ſacrilegium.
28 Committitur enim inceſtus,quia mo-
nialis eſt ſpõſa Dei, qui Pater noſter eſt,
& is dum nos creauit,c.qui abſtulerit,12.
q.2.dixit Monteleo in ſua praxi arbitrali
p.4.ſub rub.iuris cẽſura contra raptores
monialiũ,nu.1013.cũ ſeq.& Dec.in loco
29 præmonito,nu.2.ſequitur quod inter oẽs
ſit quædam ſpiritualis affinitas, quæ qui-
30 dẽ affinitas ſpiritualis cùm ſit maior illa
carnali,c.pyctacium,30.q.3.glo.in c.qui
dormierit, 27.q.2. quam refert Alex.in
conſ.143.incip.Quoniam abundè,vol.2.
nu.6.dixit Marſ.in d.l.vnica,nu.46.C.de
31 rap.virg. & cum inceſtus ita cõmittatur
cum affine, ſicut cũ cõſanguinea, c.de in-
32 ceſt.35.q.3.etiam in affinibus ſpiritualib.
c.veniẽs,ext.de cog.ſpir.dixit Bermund.
in tract.de publ.concub.ſub rub.de ince-
33 ſtu,nu.2.Inde fit,vt habens rem cum mo
niali committat inceſtum,vt vltra prçci-
tatos dixit Clar.in lib.5.§.inceſtus,verſ.
ſed nunquid committitur,fol.33.
34 Secundò committitur adulterium ſe-
cundum gl.in d.c.virginibus, ea quidem
ratione, Nam,vt ſupra diximus,monia-
lis efficitur ſponſa Chriſti, d.c.quamuis,
21.diſt. At qui cum ſponſa alterius com-
miſcetur adulterium committit, mirum
ergò non eſt,ſi glo.præcitata adulterium
patrari concludat, ſicq; voluit Inno.in c.
diſcretionem,ext.de eo qui cognou.con-
ſang.vxoris ſuæ. Panor.in c.monaſteria,
extrà.de vita,& honeſt.cler.Dec.in conſ.
338.incip.In caſu, num.1.& Bermondus
de pub.concub.in tit.de ſacrilegio,nu.3.
tract.tomo 11.p.1.fol.mihi 153.à ter.
35 Ex qua concluſione infertur, ꝙ ſtatu-
tum puniens aliqua pœna cognoſcẽrem
nuptam,habebit locum etiam in cogno-
ſcente monialem,ſic conſuluit D.Dioni-
ſius de Peruſio relatus per Marian. Socc.
in c.qualiter,& q̃ñ.el 2. in 8.parte princ.
q.7.num.110.verſ.ſeptimo quæro, ponè.
extrà.de accuſ. quem refert Fel.in c.non
ſatis.

ſatis. nu.4. extrà.de ſimon.dixit Marſil.
in l.vnica.n.44.C.de raptu virgi.allegãs
Bald.in c.cauſam matrimonij.col.fi. ex-
trà. de probat. quem hoc non dixiſſe te-
ſtatur Decianus,in d.tit. de cognoſcente
36 Monialem,nu. 1.in fin. lib.6.fol. mihi 48.
Qui quidem (quicquid dixerit dubitan-
do Felin.in c.eccl.Sanct. Mariæ.num.93.
verſ. ſed contra prædicta, extrà.de con-
ſtit.)hanc ſententiam communiorem eſ-
ſe tradit ex mente eiuſdem Hypol. in
ſuo ſingulari 215.incip. validum eſt arg.
verſ.& teneas menti.

37 Hinc, & ſecundò infertur, quòd ſuper
hoc crimine non valet tranſ.Nã ſicut ſu-
per adulterio non poteſt tranſigi l.tran-
38 ſigere.C. de tranſ. eodem mõ. ſuper hoc
delicto continente adulterium non licet
tranſigere. ſic Bald. & Salic. & poſt eos
Hyp.in d.l. vnica. nu.39. Anania,in c.1.
col.1.de rap.vir.Boer.in deciſ.91.incip.
tranſactio.nu.3.relati per Dec.loco pręcitato.nu.7.

39 Tertiò ſubdit gloſa præcitata ad hue
per immixtionem carnalis copulæ cum
moniali commicti ſacrilegium, ex quo
40 eſt perſona ſacrata.d.c. virginibus. eam
quę turpiter cõmiſcens violat,vt perſo-
nam ſacratam. quam quidem gloſam ſe-
quutus eſt Abb. in d.c. monaſteria.de vi-
ta,& honeſt. cler,in c.at ſi clerici.col.12.
extrà.de iudic.& in c. pen. in 3.notab. de
purg.canon. Dec. in conſ. 338.n.1. Marſ.
in d. l. 1.nu.37.in fin. Berm.in d.tit. de ſa-
crilegio;nu.3. & Decian. in præmonito
tit.de cognoſcente monialem.nu.1. & 2.

41 Verùm Paul. Grill. in tract. de pœnis
omnifariam coitus,q.1.n.10.verſ.quęrò.
ſubdit, quod nedum crimen incæſtus, a-
dulterij, ac ſacrilegij commicti per quẽ
dicimus, verùm quoque,& ſtuprum fun-
42 dans ſe in eo; Quod monialis virginis,
honeſtam vitam degit, vt patet ad ſen-
ſum,ſed ſtuprum tunc quoq;erit, cum vir
43 ginẽ honeſtè viuentem quis ſtuprauit,l.
l.inter liberas.§.ſtuprũ, & l.ſtuprũ.ff. ad
l.Iul. de adult. Ergò ſtuprum erit, & id
quidem eſt, q abſq; dubio indicat tex.
in cap.ſi qua monacharum.27.q.1. Dum
inquit,ſi qua Monacharum, vel per anti-
quiorem licentiam, vel per impunitatis
prauam conſuetudinem ad lapſum adul-
terij deducta fuerit, aut in ſtuprum fue-
rit deducta voraginem,etc.& ſic tex. iſte
de adulterio, & ſtupro mentionem faci-
ens demonſtrat,quod in moniali per car
nis copulam cognita adhuc ſtupri flagi-
tium cõmictatur,à qua Grill. ſententia,
quãuis Decian. in loco,& n. ſæpius enun
ciatis diſcrepet inquiens ſe non videre,
quo nam pacto in hoc caſu defferat ince
ſtus à ſacrilegio, licet demum cogitan-
dum relinquat, Tamen Grill. opinioni
ex ſupradictis facillimè ſubſcribimus,&
aſſentimur, cũ qua conformat ſe Berm.
de publ. concu.in tit. de ſacrilegio.n. 3.
44 in fin.qui hanc ſacrilegij materiam latè
proſequitur.

45 Sed vlterius conſiderandum erit,quod
& ſi impoſſibile videretur,quod vno, &
eodem tempore, & in vna, eademq; per-
ſona ſimul, & ſemel ſtupri flagitiũ,adul-
teriiq; facinus tanquàm incompatibilia
inter ſe,& contradictoria poſſint concur
46 rere,ex quo adulterium præſupponit ali-
quam coniugatam, ſtuprũ verè aliquam
47 eſſe ſolutam, vti ex tex. in l.ſi adulterium.
cum inceſtu. & ex l.ſtuprum.ff. de adult.
& in l.1.C.eod.& ex §.Item l. Iulia.inſtit.
de publ.iudic. excerpi poteſt, inde falſa
48 ex prædictis redditur concluſio, quia
non poſſunt duo contradictoria, & incõ-
patibilia ſimul ſtare in eodẽ ſubiecto.l.3.
§.ex contrario. ff. de acquir.poſſeſſ.l.ſi vt
certo §.ſi duob. vehiculum.ff. commod.
cum ſimil., tñ facilis erit huius difficul-
tatis reſolutio, ſi eam ad diuerſos effe-
ctus deducamus.

49 Etenim,cũ verum ſit monialẽ quò ad
carnem virginem intactã eſſe,quò ad ſpi
ritum verò dici ſponſam Chriſti p votũ
50 profeſſionis ſuæ, ac nuptã coniugio ſpiri
tuali, non impeditur iſtorũ duorum de
lictorum concurſus, vnum ſcẽpe in ſpiri-
tu conſiſtens, Alterum verò in corpore,
ſiuè in carne. arg.tex. in c.excõicamus
51 el 1.& el 2.in prin.de Hære.in 6. ſic aper
tè conſiderauit Grill. loco præcitato.
Hãc qdẽ cõcluſionẽ ex iis quoq; poſſum
faciliter cõ pbare, q & ſi duo nõ poſſint
eſſe

Digitized by Google

eſſe vno, eodemque tempore domini
in ſolidum.d.l.3.§.ex cõtrario.ff. de acq.
poſſeſſ. & d.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehi-
culũ.ff. commod. cum alijs adductis per
Soccin. in regula 99. per Mantuam in
Paralip. c.50.& per Arium Pinellum in l.
1.parte 3. num.10. cum ſequ. C. de bon.
maternis.
53 Et ratio huiuſce concluſionis eſt, quia
applicatio dominij ad vnum remouet
à dominio alterum. l. Pomponius. §. in
his.ff. de procurat. quod ſecus foret ſi
alternis vicibus apud duos rem eſſe cõ-
uentum eſſet.l. Lucius,cum ll.ſequ. ff. de
aqua quotid.& æſtiua.
54 Tamen ad huc verum eſt, quod quan-
do ſumus in iuribus, quæ non minuunt
ſe per concurſum tunc poſſunt eſſe talia
iura penes plures inſolidum, ſecus autẽ,
quando minuunt ſe per concurſum. l. in
concedendo. ff. de aqua pluu. arc. l. fin.
ff. vti poſſid. edocuit Bald. in l. in rebus.
num.6.C.de iur. dot.
55 Ex qua Baldi doctrina inferimus inde
ſequi, quod dominium dotis, quia pro-
miſcuum reſidet penes mulierem, & vi-
56 rum, apud virum ſcilicet dotaliter, ſed
non totaliter, ſecundum eundem Bald.
57 in l.1. C. de ſeruo pign. dato manum. &
ſic dotis cauſa, ideoq; in ea vit imaginẽ
mulieris repręſentat. arg. text. in l. cum
notiſſimi.§.1.C.de præſcript.triginta an-
58 norum. eiuſquè dotis dominium, ſicut
conſtante matrimonio propriè, & eſſen
59 tialiter penes maritum reſidet,ſic penes
mulierem matrimonio conſtante dotis
60 veſtigia, ac reliquiæ remanent. ſecundũ
Bald. in d.l.in rebus.nume.6. præcitato.
C.de iure dot.
61 Conſequitur, quòd actio dotis, quia à
ſua integritate non diuiditur p cõcurſũ,
cõperat patri,& filio.l.2.§.1. ff. ſol. matr.
Eadem quidem ratione dicimus, ius
62 patronatus poſſe eſſe penes plures in-
ſolidum, quia per concurſum à ſua in-
tegritate nõ diuiditur.l.quędã mulier.ff.
fam. hercis.l.Carmelia pia.ff.de iur.patr.
63 Oritur itaque ex his argumentum, ꝙ
ſicut dominium poteſt eſſe penes plu-
res eodem tempore in iuribus, quæ per
concurſum non ſe minuunt, eodẽ modo
poſſumus cõcludere in caſu noſtro, ꝙ in
moniali, & ſtuprum,& adulteriũ poſſint
diuerſis tamen reſpectibus conſiderari,
quaſi inter ſe per cõcurſum nullo pacto
minuantur.
65 Sed rurſus inficiari non poteſt in iure.
plures reos inſolidum obligari, & con-
ſtitui poſſe.toto tit.ff.& C.de duob. reis,
quod quidem videtur à lege abhorreri,
66 ſiquidem vnica eſt obligatio nedum re-
ſpectu creditoris,in quo ea,vti obligatio
67 actio cõſideratur, verum etiam reſpectu
debitoris, cui obligatio paſſio cohæret,
68 vt tradidit Bald.in l.fin.nu.3.verſ. ſed vi-
deamus.C.de legatis, & ideò penes plu-
res reſidere videtur impoſſibile, & nihil
69 hominus, ex quo obligationis duæ ſunt
radices, vna cõſiſtens in iure,altera verò
70 in forma obligandi, cuius reſpectu plu-
res rei poſſunt cõſtitui,cum ea totuplex
71 ſit,quotuplices ſunt perſonę,ꝙ ſecus eſt
reſpectu rei, quæ dum eſt vnica reſpuit
72 plurium obligationẽ, vt tradidit glo. in
verſ. nec creduntur duo rei. tex. in §. 1.
inſtit.de duob.reis,quã allegat Bald.ſed
corruptè in l.ſi non ſinguli.C.ſi cert.pet.
poſſunt propterea plures rei conſtitui.
73 His ergò recenſitis modò dicendum
eſt ſic in moniali carnaliter cognita cõ-
micti ſtuprum, & adulterium,habita cõ-
ſideratione ad diuerſos reſpectus,nã ſtu
prum cõmicti dicimus reſpectu corpo-
ris, reſpectu verò ſpiritus, quia eſt ſpõſa
Chriſti, ac ipſi coniugio ſpirituali nupta
adulterium patrari,& ſic ſtupri,& adul-
terij concurſum in ea admictẽdum, vna
cum Grill. & Bermondo in locis iam
dictis arbitramur, ac propterea grauiſ-
ſimum delictum eſſe profitemur.
74 Atque ea quidem rõne ſanxere iura,
ꝙ ſi filius naſcitur ex moniali nedũ talis
efficietur ſacrilegus,& inceſtuoſus, verũ
75 quoque, & filius natus ex eo, qui matri
ad huc erit inſucceſſibilis. ſic Accurſ. in
ſcholio fin. tex. in §. nouiſſimè. inſtit. ad
ſenatuſconſ.orfic.dixit Bart.in l. fin. nu.
4.ff.de his quib. vt indign. in l. ſi qua Ill.
num.1.in fine.C.ad orfic.& Dec.in conſ.
306.inci.in caſu.col. 2.relatus per Mar-
ſil. in d.l.1.num.41.
76 Quam ſententiã in caſu noſtro liben-

rins amplexãdã eſſe ſuademus, nã ſi quis
ſtuprans virginẽ efficitur infamis, qñ tñ
iudicio ordinario condẽnatus extitit, ſe
cus verò qñ per inquiſitionem.& ex mæ
ro iudicis off. l.3.§. præterea. ff. de ſuſp.
tut.l.1.C.ſi tut. vel curat. tradidere Cyn.
& Dynus in l.fin.C.eod.tit.de ſuſp.tut.&
recollegit Affl.in d.conſt. ſi quis rapere.
nu.15. Quãtò magis cognoſcens carna-
77 liter monialem infamis efficietur, ſi eius
nomen inter reos ſcriptum eſt, vti ſtu-
pratoris, inceſtuoſi, adulteri, & ſacrilegi.
78 ideò infamiam ab eius oſſibus vti infixã
nullo quidem pacto euelli poſſe conclu-
dendum eſt per tex. in l. ſi poſſidonium.
C.ex quib.cau.infam.irrog.

79 Secundo in hoc crimen inſcriptũ eſt,
ipſum eſſe mixti fori. per tex. in c. quod
propoſuiſti.c.cum ſit generale.vbi gloſa.
extrà.de foro compet.l. ſi quis in hoc ge
nus.C.de Epiſc.& cler.l.diuus. & l. ſacri-
legi.ff. ad l.iul. pecul.l. aut facta.§.locus.
ff de pęnis.c.ſacrilegium. c. ſi quis cleri-
80 cus.& c.ſi quis ſuadente diabolo.17.q.4.
& propterea in hoc crimine habet locũ
præuentio, vt dixit Abb. in d. c. cum ſit
generale.nu.1.Archid.& Gemin.in cap.
fęlicis.in princ.col.fin.de pęnis in 6.Car-
din.in clem.1.eod.tit.dixit Grill.de pę-
nis omnifariam coitus.q.1.nu. 2. & Boſſ.
in tit.de ſacrilegijs.num.7.

81 Tertio ob huius delicti atrocitatem
non admittitur appellatio. l. 1. C.de ra-
ptu virg. Azo.in rubr.C.eod. tit. & dixit
Bart.in l.2.num.2.verſ. oppo.de l.conſt.
ff.de app.& l.1.C.de raptu virg.

82 Quam concluſionẽ interpetrari con-
ſueuimus iuxta tradita per Afflict. in d.
conſt.ſi quis rapere. num. 17.non eſſe ſic
ſimpliciter admittendam, ſed tunc, qñ
tales rei cõuicti,& confeſſi fuerint, ſecus
ſi non eſſent conuicti,& confeſſi, tunc.n.
poſſent appellare, ſic Bald.in d.l.2. pro
qua ſententia Affl.adducit tex.in d.l.ra-
ptores.C.de Epiſc.& cler.& in l. 1. C. de
raptu virg.in quibus liquet quem de tali
crimine inculpatum, aut reperiri debe-
83 re inflaganti crimine, aut per legitimas
probationes iuri tñ conſonas conuinci.

84 Inde Affl.ex mente Andreæ infert, ꝙ
fuga de raptu inculpati, eiuſq; contuma
85 cia ob non comparitionẽ non inferunt,
nec probant ipſum deliquiſſe. ac ſtuprũ
cõmiſiſſe, quia non eſt confeſſus, nec cõ-
86 uictus, & ideò poſſet appellare, immò ſi
87 tortus eſſet non pręcedentibus indicijs,
& confeſſus eſſet, quia tortura non eſt le-
88 gitimè illata, ex quo deficiunt indicia,
ſine quibus quis non põt torqueri. l.1.&
fin.vbi Bart. cęteriq. ff. de quæſt. de quo
diffusè per doctiſſimum Gomeſ.in lib.3.
var.reſol.ſub tit.de tortura. nu. 25. non
poſſet dici confeſſus, & ſucceſſiuè poſſet
appellare.l.non tm̃.ff.de appell. edocue
re And.& Affl.in d.conſt. & dixit Marſi.
89 in d.l.1.nu.138.cũ ſeq. C. de raptu virg.
qui plures recenſet caſus, in quib.appell.
nõ admittitur, ad quẽ lectorẽ delegam⁹.

90 Quarto in hoc delicto nulla cadit trã-
ſactio, vt ſuperius enodauimus ſub num.
37.per tex.in l.tranſigere.C.de tranſ. cũ
alijs per nos ibi recenſitis, quibus hanc
addimus conſiderationem, nam ſi verũ
eſt, quod ſuper ſimplici adulterio non
licet tranſigere. d. l. tranſigere, quantò
magis in caſu noſtro, in quo tot delicto-
rum multiplicitas coaceruatur?

91 Quamuis prætermittendum non eſſe
cenſeamus, ꝙ contra conſtituram regu-
lam obijci poſſet Affl.doctrina in præci-
tata conſt.ſi quis rapere.nu. 15. dicentis,
quendam de ſtupro inquiſitum fuiſſe cõ
92 poſitum parte tñ concordata, & ſic vr̃ in
ferri, ꝙ valeat tranſactio, ſed nos repli-
cabimus Affl.loqui de ſimplici ſtupro in
virgine commiſſo, non aũt de ſtupro in
moniali patrato, prout eſt caſus noſter.

93 Et ſi caſus eſſet tranſigibilis nedũ re-
quiretur monialis remiſſio, verũ ẽt pax,
& remiſſio S.P.qui Deum repręſentat in
terris, eiuſq; vti Chriſti Vicarius dũ vi-
ces gerit, is debet remittere, per tale.n.
94 delictũ Chriſtus ſponſus dicitur offendi.
ſic Salyc. & Bald. in d. l. 1. vbi Hyp. ſub
num.39.Boer.in deciſ.91.incip.tranſ.nu.
3.quos ſequitur Decian.in præcitata ru-
bric.de cognoſcente monialem. num. 7.

95 Quinto huius delicti grauitas ex eo
poſtremò cognoſcitur, ꝙ in pęnarũ cõſti
tutione cõſiſtit, etenim diximus ſupra in
vſu venereo cũ moniali commiſſo plura
comprehendi delicta, ſacrilegiũ, nempè,
ſtu-

ſtuprum, adulterium, & incæſtum, in
96 quorum vnoquoque grauis eſt indicta
pæna, nam in ſacrilegio, vt mox demon-
ſtrabimus, atrox eſt pæna conſtituta.

Ad quam antequam deueniamus obi
97 ter, ſed breuibus erit annotandum, ſa-
crilegium commicti, vel circa locum ſa-
98 crum, vel circa rem ſacram, ſubtrahendo
ſcilicet ſacrum de loco ſacro, de quo
loquitur tex in l. diuus. ff. ad l. Iul. Pecul.
& in c. ſacrilegium, & cap. ſi quis contu-
max. §. ſacrilegi. 17. q. 4. Secundo aufe-
99 rendo rem ſacram à loco non ſacro. Vel
3. auferendo non ſacrum à ſacro, vt no-
100 tatur in c. conquæſtus, & c. cum ſit ge-
nerale. extrà. de foro compet.

101 Dicitur & tertio principaliter ſacri-
legium commicti in perſonam. c. ſi quis
ſuadente diabolo. 17. q. 4.

102 Modò dicimus, quòd per coitum cũ
Moniali habitum commictatur ſacrile-
gium in perſonam. c. impudicas. 27. q. 1.
& l. ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. &
cler. theorica eſt Baldi in l. 3. C. de furt.
larius exornat Grill. in locis præcitatis.

103 Quod quidem ſacrilegij genus omni-
bus ſacrilegiorum generibus maius eſſe
affirmãdum eſt, ex quò in perſonâ com-
mictitur, quæ cum ſit rerum omnium di-
104 gniſſima. l. iuſtiſſimè. ff. de ædil. edict.
reddit hoc ſacrilegij crimen grauius,
atrociuſque.

105 Inde conſequitur, quòd talis ſacrile-
gij ſpecies ſub vero, & proprio ſacrile-
gij ſignificatu cõſtituitur, per Bart. in d.
l. ſacrilegij. ff. ad l. Iul. pecul. de qua ma-
teria Larius per Bart. & per ad eum ad-
dentes in d. l. diui. ff. ad l. Iul. Pecul. &
per Grill. loco ſæpius citato.

106 In hoc autem ſacrilegio pænam mor-
tis naturalis eſſe inflictam aduertimus. l.
ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc. & cler.
l. ſi adulterium cum incæſtu. ff. ad l. Iul. de
adult. l. quamuis. §. fin. C. eod. tit. Grill.
de pænis omnifar. coitus. q. 1. nume. 17.
cum ſeq.

Ac etiam publicationis bonorum. §.
107 penultimo. in auth. de ſanctiſſ. Epiſcop.
canonizatus, in c. ſi quis rapuerit 27. q.
1. tradidit Bermond. de publ. concub.
ſub rubr. de ſacrilegio. num. 4. Hyp. in d.
l. vnica. nume. 40. Fabius à Monteleo in
ſua praxi arbitr. par. 4. num. 1012. cum
ſeq. & Decianus in tit de cognoſc. mo-
niales. nu. 6. à qua ſententia non diſcre-
pauit Regni conſt. incip. ſi quis rapere,
vt ibidem annotarunt And. & Affl ſi ve-
rò ſtupri pænam volumus recenſere, li-
108 cet de iure canonico quis ad dotandum
teeretur. c. 1. extrà. de adulterijs. Tamẽ
ius ciuile ſtatuit pæna perſonali quem
luiturum, vt per Theſaurum in deciſ. Pe-
demont. 3. per totum. deciſ. Auin. 72. &
per Viuium in deciſ 299.

109 Hanc autem ſententiam non admi-
ctimus in ſtupratore virginis non dum
110 viri potentis, is enim pęna extraordina-
ria puniendus erit. l. ſi quis aliquid. la 1.
§. non dum. ff. de pænis. Gram. in deciſ.
111 22. cum alijs citatis per Theſ. in d. deciſ.
3. num. 7. qui ſic in Pedemontano Præto-
rio deciſum eſſe teſtatur, ſicquè conclu-
dendum, quamuis Afflict. hunc diſputet
articulum in d. conſt. ſi quis rapere. nu.
14. quo loco non demonſtrat quam ſub-
ſtineat ſententiam.

112 Verumtamen eſt, quòd præcitata cõ-
cluſio temperanda erit, ſi tale ſtuprum
commictatur ſine vi, & ſine aliqua vio-
lentia, vt tradidit Caccialupus. in l. ſi qua
113 Illuſtris, colum. 3. C. ad orfic. nam tunc,
licet Faber in §. item. l. iulia. de adulte-
114 rijs. in fi. 2. col. inſtit. de publ. iud. aſſe-
rat, talẽ ex conſuetudine ſuſpendi, tamẽ
pæna mortis non habebit locum. glo. in
l ſi ſeruus ſeruum. §. ſi oliuam. vbi Flor.
ff. ad l. aquil. & procedet tex. in d. l. ſi
115 quis aliquid. §. qui non dum. ff. de pænis
ſic Boſſ. in tit. de coitu damnato punibi-
li. num. 67. Secus verò ſi cum vi, & cum
violentia, quam tamen reſpuit in impu-
bere non doli capace, & ſic in impubere
ſex, vel ſeptem annorum, nam cum na-
tura repugnet in eo adeſſe conſenſum, à
quo regulatur vis, & violentia, pæna ex-
traordinaria plectendum eſſe exiſtima-
116 uit. De quo quidem art. videndum ad-
monemus Fabium de Monteleo in ſua
praxi arbitr. in 4 parte. numero 27. fol.
mihi 331.

Et quoniam ſtuprum nedum commi-
117 ctitur cum virgine, verum etiam cum
vidua.l. ſacrilegium. §. inter ſtuprum. ff.
de adult. ideò extrà tem non fore puta-
mus, ſi corrolariè ſubiungimus illud no-
118 tatu dignum eſſe, quod ſi vidua commi-
cteret ſtuprum non amicteret dotem ſi
adulterium patraſſet, de quo eſt tex. in l.
conſenſu. C. de repud. & eſt communis
opinio, quam diſcutit Soccin. Iunior in
conſil. 111. incip. viſis his. vol. 3. Rol. à
Valle in conſil. 86. nume. 1.19.35. & 41.
incip. Reuerendiſſ. vol. 2. Boer. in deciſ.
338 num. 1. 9. 10. 11. cum alijs adductis
per Clarum. in §. ſtuprum. verſ. ſed nun-
quid vidua. Couarr. in rubr. de ſponſ. c.
7. §. 6. num. 10. fol. mihi 220. per Boſſ. in
præcitato tit. de coitu damnato punib.
numer. 55. & pro hac opinione ſentiunt
Caccher. in deciſ. Pedem. 77. deciſ. Auin.
72. par. 1 nume. 1. & D. Præſes de Fran-
chis in deciſ. 421. num. 15.

119 Nec erit in hac ſtupri materia omictē-
dum, quod deflorans virginem dicatur
furtum commictere, vt conſtat in § 1. ibi
caſtitatis furtum. in auth. de lenonibus,
& ideò inibi tradidit Ang. quod ſi con-
120 ceſſum foret alicui arbitrium contra fu-
res, & latrones, & aliqua virgo fuit de-
florata poſſit is inquirere contra hunc
deflorantem vigore talis arbitrij, quod
Ang. dictum pulchrum eſſe, & notabile
dixit Cæpolla in auth. ſed nouo iure. nu.
91. C. de ſern. fugit. quem ſequitur Cam-
pag. in cap. Regni 10. incip. ad hoc. ſub
tit. de furtis. num. 183. Hæc quo ad ſtu-
pri pænam.

121 Si verò incæſtus pænam in medium
afferre volumus, de iure ciuili pæna mor
122 tis eſt conſtituta, ſed de iure Canonico
in clerico erit pæna depoſitionis ſecun-
123 dum communem in vtroque iure opi-
nionem ex mēte Couarr. Grill. & Berni,
ſub tit. de inceſtu. num. 6. & 16. teſtatur
Clarus in §. incæſtus verſ. ſed quæro. Ea-
124 dem poſtremò capitalis pæna adultero
inferenda erit ex iuris diſpoſitione, vt
admonuit Viu. in deciſ. 241.

Ex his liceat tali argumenti genere
vti, quod ſi tot grauiſſimas pęnas in vno
quoque prænominatorum criminum in-
dixerunt iuris ciuilis, & canonici legis
latores, vt pauló ante liquidò vidimus,
& præſertim in ſtupro ſimplicis virginis,
vt eſt text. in d. l. raptores. & l. vnica. in
auth. de raptu mulier. in c. lex illa præ-
teritorum. in fine, & c. ſi quis non dicam
rapere. 36. q. 1. & c. ſi quis. diſt. 1. & eſt
Regni conſt. præcitata. ſi quis rapere.
vbi Aſſl. ſub numer. 1. plures coaceruat.
126 Quantò maiori pæna plectendus eſt is,
qui ſtuprum cum moniali commictit, ſi
ſacrilegium, ſtuprum, adulterium, incæ-
ſtum, & nos ſubiungimus furtum com-
mictitur? ratio quidē maior ſuadet tale
delictum maius eſſe exiſtimandum, mi-
rum itaque non erit ſi in reo monialis
ſtupratore ſequentes ſint indictæ pænæ.

Suppoſito tamen, quid in laico co-
127 gnoſcente carnaliter Monialem, & quid
in clerico, & ius canonicum vti dignius
128 præferendo dicimus, quòd ſi fuerit cle-
ricus, & tunc ſi quæratur in foro conſciē
tiæ pęna erit excommunicationis, ac ex-
cluſionis à conſortio monialium, nec nō
129 ad agendam pęnitentiam intrudendus
erit ſub aliquo arcto loco, ſed in ſolo
mortis articulo ei nō negabitur Eucha-
riſtiæ viaticum, ſi tamen dignè, & con-
gruè pęnituerit. c. impudicas, & c. virgi-
130 nibus. 27. q. 1. Diximus hos detrudendos
eſſe, vt cum alijs nullo pacto conuerſen-
tur, ne tanquam oues morboſæ totum
corrumpant ouile, ſic conſiderauit Ar-
chid. in c. peruenit. 27. q. 1. & facit tex.
in c. in Eccleſiaſticis. §. fin. extrà. de ma-
ior. & obedientia.

131 Bermondus autem in tit. de ſacrile-
gio. num. 5. voluit talibus in caſibus pę-
nam eſſe arbitrariam, dum tñ cōfiteatur
132 Epiſcopo, cui hunc caſum reſeruatum
eſſe annectit, cuius quidem opinio mihi
arridet, vt mitior in pęnis actendatur
opinio.

133 Si verò fuerit laicus excommunica-
tionis pænæ ſubijcitur, ac ad fidelium
communionem non admictetur, niſi pu-
blicam, & idoneam de ſcelere ipſo ege-
rit pęnitentiam. d. c. impudicas, & c. vir-
ginibus. vbi gloſ. & notatur per Archid.

in

in loco prællegato.
134 Aut verò loquimur in foto conten-
tioſo,& tunc clericus cuiuſcunque ſit di-
gnitaris, & gradus deponetur ab omni
ordine ſacto, omnibuſquè priuabitur
officijs, ac beneficijs, inq; arctum detru-
detur monaſterium, vt perpetuam agat
pęnitentiam.c.ſi quis Epiſcopus, & c. ſi
qua monacharum.27.q.1.
135 Quam ſententiam tunc recipiendam
eſſe voluit Io. de Turre Crem. in d. c. ſi
quis Epiſcopus,quando crimen eſſet fa-
ctum notorium, alias non eſſet deponē-
dus ſecundum glo. quoque in d.c.ſi quis
Epiſcopus.
136 A qua ſentētia diſſentiunt quam plu-
res, & in primis Butr. in cap. at ſi clerici.
nu.13.extrà.de iudic. Ioannes de Anan.
in conſil. 1.col. 2. verſ. quod fama. Hyp.
in d.l.vnica,nume. 41. Bern. Diez in ſua
pract. crim. q. 75. & Ghirl. loco antedi-
cto. num. 17. relati per Decianum in d.
tit. de cognoſcente moniales. num. 6.
vbi quid de iure Longobardorum, & nu
mero 10.
137 Si verò erit laicus tunc excommuni-
cabitur, vt in dictis iuribus habetur.
138 Quæ quidem excommunicationis pę
na omnibus alijs grauior noſtro quidē
iuditio erit habenda, cum ea concer-
139 nat animam, quæ rebus omnibus eſt
pratioſior.l ſancimus.C.de Sacroſ.Eccl.
Et proindè cum excommunicatus de fa
140 milia Dei tranſeat in familiam Diaboli.
c.audi denique.11.q.3.& efficiatur filius
141 Diaboli ſecundum glo.in l. pedius.ff de
recept.arb. eoquè Diabolus vtitur,ſicut
142 ruſticus iumento, vt tradit Probus in
addit. ad Ioannem Monacum in rubr.
de renunciatione. num. 22. cumquè ſe-
143 parat à Deo.c.certum.24. q. 3. ideò ani-
mæ, & corpori detrimentum afferri le-
144 gum interpetres dixerunt,& propterea
145 dixit Bald. in l.2.num.5.C.quib.res iud.
non noceat, quod ſententia excommu-
nicationis lata facit ius quò ad omnes
146 cum priuet quem à conſortio, ſicuti fę-
tidum cadauer, motus per tex.in §. mi-
147 nor.inſt. de cap. dimin. Hinc admonē-
mus per quemlibet eam eſſe timēdam.
cap. 1. de ſent. excomm. in 6. licet iniu-
148 ſta ſit, nam vti iniuſta apud Deum non
ligabit. c. cum æterni. de re iud. in 6.
149 Sed reuertamur amabo vnde digreſſi
ſumus, & proſequendo iuris ciuilis cen-
ſuram quò ad pęnam pro ſacrilegio in-
fligendam, & dicamus, pęnam mortis
naturalis ab eo conſtitutam eſſe, vt eſt
tex.in l.ſi quis in hoc genus. C. de Epiſc.
& cler. cum alijs ſuperius per nos addu-
ctis.num.106.
Hanc autem concluſionem pluribus
modis ampliabimus.
150 Et primo, quòd ea procedat etiam ſi
quis Monialem non ſtuprauerit, ſed ra-
puerit.l. ſi quis non dicam rapere. C. de
Epiſc. & cler. vbi tradidit Bald edocue-
runt And. in c.vnico.nume.40.verſic. ſi-
cut exemplum, quæ ſint reg. Cynus in l.
fin. C. de rerum diu. & Lucas à Penna in
l.3.C.de curſu publ.lib. 10.
151 Cui quidem ampliationi videtur repu
gnare ratio per Imperatorem conſide-
rata in d.l.1. C. de raptu virg. virginita-
tis nempè corruptæ, quæ dum in ſimpli-
ci raptu ceſſat ſtupro tamen non ſecuto
152 videtur ceſſare, & eiuſdem tex. diſpoſi-
tio,perinde quaſi ceſſante ratione d.tex.
debeat ceſſare, & eius diſpoſitio. l. adi-
gere.§.quamuis.ff. de iure patron.c. cum
ceſſante. de appellat. cum ſimilibus per
Tiraq. adductis in tract. ceſſante cauſa,
& ob hanc rationem aſſentijt huic ſentē-
tiæ. Ang. in d. l.1.inquiens in ſimili caſu
raptus vidiſſe quendam iuuenem libe-
ratum.
Sed ſalua pace Angeli adhæreamus
153 ampliationi prædictis non obſtantibus,
idquè ex eo, quia ceſſante ratione finali
ceſſat diſpoſitio, ſecus verò ſi ceſſat ra-
154 tio impulſiua, quæ tunc impulſiuæ cauſæ
nomen aſſumit cum non regulat diſpo-
ſitionem. l. damus. vbi Bald. ff. de cond.
155 indeb. Quod ſi regularet diſpoſitionem,
adeò,quod exiſtente cauſa vera res exi-
ſtit, eaque deficiente res deficit, tunc cā
156 finalis erit.l.ſi remunerandi.§. 1. ff. man-
dati. At ratio virginitatis corruptæ.quā-
uis in d. l. 1. pro cauſa finali videatur
appoſita, tamen ea in ſtupro conſiderā-
da

Digitized by Google

157 da erit, ſed in raptu quamuis ea non ad-
mittatur, tamen atrocitas delicti per ra-
158 ptus crimen contracti ſupponitur, vt ſan
citum patet in d. l. ſi quis non dicam ra-
pere. Ita vt eadem pęna mortis natura-
lis, quis per raptum feriēdus erit, prout
voluit Afflict. poſt And. in d. conſtit. ſi
quis rapere. numero 7 & ſic ratio vir-
ginitatis corruptæ regulans diſpoſitio-
nem tex. in d. l. 1. ſit finalis in ipſo ſtupro,
ſed in raptu nō ipſa finalis erit, ſed atro-
citas delicti, quæ regulat diſpoſitionem.
tex. in d. l. ſi quis nō dicam rapere. ſicquè
ſubſtinendum eſſe arbitramur.
159 Secundo ampliatur præconſtituta cō
cluſio, quod procedat etiam ſi quis ſtu-
160 prauerit, aut rapuerit Moniales non dū
velatas, nam licet verum ſit, quod nulla
Monialis, aut Diaconiſſa, de qua loqui-
tur tex. in d. l. raptores, & in auth. Diaco-
niſſa. C. de Epiſc. & cler. dicatur habere
aliquem ordinem, ſed quandam bene-
dictionem, ſecundum Paul. de Leaz. in
c. ſi celebret. de cler. excomm. relatum
161 per Felin. in c. quoniā. extrà. de ſimon.
tamen dicitur habere duplex velum, ve-
lum nempe conſecrationis, quod non
datur ante 25. annum c. placuit. 20. q. 1.
& 2. velum profeſſionis, ſicuti voluit glo.
in c. viduas. 37. q. 1.
162 Conſequitur inde, quòd caſus hic vſus
venerei cum ſanctimoniali in habitu, &
alius intra monaſterium degēte ab hoc
indultu excluſus procedat, tam quando
vſus venereus habetur cum moniali ve-
lata velo conſecrationis, quam cum mo-
niali induta velo profeſſionis expreſſæ,
vel tacitæ. c. ſuper eo. extrà. de regul.
163 Tacitam autem profeſſionem, tunc
cenſeri factam aduertimus, cum labitur,
annus. clem. fin. de regular. quo tranſa-
cto habebitur pro profeſſa, ſic Afflict. à
quo iſthæc didicimus in d. conſt. ſi quis
rapere. num. 5. & poſt eum Decianus in
d. lib. 6. tit. de cognoſcente Moniales.
num. 13.
164 Tertiò ampliatur, vt pæna deſuper
ſtatuta nedum habeat locum in moniali
rapta, vel ſtuprata vi ex parte viri illata,
quæ crimen efficit deteſtabilius. l. Mar-
cellus. ff. de verb. & rerum ſignificatione
165 Verum quoque ſi præcedentibus pro-
miſſionibus, & blanditijs vir cauſa cir-
cumuenerit ad ei conſentiēdum in ſtu-
166 pro, nam hæc, quia in locum vis, ac vio-
lentiæ ſubrogantur. d. l. 1. ibi. quia hoc
ipſum velle mulieris, & in d. l. raptores.
ibi. ſiuè volentibus, ſiuè nolentibus. C.
de Epiſc. & cler. operabuntur etiam pę-
na mortis naturalis talem eſſe plectendū
ſecundum Affl. in d. conſt. ſi quis rape-
re. num. 2.
167 Cuius concluſionis illa eſt ratio, quia
mulieres ſunt mobiles, & incoſtantes.
Alber. in l. filiam in orbitate. C. de inoff.
teſtamento. ſunt fragiles. §. 1. inſtit quib.
alien. licet, vel non. l. aſſiduis. C. qui pot.
168 in pign. hab. Affl. in d. conſt. numer. 4. &
ſunt leues, nam quid leuius fumò? flamē,
quid flaminè, ventus, quid vento? mu-
lier, quid muliere? nihil. ſic glo. in cap.
forus. extrà. de verborum, & rerum ſi-
gnificatione.
169 Ampliatur quarto, etiam ſi ſtuprum
commiſſum foret prætextu matrimonij,
170 nam non excuſat. etenim cum ſuppona-
tur ſtuprum commiſſum cum moniali
ſacrata, vel velata, quæ tamen fecerunt
profeſſionem, ſequitur quod cum tali
171 moniali non poterit eſſe matrimonium
ſtante profeſſione, & voto caſtitatis per
eam emiſſo, & propterea matrimonium
cum virgine poſt conſecrationem con-
tractum, quia ea nè dum adultera, ſed in-
cæſta exiſtimabitur. c. fin. 27. diſt. non va-
lebit. Canoniſtæ in c. rurſus. & c. conſu-
172 luit. & incip. inſinuante. qui cler. vel vo-
uētes. etiam ſi cum diſpenſatione Sum-
mi Pontificis contraheretur. cap. ad
veſtram. in fine. extrà. de ſtatu monach.
Anania, & poſt eum Bologn. in conſil.
173 91. incip. illud certum. num. 1. quin im-
mò non obſtante tali matrimonio, di-
cetur meretrix. Boer. in conſil. 20. num.
13. Decianus in præcitato tit. numer. 9.
vbi pluribus hiſtoriarum authoritatibus
174 comprobat. & nume. 11. ad hæc, ſi quod
matrimonium contractum eſſet diſſol-
175 uetur. c. vnico. extrà. de voto. ac taliter
contrahentes nè dum excommunicati
ſunt.

ſunt. clem. 1. de conſangu. & affin. Affl.
in d. conſt. ſi quis tapete. num. 12. in fina-
libus verbis.

176 Verum etiam capitis pęna punientur
ſecnndum eundem Affl. loco pauló an-
te recenſito. num. 2.

177 At ne ab hoc matrimonij axiomate
diſcedamus, turſus admonemus, prædi-
cta ſuum minimè vindicare locũ in ma-
trimonio ſecuto poſt ſimplicem raptũ,
nam per ipſum purgatur quodcunque
delictum, etenim licet de iure ciuili in-
178 hibitum ſit mattimonium intet raptum,
& raptam, vt in d. l. 1. C. de taptu virg.
179 Tamen de iure Canonico illud permi-
ctitur. c. accedens. extrà. de raptor. cui
180 quidem ſtandum eſt ſtante cauſa, & ma-
teria mattimoniali. glo. in d. c. accedẽs.
Doct. in cap. 1. & 2. extrà. de noui opet.
nunc. diſſetuit latè Afflict. in d. conſtit.
ſi quis rapere. numeto 13. vetſic. ſextò
quæro.

181 Quintò, & vltimò ampliatur hæc no-
ſtra concluſio, vt eadem pęna puniantur
conſcij, ſociantes, fauorem, conſilium,
& auxilium præſtantes ad commicten-
dum raptum Monialis profeſſæ, vel non
profeſſæ, qua ipſi principales raptores
tenerentur. ſic ex tex. in d. l. 1. college-
runt Cyn. & Salicet. ibidem.

182 Quin immò Afflic. in d. conſt. ſi quis
rapere. num. 16. verſ. nonò tenuit, quod
ſi quis præſtiterit opem alicui, vt virgo à
domo parentum rapiatur etiam ea vo-
lente ſic pęna mortis capitalis ferięndus,
inquiens hoc caſu ius ciuile per canoni-
cum non eſſe correctum.

183 Has annotauimus declarationes pro
materiæ exornatione. Nunc autem con-
ſtituamus quò ad huius noſtri indultus
materiam per ſecundam, tertiã, & quar-
tam ampliationem ponderari poſſe, &
hunc indultus caſum extendi, ac inter-
petrari debere, ſecus autem per primam
& hanc quintam ampliationem, vt pa-
tet ad ſenſum.

184 Nam quamuis delicti exectabilis qua
litas exigeret rapientes, ſocios, ac fau-
tores comprehendi debere, tamen, quia
ſtupratorum, & raptorum delictum elt
contemplatum ad inſtar perſonæ con-
185 templatæ in donatione, arg. tex. in l. fin.
C. de vſufr. l. cum oportet. C. de bonis
quæ lib. l. filius familias. la 2. ff. de donat.
cau. mortis, de quo diſſerit Bart. in l.
Gallus. §. quod ſi is. num. 2. cum ſeq. ff.
de lib. & poſt. And. in c. 1. num. 12. cum
ſeq. de alien. feud. pater. Mart. Laud.
186 in c. 1. §. ſi duo. verſ. in gloſa, quæ incip.
de fratre, de nouo benef. inueſt. & Me-
noch. in præſumpt. 28. per totum. lib.
3. quaſi artificis induſttia ſit electa. l.
intet artifices. ff. de ſolutio. arbitramur
hanc indulgentiam de ſtùpratore, &
non de raptore intelligendam eſſe.

187 Pręterea, & eodem modo de conſcijs,
ſociantibus, ac fautoribus interpetran-
188 dam eſſe exiſtimamus, tum quia indul-
tus loquitur de vſu venereo cum monia-
li conſumato, & ſic caſus in ſocio, con-
ſcio, fautore, opem præſtante nullo pa-
cto conſiderari poteſt.

189 Eoquè maximè, quòd quando per ſta
tutum imponitur pęna delictum debet
eſſe conſumatum. Caſtr. & Rom. in l. 1.
ff. quod quiſque iur. in fin. Bart. in l. 1. §.
diuus. ff. ad l. Corn. de falſ. Afflic. in de-
190 ciſ. 276. nume. 3. Tum quia loquitur de
quodam actu perſonam concernente,
qui dum perſonam ſociorum, fautorum,
ac opem præſtantium non concernat
nõ poteſt per ipſos explicari, cum actus
requiſitus à lege, vel ſtatuto per verba
denotantia propriam perſonam nõ po-
teſt per alium explicari. ſecundum glo.
in verſ. in cap. tex. in clem. 2. de ætate,
191 & qualitate. Vlterius, vt verborum pro-
prietas per legislatores adhibitorum
ſeruetur. l. 1. §. ſi is qui nauem. ff. de exer-
cen. actione. l. non aliter. ff. de leg. 3. & vt
materia odioſa reſtringatur. l. cum qui-
192 dam. ff. de lib. & poſth. in quantum ſit
poſſibile. l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. matr.
193 ſicuti in hoc caſu excluſiuo odioſum in-
dultum eſſe concludimus.

194 In ſumma ſi hic indultus voluiſſet cõ-
prehendere ſocios, conſcios, & fauto-
195 res non dixiſſet, excludimus vſum vene-
reum cum ſanctimoniali in habitu, &
alias intra monaſterium degente, ſed de
ſocijs

Digitized by Google

ſocijs opem præſtantibus, ac fautoribus
expreſſiſſet, at non dixit ergò noluit. l.
vnica.§.ſin autem.C.de caduc. toll.l. tale
pactum.§.fin.vbi glo. ff.de pactis, quam
gloſ. procedere in quacunque diſpoſi-
tione, & pręcipuè in contractibus, re-
ſcriptis,& vltimis volũtatibus, poſt Ga-
br. dixit D.de Anna filius in conſil.9.nu.
51.& 82.num.23.
196 Hanc eandem concluſionem ſic am-
pliaram limitabimus primo, quòd hic
197 indultus non intelligatur de cognoſcẽ-
te Moniales infra annum profeſſionis,
nam cum non ſit elapſus annus, qui di-
citur tempus approbationis, ſicuti no-
tatur in auth. ingreſſi.C. de ſacroſ. Eccl.
non poterit dici profeſſionem feciſſe,
nec tacitam, nec expreſſam, & dum ca-
ret velo profeſſionis, & conſecrationis
198 non erit propriè monialis, Ex quo con-
ſequitur, quod non diceretur monialem
cognouiſſe ſecũdum Afflict. in d. conſt.
num.5.& Decianum in præcitato tit.nu.
199 13. & ideò inferimus hunc ab huius in-
dultus munificentia, ac largitate mini-
mè excludendum.
200 Secundo limitabimus hanc indulgen-
tiam non excludere deoſculantem mo-
nialem, vt attenta proprietate verborũ
ipſius indulgentiæ aliud affirmare ne-
quimus, eoquè maximè, quòd in talem
201 pæna extraordinaria eſſet inferenda,
quia non erit crimen pæna mortis natu-
ralis dignum. ſic Afflict. tam in d.conſt.
ſi quis rapere.num.8.quam in deciſ.276.
de quo meminit Decianus in tit. ſæpius
citato.num.16. Gram. in deciſ. 48. & d.
Præſes de Franchis in deciſ. 333. vnde ſi
pæna extraordinaria is puniendus eſſet,
quarè in hoc principali indultu nõ eſſet
comprehendendus.
202 Tertiò limitatur hunc indultum non
excludere monialem vi, vel metu à pa-
rentibus, vel fratribus illato in monaſte-
rium, & Religionem ingreſſam, nam cũ
203 ex metus, & vis probatione ingreſſus, &
inde matrimonium illud ſpirituale vitie-
tur, vt eſt glo.ſingularis in c.præſens cle-
ricus.20.q.3.& eam extollit Iaſ.in §.qua-
drupli. num. 62. inſt. de act. ſic in termi-
nis tex. in l. vnicæ. C. de raptu. virg. vo-
luit Hyp. ibi. ſub num. 43. & in ſingulari
ſuo 346. incip. matrimonium.relati per
204 Decianum in dicto tit. num.8. non enim
minus vitiatur ingreſſus, ac profeſſio.c.
cum virum, vbi Ioannes And. extrà. de
regular. Imola in l. ſi cum dotem. §. eo
autem tempore.nume.15. verſic. tamen
ſecus erit.ff.ſol.matrimonio, vbi quoque
Alex. col. pen. Iaſ. in auth.ingreſſi.col.
1.C.de ſacroſ. Eccl.cap.1. vbi Abb. poſt
205 gloſam. extrà. quod met. cau. vnde vi-
detur eam reduci ad non cauſam, & ti-
tulus ad non titulum. arg. text. in l. 4. §.
condemnatum.ff.de re iud. & l. non pu-
tauit.§. non quæuis. ff. de bonorum poſſ.
ſecundum tabul. non meretur in mo-
nialium numerum collocari vi, metuſq;
adactam ad religionis ingreſſum,& pro-
pterea cognoſcens talem ab huius edi-
cti beneficio non excluditur.
206 Sed non abs re eſſe putamus, ſi admo-
nemus, quod proteſtari debet Virgo,
quando ingreditur, vel profitetur illum
actum facere per vim, & metum, nam
talis proteſtatio multum prodeſt. Paris.
207 in conſil.65.numer.18.cum ſeq. vol. 4.&
ſic conſulit Decianus in loco, & numer.
præmonitis inquiens ſic practicaſſe, &
Venetijs obtinuiſſe.
208 Quarto limitamus hũc indultum ſuũ
non obtinere locum in cognoſcente cõ-
209 uerſam, nam quamuis dicantur profeſ-
ſæ, & religioſæ, & ſic qualitates habitus,
& habitationis intra monaſterium ab
hoc indultu requiſitæ ineſſe in ea videan
210 tur, cęteræque monialium qualitates, ta-
men quia ex monialium appellatione
propriè, & verè non veniunt, vt per pul-
211 chrè reſpondit Feder. de Senis in conſ.
213.incip. ad vltimum. Adeò, vt diſpo-
ſitio merè odioſa loquens de monaco
non habeat locum in conuerſis. Abb. in
c. non dubium. de ſent. excom. Boſſ. in
tit. de coitu damn. punibili. in finalibus
verbis non comprehenditur hic vſus ve-
nereus cum cõuerſa habitus in indultu.
212 Quibus ſubiungendum eſſe putamus,
quod hæc l. indulgentialis ſuũ non por-
rigeret effectum ad hunc caſum tanquã
fictum,

fictum, & improprium, contra regulam,
213 quod lex debet intelligi in caſu vero, & proprio, & non in caſu ficto, l. qui ad certum. ff. locati l. 3. §. hæc verba. ff. de nega. geſt. notatur in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.

214 Quintò limitabimus hunc indultum non procedere incognoſcente Bizocharas Sancti Franciſci, aliorumque ordinũ, ac titulorũ, de quib. in c. cauſam q̃ extrà. de Elect. & tractat Cardin. in clem 2. §. 1. q. 2. de ſtatu monac. aliqua per Carroc. poſt hæc ſcripta viſum in caſu 76. Quę cũ non ſint propriè moniales, nec ſub eatũ appellatione compræhendantur, conſequens eſt, vt hic caſus ab hoc Indultu minimè excludatur.

215 Sextò, & vltimò limitabimus hunc noſtrum regalem indultum, vt non procedat, ſi quis vſum venereum haberet cum moniali extrà monaſterium, nam cum ſit qualitas, quæ ab Indultu exigitur copulatiuè, vt ex eiuſdem lectura ſecernitur, deſcendit, vt non ſit caſus in hac indultus parte excluſiua compræhenſus, & cum ceſſet qualitas ab indultu requiſita debet ceſſare, & eius diſpoſitio.

216 Quam concluſioné multò fortius amplexandam eſſe arbitramur in conuerſis & Bizochariis.

217 Licet verum ſit, quod ſi tractaretur de pœna contra talem criminoſum inferenda grauiori eſſet pœna feriendus ratione quoque loci. arg. tex. in l. aut facta §. 1. & §. locus. ff. de pœnis, & dixit Decianus in d. tit. de cognoſcente moniales, n.
218 13. nam vbi delictum eſt graue grauior debet eſſe punitio. c. excommunicamus. §. credentes. verſ. ſanè. de Hæret. in 6. Bermondus de publ. concubinariis. in tit. de ſacrileg. num. 2.

219 Hiſce tamen ſubnectimus, quod licet cognoſcens monialem committere dicatur ſtuprum, adulterium, ſacrilegium, & inceſtum, vt ſupra demonſtrauimus, & ſic plura videantur delicta perpatrata, tamen quia plura ſunt delicta noie tñ ac diuerſa, reſpectu tñ accuſationis, non autem effectualiter in ſubſtantia punietur propterea pœna mortis dumtaxat pro omnibus.

220 Et rõ quia minora delicta confunduntur ſub maiori. Accurſ. notabiliter in l. q. de crimine. vbi Doct. cõiter. C. de acuſ. voluit Bart. in l. quemadmodum. §. illud. ff. ad l. Aquil. in l. inficiando. §. infans. ff. de furtis. Bal. in l. aduerſus. in fine. C. de furt. in l. diuortio. in fine. col. 2. ff ſol. mat. & in l. quicunq; col. 1. C. de ſer. fugit. cum aliis cumulatis per Marſil. in d. l. 1. n. 38. D. Anna pater, in conſtitutione ſi quis aliquem, n. 82. cum ſeq. & diſputauit Grill. de pęnis omnifariã coitus. q. 1. n. 12. cum ſeq. qui ſub. nu. 16. declarat glo. opin. in
221 c. virginibus, 27. q. 1. quã notatu dignam eſſe conſulimus. inde fit, vt cõdemnatus ex vno reus ipſe à cæteris liberetur. c. relegãtes. 23. q. 5. gl. in d. c. virginib. 27. q. 1.

Et rõ huius concluſionis ea affert, qa
222 pœna ſemel cõmiſſa, & executa in corpore amplius reiterari non poteſt, qa mors
223 vnica eſt, q̃ oĩa ſoluit. §. deinceps. in auth. de nupt. ſic Bart. in l. vulgaris. per illum tex. ff. de furt. & in l. ſi adulterium cum inceſtu. col. 2. ver. ſed qd releuat. ff. de adul. q̃ cõcluſioné ſic interp̃tari dẽre ſuadem'.

224 Primò ſi de plurib. criminib. vnus, & idem accuſator vellet eundẽ reum impetere, nã ab vno non poſſet diuerſimodè ex eodem facto vexari, ſed benè à plurib. Bart. in d. l. qui de crimine, exceptio. n.
225 rei iudicatæ ſuper vno remouet eundẽ accuſatorem ſuper alio proſequentem, Sic Grill. loco præallegato, num. 14.

226 Secundò eadem concluſio daclaratur, qđ nõ procedat, ſi plura delicta dato tps interuallo, ac inter capedine inter vnum, & aliud delictum committerentur, qm̃ tunc omnia delicta ſingulatiter punirentur pœna tali delicto condecenti, nec pœnæ ſub maiori confunderentur. ſm̃ Bald. in c. 1. §. iniuria. col. 5. verſ. quæſiuit. Iac. Butr. de pace iur. firm. & in l. 2. verſ. & prędicta vera, & verſ. & idẽ dico. C. de accuſ. Salic. in l. penult. in 6. q. C. eo. Aret. in cõſ. x. incip. Caſus talis eſt, Quidã titius. col. pen. verſ. dico. latius. per Bologn. in ſuo conſ. 8. col. 5. & 6. quorũ meminit Marſil. in d. l. vnica. n. 38. verſ. ſed prædicta oĩa. In ſumma ex his probatum credimus

227 quã deteſtabile crimen ſit vſus venereus cum ſanctimoniali, quarum tantam curam habet Dñs Deus noſter, vt nedum à
228 propria monaſterij clauſura exire prohibeantur. c. 1. de ſtatu monach. in 6. & cle. 2. eod. tit. verum ne cum aliis quidem religioſis viris ſine ſufficienti teſtimonio colloquia habere permittantur. c. diffinimus, 18 q. 2.

Reliquũ eſt, vt poſtremò aduertamus,
229 quod hic indultus excludit viſum venereum cum moniali, ſub hiſce verbis, vſum venereum cum ſanctimoniali in ha
230 bitu & alias intra monaſtrerium degente, ex quibus elicitur, quod vt quis ab huius indultus munificentia excludatur requiratur duplex qualitas, nempè,

Primà, quod ſit monialis in habitu, & conformẽ ſe reddit cum tex. in c. ſi quis
231 rapuerit. 27. q. 1. ibi, monacam, vel aliã mulierem religioſam vitam, vel habitũ habẽtem, & edocuimus ſupra ſub. n. 159. cum ſeq. Et ſecunda, quod intra monaſterium, eiuſquè clauſtra vitam degat,
232 quia ea propriè dicitur monaca, quæ intra monaſterium viuit, vt dicit glo. in verſ. monacam. præcitati tex. in c. ſiquis
233 rapuerit, de quo tex. verba facit. Boſſ. in tit. de coitu damn. punibili. nu. 79. cum ſeq. Pro inde ſi vnum ex his in facto deficit reũ ab hoc indultu excluſum nequaquam eſſe de iure arbitramur, & hæc quò ad huius ſacrilegij crimen dixiſſe ſufficiat.

Et quoniam grauiſſimum delictum il-
234 lud eſſe demonſtrauimus, mirum non eſt ſi ab hoc Indultu excludatur, cum ſemper in grauiſſimis delictis ſit facienda
225 interpretatio in deterius. Abb. in c. at ſi clerici. in fine principij, extrà. de iudic. recenſitus per Boſſ. loco antedicto, num. 82. Quarè à tam graui crimine omnino
236 iuuenes abeſſe ſuademus.

SVMMARIVM.

1 *Spoliatores viatorum, ſeu ſtratarũ diſrobatores committẽtes recactũ excluduntur ab indultu, num. 22.*
2 *Libertati humanæ nihil magis contrarium, quem tutà itinera non eſſe.*
3 *Latrocinium eſt actro delictum.*
4 *Latrocinium eſt maius furto.*
5 *Homicidium à latrone factum maius eſt homicidio alterius.*
6 *Ad Regem ſpectat Regna à bellicis externis turbationibus in pace tueri.*
7 *Regis eſt onus itinera tenere tuta.*
8 *Regum eſt officium oppreſſos defendere, & ciuiles ſedare diſcordias.*
9 *Reſpublica læditur per diſcordias.*
10 *In bello ciuili abſcindi debent nerui ciuitatis.*
11 *Ciuilis diſſentio deſiccanda.*
12 *Imperatorum proprium eſt affectione paterna ſubditos diligere tãquã filios.*
13 *Nepotes non poſſumus dulciori nomini appellare, quàm filios.*
14 *Princeps eſt pater patriæ, quod quomodo intelligendum, nu. 15.*
16 *Princeps debet ſubditorum quomodo inueſtigare.*
17 *Prĩceps dẽt ſubditorũ dãna remouere, bonũ Reipub. ſtatum, & dignitatem Imperij ſuo ingenio augere.*
18 *Princeps augens Rẽpub. auget ſe ipſum*
19 *Princeps eſt in Repub. ſicut in capud, Reſpub. in principe. ſicut in capite.*
20 *Prælatus in eccleſia eccleſia in prælato.*
21 *Reſpublica, & princeps idem ſunt.*
22 *Rex nr̃ Inuictiſſ. diligit tult ſubditorũ, ita vt nil in alorũ iniuriã cõmictat.*
23 *Itinerantib. vim fieri quilibet offic. debet prohibere.*
24 *Rep̃ſalia iure ebi dictæ pignorationes.*
25 *De repræſaliis remiſſiuè.*
26 *Repræſaliæ num concedantur contra ambaſciatorem.*
27 *Ambaſciator debet eſſe ſecurus in loco, ad quem deſtinatur, & per itinera.*
28 *Latronũ ſpecies plures dantur in iure.*
29 *Fur ſimplex quis dicatur de iure.*
30 *Fur famoſus quis ſit.*
31 *Latro ſimplex num dicatur is, qui palam, & in ſtrata publica, vel in ſiluis furatur.*
32 *Latro ſimplex num dici poſſit, qui eſt diurnus. ſed clam furatur.*
33 *Et nũc is, qui cũ vi, aut armis furatur.*
34 *Latro famoſus quis namquè dicatur.*

35 Latro

35 Latro famoſus num dicatur is, qui cum armis aggreditur, & vi aufert.
36 Gloſa in verſ. fures, tex. in auth. ſed nouo iure. C. de ſeru. fug. declaratur.
37 Gloſa intelligi debet ſecundum tex. quē allegat.
38 In tex. l. capitalium. §. famoſos. ff de pœnis de fure, an verò de latrone loquatur.
39 Plura committens furta non vi, non armis, nec in ſiluis, num famoſus latro appellari poſſit.
40 Famoſus latro quare dicatur.
41 Regula debet eſſe generalis.
42 Famoſus latro num dici poſſit, qui inſignis ſit circa tale latrocinij criminum.
43 Graſſatores qui dicantur, & nu. 44.
45 Graſſatores dicuntur .i. ad malum nitentes.
46 Graſſor .i. nitor ad malum.
47 Graſſor idem quod ſæuire.
48 Graſſor idem quod crudeliter agere.
49 Crudelitas ſiuè inuaſio graſſatura dicitur.
50 Graſſaturæ quare dicantur, quæ fiunt à latronibus in nemore.
51 Fures qui dicantur.
52 Latrones qui dicantur, concluditur.
53 Latro publicus num differat à fure nocturno.
54 Latro publicus quis dicatur.
55 Fures nocturni qui propriè ſint.
56 Fures nocturni dicuntur depopulatores agrorum.
57 Fur nocturnus num poſſit impunè occidi, differitur, nu. ſeq. 58.
59 Fur nocturnus recedens, vel aufugiens cum rebus num poſſit impune occidi.
60 Periculum num ſufficiat in caſu tex. in l. furem. ff. ad l. Corn de ſicar.
61 Fur diurnus num poſſit impunè offendi.
62 Fur nocturnus grauius committit delictum propter temporis qualitatem.
63 Fur diurnus quarè impunè non poteſt regulariter occidi.
64 Non omnis adulter occidi poteſt.
65 Timor iuſtus latronum eſt, ſiue ſit de iure, ſiuè de facto.
66 Timor iuſtus in latrocinante exemplificatur ab authore.
67 Latro inſidians num iure licito occidi poſſit.
68 Aduerſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere.
69 Iure euenit, vt quod quiſque ob tutelam corporis ſui fecerit, iure feciſſe exiſtimetur.
70 Vim vi repellere licet.
71 Natura comparatum eſt vim vi repellere.
72 Vis vi num repelli liceat reiiciendo.
73 Vis vi repelli poteſt incontinenti, & cum moderamine inculpatæ tutelæ.
74 Vis vi num repelli poſſit per defenſionem perſonæ tantum, an verò etiam pro defenſione rerum.
75 Latro quare poſſit impunè occidi redditur ratio.
76 Poſſidenti num liceat vim vi propulſare pro recuperanda, vel tuenda poſſeſſione.
77 Vlciſcendi cauſa non licet vim vi repellere.
78 Deiectus duplex habet remedium.
79 Deiectus poteſt reſiſtere de facto, & ſecundo via iudiciaria, num. 80.
81 A violentia, vi publica, vel priuata qualibet leuis cauſa excuſat.
82 Atrox iniuria requiritur, vt poſſit inquiri, & procedi de violentia, vi publica, vel priuata.
83 Quis verè debet inferre iniuriam, vt de violentia teneatur.
84 Quando quis de violentia puniatur, edocetur.
85 De vis materia remiſſiuè.
86 Vim vi repellere multò magis licebit aduerſus milites, & agrorum nocturnos depopulatores.
87 Tex. in l. prima. & ſecunda C. quando lic. vnicuique ſine Iudice ſe vendicare. expenduntur.
88 Furtum furum nocturnorum odioſius à lege exiſtimari indicat author.
89 Fures nocturni qua pœna ſunt puniendi.

90 Conſtare debet de diſrobatione, vt procedi poſſit contra fures, & num. 110.

91 Inquiſitio regulariter eſt prohibita.

92 Nemo ſine accuſatore punitur.

93 Inquiſitio particularis contra certam perſonam non eſt probibita.

94 Generalis inquiſitio in quibus caſibus permictatur remiſſiuè.

95 Contra famoſos latrones diſrobatores ſtratarum num poſſit procedi ex officio, & per inquiſitionem.

96 Iudex non poteſt procedere ex officio, & per Inquiſitionem non præcedentibus indiciis, vel fama publica.

97 Sola fama publica ſi præcedat num latro poſſit torqueri.

98 Contra latrones diffamatos teſtes viles num admictantur.

99 Latrones num gaudeant immunitate Eccleſiæ.

100 Aduocatus nõ admictatur pro graſſatoribus.

101 Latrones condemnati num poſſint appellare.

102 Declinatoria fori competit, vel ratione loci, vel ratione originis, vel domicilij.

103 Declinatoria fori in criminalibus quando competat remiſſiuè.

104 Latrones num babeat declinatoriam fori.

105 Vagabundi num babet declinatoriam fori diſcutitur.

106 Latrones ſunt diffidati, & banniti.

107 Latrones poſſunt à quocunque impunè occidi.

108 Latrones poſſunt vbicunque locorum reperiantur puniri, licet illi foro non ſint ſubditi, & num. 109.

110 Latro; vt puniatur num ſufficiat proceſſus, & imputatio, an verò debet prius conſtare delicto.

111 Delinquentes in mari à quo ſunt puniendi.

112 Præſtans opem tenentur eadem pœna, qua tenetur principalis.

113 Præſtans opem, & fauorem furibus num teneatur, ſicut fur.

114 Quid autem in præſtante opem latronibus in ſtrata diſrobantibus; & quid in furibus nocturnis, num. 115.

116 Delictum grauius eſt eius, qui clam furatur, quàm qui palam, num. 117.

118 Commictens robariam num grauiter delinquat.

117 Robaria eſt verbum vſuale.

120 Robaria verbum debet intelligi ſecundum quod vulgus intelligit verba materialia, & groſſa.

121 Iura loquentia in furto num vendicent ſibi locum in robaria, & rapina.

122 De furti materia remiſſiuè.

123 Furtum omni iure probibitum.

124 Iudici num tribuatur facultas leges tranſgredi in boc furti crimine, diſcutitur num. 125.

126 Inquiſitus de furto in ſtrata publica, ſed non derecactu, num excludatur ab boc indulto.

127 Verba in boc tex. adiecta; commictentis recactum, ſtant loco clauſulæ.

128 Clauſula debet ad præcedentia ſigillatim referri.

129 Participij natura eſt aliquid præcisè demonſtrare.

130 Indultus iſte num requirat copulatiuè, quod quis ſit ſpoliator viatorum, & quod commiſerit recactum.

131 Qualitates requiſitæ à ſtatuto non dant ſpeciem delicto, nec alterant l. loquentem de delicto in genere, num. 132.

133 Qualitates per ſtatutum requiſitæ quando dant nouam l. alterant ipſam l.

134 Mens Regis noſtri Inuictiſſimi eſt, vt ſecuritatis, ac pacis fidelium ſtatus non eludatur.

135 Subditi quando tutè, ſeu liberè nequeunt per loca ambulare ingemiſcunt.

Spo-

Spoliatores viatorum, ſeu diſ-robatores ſtratarum committentes recactum.

LIMITATIO VIII.

CAPVT XXXV.

1 ANnectitur hoc in loco
alius caſus ab hoc no-
ſtro Regali indultu e-
tiã excluſus, putà ſpo-
liatores viatorum, ſeù
diſrobatores ſtratarũ
committẽtes recactũ,
caſus profectò dignus qui ab hoc Indul-
tu Regio excludatur.
2 Nam quid magis libertati contrarium
humanę, Quid humani generis commer-
cio poteſt eſſe odioſius, quàm tutò iter
propriæ ditionis loca haberi non eſſe
permiſſum? Quid inhumanius, quàm pu-
blicæ libertatis, ſecuritatisuè beneficio
vti non poſſe homines, ſed vita, & fortu-
nis interdum omnibus à facinoroſis ho-
minibus orbari?
Mirum propterea non erit, ſi tales via-
torum ſpoliatores, ſeù diſrobatores ſtra-
tarum committentes recactum, vt indi-
gnos hic noſter generalis indultus à ſua
clementia excludat.
3 Eſt enim atrox delictũ, vt dixit Gram-
maticus in deciſ. 38. num. 12. cùm latro-
4 ciniũ ſit maius furto, ſicut homicidium
5 à latrone factum maius eſt homicidio al-
terius, vt notatur in auth. ſed nouo iure,
C. de ſeruis fugit. l. 1. & 2. C. quando lic.
ſine iud. vind. Abb. in conſ. 25. num. 1. in
fine, vol. 1. Dec. in lib. 9. ſub tit. de latro-
nibus, & piratis, num. 13. & ex infrà di-
cendis melius apparebit.
6 Nam ad ſapientem, & bonum Regem
ſpectat, Regna ſua nedum à bellicis ex-
7 ternis turbationibus in pace tueri, verũ
etiam itinera ditionum ſuarum tenere
tuta, vt dixit And. in Conſt. Regni, ſuper
inciſionibus, col. 2. verſ. ſed de robaria,
in cõſt. ſi damna, col. 1. relatus per Gram.
in dec. 47. num. 2. maximè tempore nun-
dinarum, vt inquit Franc. Marcus in dec.
415. nu. 3. par. 2. alias teneretur ad emen-
dam, l. ne quid. vbi Bart. ſub nu. 2. cæteri-
què, ff. de incend. ruina, & naufr. latè And.
in d. conſt. ſi damna. col. 1. Archid. in c. ſi
quis peregit nos, 24. q. 3. Bald. in c. 1. verſ.
extrà quæro, qui feu. dare poſſ. & in c. 1.
§. conuenticulas, verſ. ſed iſtud eſt, de pa-
ce iuram. firm.
8 Quo circa officium Regum eſt oppreſ-
ſos defendere, c. Regum, 23. q. 5. & ciuiles
9 ſedare diſcordias, per quas ſæpe læditur
Reſpublica, l. ſi quis ingenuam, §. in ciui-
bus, ff. de capt. & poſtlim. reuer.
10 Qua ratione Bal. in l. 1. not. 1. C. de cad.
toll. dixit, quòd in bello ciuili abſcindi
debent nerui ciuitatis, ideſt magni ciues
ad ſimilitudinẽ arborum, vt ciuitati ad-
ueniat ſpaſmus, nã ſicuti arbores, ſi ſcin-
11 derentur per medium, vel præſcinderen-
tur eius rami, citò exiccantur, ſic & ipſa
ciuilis diſſentio, quæ, vt dicebat quidam
ſapiens Ianuenſis, eſt in ciuitate vt ver-
mis ingreſſus in caſeo, ſecundum Bal. in
12 pręcitato loco, etenim propriũ eſt Impe-
ratorum diligere affectione paterna ſub-
ditos tãquam filios, & nepotes, quos non
13 dulciore nomine poſſumus appellare,
quàm filios, l. liberorum, in fi. ff. de verb. &
rer. ſign. l. ſi quis filium, C. de inoff. teſta.
14 cum Princeps ſit pater patrię, ſecundum
Senecã in lib. 1. de clementia, c. quod er-
15 gò officium eſt, ideſt illorum, qui ſunt in
patria, & ſic ſubditorum, quantũ tamen
16 ad gubernationẽ, & ideò debet benè vel-
le ſubditis, eorumq; cõmoda inueſtiga-
re, quia ea propria reputat imperialiter,
d. l. 1. in fine. C. de cad. toll. §. cogitatio,
verſ. cogitauimus, in auth. vt iudices ſine
17 quoq; ſuffr. Subiectorum damna remo-
uere, bonum Reipublicę ſtatum, & digni-
tatem Imperij ſuo ingenio augere, l. ob-
ſeruandum, ff. de off. præſ. tum ob ſub-
ditorum cõmodum, cum ob coronæ Im-
18 perialis augumentum, nam cum auget
Rempublicam, auget ſeipſum, ex quo
19 Princeps eſt in Republica ſicut in caput,
& Reſpublica in Principe, ſicut in capi-
te, ſecundum Senecam in d. tract. de cle-
mentia,

20 mentia, lib. 1. in princ. ſicut Prælatus in
Eccleſia, Eccleſia in Prælato, c. ſcire de-
bes, 7 q. 1. c. cum clerici, vbi glo. finalis,
21 extrà, de verb. & rer. ſign. Idem enim eſt
Reſpublica, & Princeps, l. non eſt ambi-
gendum, ff. de bon. poſſ. And. docuit la-
tius in cap. 1. num. 1. de prohib. alien. per
Lothar.
22 Quamobrem, quia Rex noſter Inuictiſ-
ſimus diligit iuſtitiam ſubditorum, ita vt
nil in aliorum iniuſtitiam cõmittat, c. ex
tenore, extrà, de foro comp. ſancitum in
hoc ſuo regali indultu expreſsè voluit,
vt tales ſpoliatores viatorum, ſeu diſro-
batores ſtratarum, committentes reca-
ctum nullo pacto eius beneficio gaudere
poſſint, vt optimi, ac recti Principis
mens omnibus pateſiat.
23 Cuius exemplo inferimus, quòd quili-
bet officialis debet prohibere vim fieri
itinerantibus, l. quibus diebus, vbi Bal. ff. de
cond. & demonſt. dixit Paris de Puteo in
tract. de ſind. in verſ. iudex, c. 2. num. 33.
verſ. officialis, fol. mihi 296. in paruis.
24 Quia de te. ſi locus eſſet repræſalijs de
iure communi, dictæ pignorationes, §. 1.
in auth. vt non fiant pignorationes, c. & ſi
25 pignorationes, de iniur. & damno dato,
lib. 6. c. Dominus noſter, 23. diſt. 2. de qua
per Bal. in auth. & omnino, C. ne vxor pro
mar. per Inn. in d. olim, extrà de reſt. ſpol.
per Guid. Papam in deciſ. 32. & 33. & per
Bart. in tract. de repræſalijs, & poſt eum
latè per Io. Iacobum à Canibus, & Marti
num Garatum in tract. tomo 12. non ta-
26 men admittentur contra Ambaſciatorẽ,
27 qui cum neceſſarium ſubſtineat officiũ,
debet eſſe ſecurus tam in loco, ad quem
deſtinatur, quàm etiam per itinera eun-
do, & redeundo, l. fin. vbi Bart. ſic voluit
ſub num. 1. ff. de legat. glo. in l. 2. §. legatis,
ff. de iudicijs, dixit Franc. Marcus in præ-
citata dec. 415. num. 2.
His ergò ſic præhabitis pro ratione
huius caſus ad eius cognitionem diſcu-
tiendũ putamus, quàm ſit graue, ac atrox
28 delictum ſpoliare viatores, ſeu ſtratas
diſrobare cõmittendo recactum, vt ver-
bis huius indultus vtamur. Proinde ad-
uertimus plures in iure latronum ſpe-
cies recenſitas reperiri.
Quidam enim ſunt fures ſimplices,
Quidam famoſi, Quidam latrones ſim-
plices, Quidam latrones famoſi.
29 Fur ſimplex eſt ille, qui ſemel tantum
clàm, vel de nocte ſine armis furatur,
Auth. ſed nouo iure, verſ. fures, C. de ſer-
uis fugit. § quia verò, coll. 9. in authent.
vt nulli iudic. l. 1. ff. de furtis, §. furtum
autem, inſtit. de oblig. quæ ex delic. naſc.
dixit glo. in verſ. ſurrepta. in fine, tex. in
l. cum duobus, §. damna, ff. pro ſoc. & vo-
luit Cœpolla in d. authent. ſed nouo iure,
num. 46.
30 Fur autem famoſus dicitur is, qui con-
ſueuit furari, d. §. fures, glo. in verſic. ſeu
furtum, tex. in c. 1. §. iniuria, de pace te-
nenda, putà bis, vel ter, l. 3. in fine, C. de
Epiſcopali audientia, glo. in verſ. ſæpe,
tex. in §. quia verò multi, coll. 7. in auth.
de teſtib. conferunt notata per Doctores
in l. de quibus, ff. de legibus, & per Bart.
& Doct. in l. 1. C. quomodo, & quando
iudex, Cœpolla in præmonito loco, nu-
mero 47. & ante eum Bart. Ang. & Bald.
in princ. col. 2. & in col. 3. plures coacer-
uat Iaſ. & ante eum Ang. in §. ex maleſi-
cijs, num. 5. cum ſequenti. & Camp. in c.
Regni 10. incip. Ad hoc, ſub tit. de furtis,
num. 31. 55. cum ſeq. & 60. & Boſſ. in tit.
de rapinis, num. 21.
31 Latro ſimplex dicitur ille, qui palam,
vt in ſtrata publica, vel etiam in ſiluis fu-
ratur, glo. in l. 1. ff. dep. & in dicta l. cum
duobus, § damna, ff. pro ſocio. & poteſt
32 adhuc dici latro ille ſecundum Cœpoll.
loco antedicto, num. 78. qui eſt diurnus,
& clam furatur, §. 1. iuncta glo. in verſ. la-
33 tronem, inſt. ad leg. Aquil. cum vi tamen,
aut armis, vt in d. authen. ſed nouo iure,
§. fures.
34 Poſtremò latro famoſus dicitur ille,
qui pluries palam in ſtrata publica, vel
in ſiluis per vim furatur, l. capitalium,
§. famoſos, ff. de pœnis, Alex. in conſ. 110.
num. 6. incip. ſtante ſtatuto, volum. 4.
35 vel quando cum armis aggreditur, aut
per vim aufert, l. 3. §. aduerſus, ff. de ſe-
36 pulc. viol. & hæc eſt intentio gloſæ in d. §.
furem, ſecundum Caſtr. ibidem, prout ſic

veram

veram credit Cœpolla in d. auth. ſed no-
37 uo iure, num. 50. motus, quòd gloſa ſem-
per debet intelligi ſecundum textum,
quem allegat, ſecundum Bart. in l. non ſo-
lum, §. ſi liberationis, ff. de lib. leg. Ioan.
Andr. in cap. cum tu, extrà. de teſtibus,
Fulgoſ. in l. patronus, ff. de probat. Ideò
quia glo. allegat tex. in d. l. capitalium,
38 §. famoſos, in quo non de fure, ſed de la-
trone diſpoſitum conſtat, ſequitur, vt nos
eidē ſententiæ libentiſſimè adhereamus.

39 Quamuis latrones famoſos illos quo-
què appellitandos eſſe cenſeamus, qui li-
cet non vi, non cum armis deliquerint,
vel in ſiluis publicè diſrobauerint, ſi ta-
men plura furta commiſerint, vt admo-
nuit Andr. in cap. 1. §. publici latrones,
num. 33. de pace tenenda, famoſus latro
dicetur.

40 Dicuntur itaquè famoſi, quia de furto,
vel rapina ſunt damnati. Alber. in l. ſacri-
legij, § ſi quis, ff. ad leg. Iul. pecul. citatus
per Boſſium in tit. de furtis, num. 36.

41 Sed hæc Alber. doctrina nobis ſemper
non eſt viſa generalis, prout regula, de-
bet eſſe, l. 1. vbi Doct. ff. de reg. iur.

42 Vnde famoſus dici poterit latro, qui
inſignis circa tale crimen ſit, ſpoliando
viatores, ſtratas diſrobando, committen
do recactum, & qui furandi cauſa plura
homicidia patrauerit, quos, quia prædæ
43 cauſa talia committunt, ac faciūt, ſi cum
ferro aggrediantur, vt ſpolient, ſi ſæpius
in itineribus hoc admiſerint, Graſſato-
res dici exiſtimamus, per textum in di-
cta l. capitalium, §. graſſatores, ff. de pœ-
44 nis, maximè ſi armati more latronum id
egerint, aut manu armata aggrediūtur,
aut cadauera ſpoliant, nam aduerſus eos
præſides ſeuerius interuenire ſolent, l. 3.
§. aduerſus, ff. de ſepulchro viol.

45 Dicti graſſatores. i. ad malum nitētes.
Vnde inquit Accurſ. in ſcholio, in verſic.
graſſatores, præcitati tex. in §. graſſato-
46 res, graſſor. i. nitor ad malum, vel dicun-
47 tur à graſſor graſſaris; quod eſt ſæuire,
vti declarat glo. in verſic. à graſſaturis,
textus in cap. aut facta, de pœnitentijs,
48 diſtinctione 1. vel crudeliter agere, im-
probè in aliena ſæuire, aliena inuadere,
ſecundum Archidiaconum in cap. mili-
tare, num. 2. verſic. traſſetur. 23. quæſt. 1.
49 vnde graſſatura dicitur talis crudelitas,
talis inuaſio, c. non ſatis, in fine, vbi not.
86. diſt.

50 Et ob id graſſaturæ dicuntur, quę fiunt
à latronibus in nemore, ſecundum præ-
citatam glo. in verſ. à graſſaturis, ex quo
crudeliter inſurgunt contra tranſeuntes,
eoſquè interficiunt, & ſpoliant, ſecūdum
Archidiaconum loco præcitato relatum
per Cœpollam in d. auth. ſed nouo iure,
num. 103.

51 In ſumma qui occultè, & ſine armis fu-
52 rantur fures dicuntur, qui verò violen-
ter aggrediuntur, aut cum armis, aut ſi-
ne armis, aut in domibus, aut in itineri-
bus, aut in mari latrones nuncupantur,
d. auth. ſed nouo iure, §. fures, C. de ſeruis
fugit. & eſt tex. ſumptus de tex. in §. quia
verò, in auth. vt nulli iud. de quibus me-
minit Boſſ. in tit. de rapinis, num. 11. &
ante eum Ang. & Iaſ. in §. ex maleficijs,
num. 5. cum ſeq. inſt. de action.

53 Hiſce autem ſubnectimus Abbatem
in cap. inter alia, num. 5. col. 2. extrà. de
immunitate Eccleſ. tradidiſſe, ſatis di-
ſtare inter ſe latronem publicum, & fu-
rem nocturnum, inquit enim eum dici
54 debere publicum latronem, qui palam,
& publicè furatur publicè ſtantes in ſtra-
tis, & tranſeuntes diſrobantes, in quibus
quidem præſumi ſubdit tales delicta
committentes deliberato propoſito pa-
trata propter aſſuetam conſuetudinem,
per eos in rapinis contractam, ex mente
Ioan. And. Abb. in d. cap. inter alia, col. 6.
inſcripſit, & enodauit Campagna in d. c.
ad hoc. num. 60. ſub tit. de furtis. Quibus
quidem confert tex. in l. 1. C. quando li-
ceat vnicuiquè ſine iud. ſe vindic. in illis
verbis, Ac mortem quam minabatur, ex-
cipiat, & id quod intendebat incurrat.

55 Furem autem nocturnum illum voca-
ri debere ſubiungit, qui obſidentes ſtra-
tam publicam diſrobando tranſeuntes
furantur, ij enim cum clandeſtinè mo-
rentur in loco, & clandeſtinè furentur
56 nocturni dicuntur fures, Quos quidem
Innocent. in eod. cap. inter alia, dixit eſſe
depo-

depopulatores agrorum, cum in nocte
ſegetes deſtruant, ſe abſcondant, commi-
ctant homicidia, rapinas in ſtratis publi-
cis latenter comburant, ac deſtruant il-
lorum agros, qui eis non deſeruiunt, vt
innuit glo. in verſ. popularor, præcitati
tex. in d. l. 1. & deſcripſit Abb. in d. c. inter
alia.

57 De quo fure nocturno verba facit Ca-
ius Iureconſultus in l. itaquè, ff. ad leg.
Aquil. vbi inſcriptum reliquit, lege 12.
tabularum, furem nocturnum deprehen-
ſum occidi permiſſum, vt tamen idipſum
cum clamore teſtificetur. Verum Vlpia-
58 nus Caij ſententiam temperando in l. fu-
rem, ff. ad l. Corn. de ſicar. decreuit ſic in-
quiens, Furem nocturnum ſi quis occi-
derit, ita demum impunè feret, ſi par-
cere ei ſine ſuo periculo non potuit, in-
terdum autem deprehenſum ita permi-
ctitur occidi, ſi is ſe telo defendat, vt ta-
men æquè cum clamore teſtificetur. di-
ſoutit Viuius in deciſ. 146. num. 19. & 20.

59 Quæ quidem ſanctiones, vt iuridicam
recipiant diſpunctionem Accurſij ſcho-
lium recenſeamus, per quod poterit tale
60 negotium diffiniri, dicentes, Furem no-
cturnum nedum deprehenſum, l. ſi pigno-
re, §. furem, ff. de furt. ſed recedentem,
vel fugientem cum rebus poſſe impunè
occidi, licet ſe telo non defendat, ſufficit
enim, quod periculum à lege conſidera-
tum in d. l. furem nocturnũ interueniat.
Hinc glo. ibi exponit periculo perſonæ,
61 vel rerum ſuarum. Diurnum verò furem
non ita facilè admictendum poſſe impu-
nè occidi, ſed ita demum ſi telo reſiſtat,
& perſonę periculum interſit, vel intereſ
ſe poſſit, & procedit tex. in d. l. itaquè,
§. l. 12. tabularum.

Cuius quidem differentię ratio diuer-
ſa colligatur ex eiuſdem Accurſij doctri
62 na, quod ob eam cauſam fur nocturnus
poſſit impunè occidi, quia commictẽ-
do furtum noctis tempore incidit in cri-
men atrocius propter temporis qualita-
tem, ſicq; grauius commictit delictum,
l. Graccus, C. ad legem Iuliam de adult.
ex quo non poteſt fur noctis tempore re-
63 cognoſci, quod ſecus eſt in fure diurno,
qui cùm poſſit accuſari, ac iuſtitia ſub-
miniſtrante puniri non debet ſic de faci-
li occidi, arg. tex. in l. 2. ff. ad leg. Iuliam,
de vi priu.

Cui quidem Accurſij doctrinæ nos fa-
cilè aſſentimus vti iuri conſonæ, nam
64 non omnem adulterum, vel furem licet
occidere, ſed non poſſunt nõ iure occidi.

Qua de re iuſtum metum eſſe teſtatur
Vlpianus in l. nec timorem, §. proinde,
ff. de eo quod met. cau. Sat enim eſt quod
65 timeat quiſpiam de iure, vel de facto,
exemplum adducamus in latrocinante,
66 ſupponamus, quòd quis allegaret larro-
cinantem peremiſſe, eiuſq; voluntatem
inferendæ cædis præcedere nonne iure
cæſum videri difficultabitur? certè ſic,
67 iure enim licito latronem inſidiantem
occidi impunè poſſe ſanxit Imperator
in l. ſi vt allegas, C. ad leg. Corn. de ſicar.
68 Aduerſus enim periculum naturalis ra-
tio permictit ſe defendere, inquit Caius
in tex. l. itaquè ſæpius præmonito, & iu-
69 re hoc euenit, vt quod quiſq; ob tutelam
corporis ſui fecerit iure feciſſe exiſtime-
tur, teſte Florentino in l. vt vim, ff. de iu-
ſtitia, & iure.

70 Hinc vim vi repellere licere omnes le-
ges, omniaquè iura permictunt, l. ſcien-
tiam, §. qui cum aliter, ff. ad leg. Aquil.
71 Idquè ius natura comparauit, vt vis vi
repellatur, & arma propulſentur armis,
vt Caſſius ſcribit in l. 1. §. vim vi, ff. de vi,
72 & vi arm. Nedum reſiſtendo, verum deij-
ciendo, l. 3. §. cum igitur, ff. eod. tit. propè
allegato. Confeſtim tamen, non autem
ex interuallo, vt in citatis iuribus habe-
73 tur, at cum moderamine etiam inculpa-
tæ tutelæ, quod quonam pacto interpre-
tandum veniat, eſt tex. iuncta glo. ac Do-
ctorum doctrina, in l. 1. C. vnde vi, & per
Archid. in d. c. militare, 23. q. 1.

74 Nequè ſolum vim vi repellere licet
pro defenſione perſonæ, verum quoquè
pro tuitione rerum, vt elicitur de tex. in
d. §. cum igitur, declarauit glo. in d. l. vt
vim, & in d. l. itaquè, verſ. latronem, ff. ad
75 l. Aquil. Vnde defluit ratio concluſionis
deſuper per nos conſtitutæ latronem
76 poſſe impunè occidi. Rectè enim poſſi-
denti

denti licet vim vi propulſare pro recu-
peranda, vel tuenda poſſeſſione, dicta l. 1.
77 C. vnde vi, ſi id tamen tuendi dumtaxat,
non autem vleiſcendi cauſa factum ſit,
d. § qui cum aliter, de facto reſiſtendo.
78 Etenim certum eſt, deiecto duplici re-
medio conſultum eſſe, vt edocuit gloſa
ſingularis in verſic. an non. textus in l. 1.
§. hoc interdicto, ff. de itinere, actuquè
prin. & ibi Bart. cęteriquè iuris interpre-
79 tes, nempè extra iudicium de facto reſi-
ſtendo, vt paulò ante admonuimus, vel
80 via iudiciaria agendo pro poſſeſſione
tuenda quam ipſe tenet, vel de recupe-
randa quam quis inuaſit, vt conſiderat
latè gloſa in verſ. faciat, tex. in dicta l. 1.
§. vim vi, ff. de vi, & vi armata. De qua
materia ad doctiſſimũ Menochium nos
delegamus, qui fertiliſſimum inſcripſit
tractatum, de recuperanda poſſeſſione.
Hęc autem pro ratione concluſionis no-
ſtræ attigiſſe ſatis ſit.
81 Verum id aduertendum perutile arbi-
tramur, quòd quando de violentia, vi pu-
blica, vel priuata quis accuſatur, quam-
nis ab ea propter quamlibet leuem cau-
ſam excuſari dicat Plotus per tex. in l.
igitur, ff. de lib. cauſa, cum ſimilibus in l.
ſi quando, num. 283. & 286. C. vnde vi, &
Decius in conſ. 365. in fine, latè doctiſſi-
mus Menochius in tractatu præcitato de
recuperanda poſſ. in remedio 5. num. 57.
82 & contra talem non admictitur inquiſi-
tio, niſi iniuria atrox ſit, etenim vt quis
criminaliter de vi publica, vel priuata
accuſari, inquiri, & puniri poſſit, requiri-
tur quod iniuria atrox ſit, l. 1. §. ad ſolum
autem, ff. de vi, & vi arm. tradidit Baldus
in conſilio 177. incip. Ad euidentiam,
83 circa finem, vol. 3. Immò quod quis verè
inferat iniuriam, Boſſius in tit. de pluri-
bus viol. num. 16.
84 Tamen adhuc verum eſt, quòd tunc
eos pœnas pendere oportet, ſi vim feciſ-
ſent, quæ à maleficio non abeſſet, quod
ſi aliqua rixa ex litibus, & contentione
nata eſſet, aut aliqua vis iuris retinendi
cauſa facta eſſet, & ab his rebus facinus
abeſſet, tunc non conuenit Prætorem,
quod ſeruus iuſſu domini feciſſet de ea re
in liberum iudicium dare, tex. eſt aureus,
quem à nemine quos hucuſque vidimus
allegatum profitemur, excepto Baldo,
à quo didiciſſe fatemur in præcitato con
ſilio 177. num. 7. tex. inquam in l. ſeruus
non in omnibus, ff. de act. & oblig.
85 Demum de ſuperiori vis materia vi-
dendos exhortamur Menoch. in tract. de
arbit. iud. lib. 3. cent. 3. caſu 277. & Man-
tuam in conſ. 213. incip. In pręſenti cau-
ſa, in princ.
86 Ex his itaq; deducimus, ꝙ & ſi vim vi
propria authoritate propulſare ſuperius
viderimus permiſſum, Multò tamen ma-
gis liberam reſiſtēdi facultatem cunctis
tributam eſſe firmamus, vt ſi quis militũ,
vel priuatorum agros nocturnus popula
tor intrauerit, aut itinera frequētata in-
ſidijs aggreſſionis obſederit, nam permiſ
ſam cuicunq; licentiam digno illicò ſup-
plicio ſubiugari, ac mortem, quam mi-
87 nabatur excipiat, & id quod intendebat
incurrere, ſanxere Theodoſius, & Arca-
dius Imperatores in l. 1. C. quando liceat
vnicuique ſine iudice ſe vindicare. Idem
quoque repetiere in l. 2. eiuſdem tit. dum
inquiunt, Cuncti etenim aduerſus latro-
nes publicos, deſertoreſquè militiæ ius
ſibi ſciant pro quiete communi exercen-
dæ publicæ vltionis, indultum.
88 Itaque & ſi exoſum latrocinij crimen
legibus viſum eſt, vt ſupra demonſtraui-
mus, odioſius furum nocturnorum fur-
tum haberi iudicarunt, vti ex Pauli ad-
monitione in l. 2. ff. de effract. elicitur,
dum atrociores eſſe nocturnos effracto-
89 res ſtatuit, ideò fuſtibus cæſos metalli
pœna affligendos eſſe voluit, mitiorem
in diurnis furibus pœnam imponendo,
Nos autem fures nocturnos extrà ordi-
nem audiēdos, ac cauſa cognita punien-
dos decidit Vlpianus in l. 1. ff. de furibus
balnea. de quibus furibus nocturnis me-
minit Affl. in cap. 1. §. ſi quis quinque ſo-
lidos, num. 18. de pace ten.
90 Conſtito tamen de diſrobatione,
non enim ſufficit probare aliquem eſſe
publicum, & famoſum latronem, quia
dicatur in ſiluis homines publicè diſro-
bare, ſed debet conſtare de diſrobatione,

ſic Affl.in c.1.§.publici latrones,num.9.
de pace ten. recenſitus per Campag. in
d.c.ad hoc, num.57.de furtis.

Et quoniam ex ſupra deductis cogno-
ſci poterit quantum ſcęlus per latrones
perpatretur, proinde ſubiungere adhuc
decreuimus quædam ſpetialia huiuſce
delicti.

91 Quorum primum erit, quod quamuis in-
quiſitio regulariter ſit prohibita,ex quo
92 nemo ſine accuſatore punitur, l. reſcri-
pto,§.ſi quis,ff.de muner.& hon. Quando
93 tamen eſt ſpetialis contra certam perſo-
94 nam, ſecus autem generalis,niſi tamẽ in
caſibus notatis in l.2.§.ſi publico, ff.ad
l.Iul.de adult. & in l.nullum. C.de teſtib.
nor.per Bart.in l.cõgnit.ff.de off.pręſid.
95 Tamen cõtra famoſos latrones diſroba-
tores ſtratarũ,& homicidas publicè diſ-
famatos poteſt procedi ex officio, & per
inquiſitionem tam generalem, quàm ſpe
tialẽ, vt eſt c.Regni 224. incip. Diu iam,
ſub tit. de capiendis malefactoribus in
alterius prouincia, vbi Camp. ſub nu.8.
96 & 9. Verum hoc in caſu iudex non debet
inquirere, ſi indicia non præcedant, vel
fama publica.l.iuſtiſſimos,C.de off.rect.
prouinc. c.qualiter, & quando, extrà.de
accuſat.

97 Ex his deſcendit ſecundum ſpetiale,
quod ſi contra tales famoſos latrones ſo
la mala fama præcederet quæſtionibus
ſubijci debent, l.de minore, §.fin. ff.de
quæſtion. dixit And. in c.1.§. publici la-
trones,vbi Affl.ſub num.11.de pace ten.
& Bal.in c.1. §.iniuria, verſ.ſed nunquid
ex tali confeſſione, de pace iur.firm.

98 Tertium ſpeciale erit,quòd contra ta-
les nimis diffamatos etiam teſtes viles
admittantur, ſecundum Inn.in c.I. & A.
de ſent.& re iud. dixit Affl.in d.§.publici
latrones, num.12.

99 Quartum ſpeciale erit, quòd poſſunt
extrahi ab Eccleſia,licet deliquerint ex-
tra Eccleſiam, cap.inter alia,de immun.
Eccl.c.ſicut antiquitas, 17.q.4.conſuluit
Alex.in conſil.145. incip. Viſo themate.
per totum, & præſertim ſub nu.2.vol.7.

100 Quintum ſpeciale eſt, quòd pro tali-
bus graſſatoribus committentibus ro-
bariam non eſt admittendus aduocatus,
ex quo periculi ſui neſcia feruet inſania,
l.per omnes, C. de defenſ.ciuit. tradidit
Bald. in d.auth. ſed nouo iure, in princ.
columnæ 2. & col.3. num.11. & in auth.
habita, num.25. C. ne filius pro patre,
Ang.de malefic.in verbo,& veſtem cœle-
ſtem,col.4.verſ.& nota benè,de quo me-
minit Iaſ. in d.§.ex maleficijs, nu.8. inſt.
de action. & Campag.in dicto c. ad hoc,
num.58.

101 Sextũ ſpeciale eſt,quòd ſi fuerint con-
demnati non audiuntur appellando, ſe-
cundùm glo.in l.edicto.§.ſin autem,verſ.
miſſus eſt, C.de edicto diui Adr.toll. in l.
obſeruandum, ff.de off.præſid. And.in d.
§.publici latrones, vbi Affl.ſub num.16.
de pace ten.

102 Septimum ſpeciale eſt,quòd & ſi decli-
natoria fori locum aliquando habeat ad
iudicem competentem vel ratione loci,
vel ratione originis,vel ratione domici-
103 lij, vt in l.1. vbi Doct. C.vbi de crim.agi
oport. de quo articulo latè per Couarr.
in lib. pract.q.c.11.per Guid.Pap.in dec.
202. Foll.in ſua Pract.crim. verſ.audiat
excuſatores à num.108.cum ſeq.Boer.in
deciſ.29.& 270.Capic.in deciſ.9.Gram.
in deciſ.26.Franc.in deciſ.37.66.& 88.&
Borrel.in addit.ad ſpec.Princ in rub.11.
§.viſum eſt, vbi quid in ciuilibus, & in §.
ex quo,ſub eadem rub.pertractat in cri-
minalibus Decia.in lib.4.ſub tit.quomo
do in practica iuriſdictiones prędictæ ſe
ad inuicem habeant, & in eod.lib.4. tit.
priuatiuè, cumulatiuè iuriſdictio, & in
tit. de remiſſionibus reorum ad ſuos iu-
dices, cap. 19. libro 4. & ante eos agit
Andr.in cap.1. §.ſin autem omnibus, de
pace ten.

104 Tamen non extra iuris regulas firma-
bimus, tales latrones, ex quo ſunt vaga-
bundi, non poſſe obtinere remiſſionem,
ſeù declinatoriam fori ratione lòci deli-
105 cti, originis, vel domicilij, ex quo vaga-
bundis denegatur declinandi facultas,
l.1. C. vbi quis, de cur. vel cohort. conu.
§. ſi verò quis comprehenſorum, coll.9.
in auth. vt nulli iudic. dixit glo.fin. in d.
106 l.1.C.vbi de crim.agi opor. qui cùm ſint

à iure

107 à iure communi diffidati, & banniti, l. 1.
& 2. C. de his, qui latron. ſicut poſſunt à
quocunquè impunè occidi, l. fin. C. quan-
do lic. vnicuique ſine iud. ſe vind. ex quo
ſunt extra protectionem legis, l. reos,
C. de accuſ.

108 Ita, immò multò magis poſſunt vbi-
cunquè locorum reperiantur per iudices
puniri, etiam quod illi foro non ſint ſub-
diti aliqua ratione delicti, originis, vel
domicilij, arg. glo. in §. in multis, inſt. de
libert. arg. tex. in l. capitalium, §. famoſos,
ff. de pœnis, voluit Paris de Puteo in tra-
ctatu de ſind. in ver. latrò. quem ſequitur
Foller. in ſua Pract. crim. in verſ. audian-
tur excuſatores, num. 166. cum ſequen.
Rebuff. in procem. conſt ſeu ordinat. Reg.
glo. 5. nu. 53. ver. auth. qua in prouincia.
fol. mihi 29. & Farin. in tit. de inquiſitio-
ne, q. 7. num 10. & 11. fol. mihi 42.

109 Quæ quidem limitatio licet Farin. vi-
deatur non amplexanda, ſicuti quoquè
per plura demonſtrauit Decianus in d.
c. 19. num. 17. de remiſſionibus reorum,
110 lib 4. fol. mihi 185. Tamen voluit intel-
ligendam eam eſſe, ſi conſtiterit prius
quem eſſe aſſaſſinum, ſecus ſi pendrat ſo-
lum proceſſus, & imputatio, Gemin. in c.
pro humani. §. fin. col 4. ver. penes quem
debet conſtare, de homic. in 6. Gramm.
in voto 2. num. 14. & ſeq. & in voto 34.
col. fin. Alex. in conſ. 166. volum. 7. Pariſ.
in conſ. 166. num. 4. vol. 1. cæteriquè per
Farin. citati loco nuper allegato, nu. 12.
vbi de communi.

111 Et ſi aduertendum ſit, quod delinquen-
tes in mari puniēdi ſunt per eum, qui ha-
bet iuriſdictionem in territorio adiacen
ti, & propinquiori tamquam quod deli-
ctum ſit commiſſum in eius territorio,
Bart. & ibi Ang. in l. 1. C. de claſſ. lib. 10.
Cœpolla latè in tit. de mari. Franchus in
deciſ. 142. num. 8.

112 Octauum ſpeciale erit, quod regula quæ
ſe habet, præſtantem opem, vel auxilium
teneri eadem pœna, qua teneretur prin-
cipalis, de qua eſt tex. in l. is qui opē, ff. de
furt. vbi Bart. cæteriq; per Cy. in l. 1. C. de
Nili agger. non rump. Bal. in l. 1. C. de ſer.
fug. & in l. 2. col. 15. C. de ſeruit. & aqua,
Doct. in c. 1. de off. deleg. Dyn. in reg. nul-
lus, de reg. iu. in 6. Ang. in conſ. 22. incip.
In Dei nomine Amen. Pro declaratione
113 quæſtionis. Procedet multò fortius in
dante opem, vel auxilium ipſis furibus,
vt annotat Affl. in d. c. 1. §. ſi quis quin-
que ſolidos, num. 11. cum ſeq.

114 Eoq; magis, ſi opem præſtaret latroni-
bus in ſtrata diſrobantibus, d. §. graſſato-
115 res, vel furibus nocturnis. d. l. 1. ff. de fur.
baln. & d. l. 1. ff. de fur. noct. Affl. in d. §. ſi
quis quinque ſolidos, num. 17. Cum gra-
116 uius delictum ſit qui clàm furatur, quàm
qui palam, l. non exiſtimo, de admin. tuti
glo. fin. in §. ex maleficijs, num. 20. inſt. de
act. tractatur per Cyn. But. & Bal. in l. ne-
mo, C. de ſum. Trin. & Fide Cath. per Bel
lapert. in d. l. non exiſtimo, & in l. fin. ff. de
ritu nupt. Idem But. in l. intantum, §. vni-
uerſitatis, ff. de rer. diuiſ per Dyn. & Bart.
in l. fin. ff. de ritu nupt. per Felin. in c. cum
quidā, col. 3. verſ. ſexta declaratio, extrà,
117 de iureiur. maximè ſi continent violen-
tiam, §. 1. inſt. vi bonorū rapt. dixit Cœp.
in d. auth. ſed nouo iure, num. 9. & 10. & ſi
occulta peccata minus ſint odioſa, l. ſiuè
in duplum, ff. qui ſatiſd. cog. §. pœna, inſt.
de oblig. quæ ex quaſi delic. naſc. Decia.
in lib. 9. ſub tit. capt. quid ſit, num. 12. ve
118 deniquè, ſi commiſerent robariam, quæ
æquum latrocinij flagitium circunfert.

119 Hoc enim nomen, robaria, eſt verbum
vſuale, & ſecundum Bal. in d. auth. ſed no
120 uo iure, nu. 10. debet intelligi ſecundum
quod vulgus intelligit verba materialia,
& groſſa, l. Labeo, ff. de ſuppell. leg. & tra
didit idē Bal. in l. ſi te expilaſſe, C. ex qui.
cau. infam. irrog. in l. ſi quis in tātam, ſub
num. 18. C. vnde vi. & Bart. in d. l. capita-
lium, §. famoſos, in princ. ff. de pœnis.

121 Hinc eſt, quòd iura loquentia in furto
vendicant ſibi locum etiam in robaria,
vel rapina, ſecundum Bart. in l. tranſige-
re, num. 14. & Iaſ. in fine, C. de tranſact. &
122 Bal. in d. l. ſi te expilaſſe, nu. 1. recenſitos
per Campag. in præallegato cap. ad hoc
nu. 32. de qua furti materia latè per Bal.
in c. 1. §. iniuria, de pace iuram. firm.

123 Poſtremò cum furtum ſit omni iure
prohibitum, vt proſequitur Campagna

in loco nuper enunciato num. 18. ſequi-
124 tur, quòd tribuatur iudici facultas leges
transgrediendi, ſecundum Innoc. in c. 1.
num. 2. extrà de conſt. Cuius contrarium
125 voluit Rom. in l. ſi verò, §. de vito, fall. 46.
ff. ſol. mat. per tex. in l. Diuus, la 2. ff. ad
l. Corn. de falſ. A qua Romani ſententia
diſſentit Iaſ. in d. §. ex maleficijs, num.
15. & 16.

126 Demum pro concluſione declaratio-
nis huius partis cōſideramus, quòd dum
hic noſter indultus loquitur de ſpolia-
toribus viatorū, ac diſrobatoribus ſtra-
tarum committentibus recactum, ſequi-
tur, quòd ſi quis eſſet inquiſitus de furto
in ſtrata publica, ſed non de recactu, vel
de recactu dumtaxat, ſed non de furto,
127 ab hoc indultu minimè excludatur.
128 Idquè tum quia illa verba, committen-
tes recactum, debent eſſe loco clauſulæ,
quę ad pręcedentia ſigillatim referri de-
bet, c. inquiſitioni, extrà de appell. l. talis
129 ſcriptura, ff. de leg. 1. Tum quia indultus
loquitur per verbum participium, de cu-
jus natura eſt aliquid præcisè demōſtra-
130 te, & ideò dicimus, quod ad finem vt quis
ab huius edicti beneficio excludatur cō-
currere debeant copulatiuè, quod quis
ſit ſpoliator viatorum, & commiſerit re-
cactum, vel ſit diſrobator ſtratarum, &
commiſerit recactum.

131 Nam ſicuti qualitates requiſitæ per
ſtatutum non dant ſpeciem delicto, nec
132 conſtituunt nouam legem, nec alterant
legem loquentem de delicto in genere,
ſicuti tradit Lucas à Penna in l. 2. ſub nu-
mero 2. C. de conuent. lib. 12. & in l. fin.
num. 8. verſ. quarto caſu, in fine, C. de de-
fenſ. eod. lib. 12. recenſitus per Affl. in d. §.
ſi quis quinque ſolidos, num. 17.

133 Ita à contrario quando qualitates per
ſtatutum exactæ dant nouam l. debent
alterare ipſam legem, & proinde, cùm
hic indultus requirat quem eſſe ſpolia-
torem viatorum, vel diſrobatorem ſtra-
tarum committentem recactum alteret
eius diſpoſitionem, ita vt & furti, & re-
cactus coniunctim delicta requirantur.

134 Cognouimus ergò mentem Regis In-
uictiſſimi, qui vt ſecuritatis, & pacis fide-
135 lium ſtatus non eludatur, & ne ipſi fide-
les tutè, ſeu liberè nequeuntes per loca
ambulare grauiter ingemiſcant, vt con-
ſiderauit Rex Robertus in d. c. 224. incip.
Diu iam, ſub tit. de capiendis malefacto-
ribus, voluit vt tales latrones ab eius
principali indultu arceantur. De qua
materia latius pertractat Decianus in
tract. Crim. lib. 9. ſub tit. de latronibus,
& pyratis, fol. mihi 286. & Præſes de
Franchis in dicta deciſ. 142. ad quos nos
remictimus.

SVMMARIVM.

1 *ADulterantes ſigillum Principis, aut cuiuſcunq. Regij Tribunalis excluduntur ab hoc indultu.*

2 *Falſitas circa teſtes, circa ſcripturas, & circa monetam committitur.*

3 *Grauius crimen falſi eſt quod in ſigillo Principis patratur.*

4 *Maius delictum eſt Regis falſare ſigillum, quàm falſam monetam cudere, num 83.*

5 *Falſare Principis ſigillum eſt deteſtabilius veneficio, & homicidio.*

6 *Homo deuenit ad nihilum inter homines propter falſitatis maculam, nec eſt amplius iudicandus homo.*

7 *Falſarius eſt ſine fide. ſine qua vita hominis eſt peior. quàm mors.*

8 *Dicitur homo ſine conſcientia.*

9 *Omne quod non eſt ex conſcientia peccatum eſt.*

10 *Falſi crimen hominem non interimit, ſed eum totaliter vituperat.*

11 *Falſi crimen hominem vituperat in fama, & ſtatu.*

12 *Falſarius neceſſe eſt, quòd ſemper erubeſcat.*

13 *Non eſt crimen in mundo ſecundum mores Italicos ita opprobrioſum ſicut crimen falſi.*

14 *Nobilitas num amictatur propter falſi crimen, num 25.*

15 *Falſarius num efficiatur infamis infamia iuris.*

16 *Damnatus de falſo dicitur damnari de crimine publico.*

17 Fal-

17 *Falſarius non efficitur infamis infamia facti, num 26.*

18 *Vaſſallus falſarius num priuetur feudo, & de ratione, num 19.*

20 *Lex maiorem exigi ſeueritatem in crimine falſi ad confundendam falſariorum malitiam num. 119 & 120.*

21 *Tex in c. ad falſariorũ, extrà. de crim falſi num procedat tantum in falſificante literas Papæ, an verò in aliis literis.*

22 *Tex. in d. c. ad falſariorum num procedat ne dum in clericis, verum quoq; in Laicis.*

23 *Merita falſantium reſcripta digna coerceri debent pœna.*

24 *Maius delictum patratur in falſanda literas regis, quàm in aliis.*

27 *Quis non poteſt condemnari abſquè accuſatore.*

28 *In falſitate quis num condemnetur abſquè accuſatore.*

29 *Accuſator num requiratur, quando pœna l. Corneliæ ordinaria habet locum.*

30 *Falſitas quando committitur per teſtes num requiratur accuſator.*

31 *Pronunciatio non debet ſequi quæſtionis incidentis.*

32 *Falſitas incidens in Iuditio num erit decidenda.*

33 *Sola ſuſpicio non inducit probationẽ.*

34 *Sola ſuſpitio falſitatis habetur pro falſitate quò ad capturam tamen. nu. 35. 36 cum ſeq.*

37 *Sola ſuſpitio falſitatis habetur pro falſitate in ciuilibus.*

38 *Sola ſuſpitio falſitatis non habetur pro falſitate in criminalibus.*

39 *Glo. in l. iuris gentium. §. quod ferè. ff. de pactis interpretatur.*

40 *Diffamatio num requiratur, vt ſuſpitio habeatur pro falſitate in criminalibus.*

41 *Sola ſuſpitio falſitatis habetur pro falſitate, quando ſumus circa inſtrumentum ſecus verò circa aliam materiã.*

42 *Clericus delinquens non deponitur, niſi quando erit incorrigibilis.*

43 *Clericus falſarius deponitur, & traditur curiæ ſeculari.*

44 *Clericus falſarius non deponitur, ſi ſpes erit de correctione.*

45 *Crimen deductum per viam exceptionis regulariter non punitur.*

46 *Crimen falſi deductum per viam exceptionis punitur.*

47 *Cardinalis obuians condemnatum ad mortem liberat eum à morte, ſi ponat pileũ ſuũ ſuper caput condẽnati.*

45 *Falſarius condemnatus ad mortẽ non eximitur à morte obuians Cardinali ponenti pileum ſupra caput ipſius.*

49 *Paria delicta mutua compenſatione tolluntur.*

50 *Falſitas num compenſetur cum alia.*

51 *Dies, & locus delicti poni debẽt in qualibet inquiſitione.*

52 *Dies, & locus non requiruntur poni in crimine falſi, quod an verũ ſit diſſeritur.*

53 *Falſarius num relaxandus ſit ſub fideiuſſoribus numeris ſeq. 54 & 55.*

56 *Falſarius literarum Papæ, vel ſedis Apoſtolicæ non eſt relaxandus ſub fideiuſſoribus.*

57 *Quid autem in falſante literas Regias, ſiue ſigillum principis.*

58 *Graue delictum eſt falſare literas S.P.*

59 *Non minus graue crimen eſt falſare literas Regias, vel ſigillum principis.*

60 *Tex. in c. in memoriã 19 diſt. num procedat etiam in falſantibus literas Regis, vel eius ſigillum.*

61 *Doctor non poteſt torqueri de iure, ſed de conſuetudine non admittitur, n. 62.*

63 *Doctor impetitus de falſo de iure poterit torqueri.*

64 *Crimen falſi commiſſum in literis Apoſtolicis eſt mixti fori.*

65 *Iudex ſæcularis quando non poteſt cognoſcere, num poſſit interrogare.*

66 *Crimen falſi non comprehenditur in generali abolitione delictorum num. 76.*

67 *Crimen falſi num comprehendatur ſub generali abolitione, quando eſſet nomen receptum inter reos, & eſſet vltra proceſſum, quod an verum ſit in ſequenti, nu. 68.*

69 Tex.

69 *Tex. in l. ſi docueris. C. de falſis. num lo quatur in abolitione generali.*

70 *A. curſ. in d. l. ſi docueris. verſ. ſopitum eſt. declaratur.*

71 *Princeps ex certa ſcientia num poſſit indulgere falſi crimen nedum ſpetialiter, verum quoque, & generaliter, num. 77.*

72 *Princeps ex certa ſcientia concedens in deſpenſabile facit diſpenſabile.*

73 *Delicta atrociora nunquam intelligun tur incluſa ſub qualibet diſpoſitione.*

74 *Reus criminis mortuus poteſt beſtiis dari laniandus in cibum propter cri minis immanitatem.*

75 *Fama defuncti damnatur propter cri minis grauitatem.*

78 *Indultus comprehendit falſi crimen, ſi in eo mentio falſi facta fuerit.*

79 *Indultus conceſſus ex alia cauſa probabi li, quàm publicæ lætitia comprendit falſi crimen.*

80 *Falſi crimen continetur ſub indultu ſi alij carcerati non reperirentur, niſi de falſo.*

81 *Statutũ per quod mandatur bannitos, vel carceratos eximi à banno non ex tenditur ad bannitos, & carceratos pro crimine falſi nu 82.*

84 *Falſans ſigillum Principis; ſeu alterius Regij tribunalis Prĩcipis Regalia vſurpat.*

85 *Diſputantes de Principis poteſtate altiſſimo pares eſſe videntur.*

86 *Carolus Secundus Rex huius Regni.*

87 *Sigillum eſt ſubſtantiale in literis Regis.*

88 *Subſtantialia literarum Regis conſiſtunt in ſigillo.*

89 *Sigillantis nomen debet eſſe in literis.*

90 *Sigillum habet uim ſubſcriptionis.*

91 *Sigillum operatur pluſquam ipſa ſubſcriptio.*

92 *Ex ſigillo arguitur conſenſus, licet nõ interueniat ſubſcriptio, quod quomodo intelligendum, num 93.*

94 *Subſcriptio teſtium requiritur in teſtamento in ſcriptis pro forma.*

95 *Sigillum debet apparere eſſe impreſſũ ab eo, cuius eſt, vel de eius volũtate*

96 *Sigillum in dubio num cenſeatur appoſitum de voluntate eius, cuius eſt.*

97 *Sigillum non inducit effectum, ſi non probetur appoſitum de volũtate eius, cuius eſt, quamuis fateretur ſuum eſſe ſigillum.*

98 *Alieno ſigillo, vel annulo qs ſignare põt*

99 *Signa priuata facilè ſubripi, vel fingi poſſunt.*

100 *Atteſtatio ſigillantis ſcripturam num requiratur.*

101 *Sigillum publicum eſſe quãdo dicatur*

102 *Sigillum quando eſt publicum nõ requirat ſubſcriptionem. & atteſtationem*

103 *Principis authoritas non eſt admictẽda ad inſtar priuatorum.*

104 *Sigillum per ſe nihil loquitur, Ideò ſinè ſubſcriptione, vel æquipollenti nihil operatur.*

105 *Sigillum eſt teſtis mutus, & incertus.*

106 *Principis ſigillũ ſine ſubſcriptione ſuffi cit tribus tamen expreſſis, numeris, 107. 108. 109.*

110 *Litera M.C. debent ſigillari ſigillo ſolito informa ordinata, & debita ſigillari.*

111 *Literæ M.C. ſigillari debent ſigillo pendenti, & non annulo ſecreto.*

112 *In forma ſigilli duplex reſignantis deſignatur authoritas.*

113 *Iuſtitia per æquitatem portantem gladium deſcribitur.*

114 *In imperatoris ſigillo inſcripta ſũt iſthæc verba, iuſtè iudicate filij hominũm.*

115 *Humana clementia per quæ deſcribatẽ.*

116 *Maior prudentia requiritur ad ſigilli cuſtodiam.*

117 *Literas Regias mutans, aut eas noto ſigillo ſignans qua pœna puniatur de iure Regni.*

118 *Quid autem de iure communi.*

121 *Tex. in l. maiorem. C. de falſis num procedat ſolum quò ad inquirendum, an verò etiam quò ad condemnandum num 122.*

123 *Quid autem dicendum ſit de iure Regni, & num 124.*

125 *Falſans literas delegati num ſit ita acriter puniẽdus, ac ſi falſans literas S. P.*

126 *Tex.*

126 Tex. in c. olim extrà. de Reſcr. num procedat in falſante literas S.P. dumtaxat, an verò etiam in falſificante alias literas.

127 Subſtitutus num debeat gaudere eiſdẽ priuilegiis quibus gaudet is, in cuius locum ſubſtituitur.

128 Delegatus non gerit in totum vices S. P. ſed tantum quò ad exercitium iuriſdictionis certæ legationis.

129 Conſtitutio Regni incip. qui literas nũ habeat locũ in falſante literas proregis

130 Falſificantes literas prælatorum, & eorum vicariorum num mitius ſint puniendi.

131 De quibus literis puræ iuſtitiæ, vel ſimplicis iuſtitiæ prædicta ſunt intelligenda.

132 Num nuper adducta procedant in falſante ſigillum Regij Tribunalis.

133 Officialis officium ſuum exercet ita, ac ipſe Princeps.

134 Præfecti prætorio æquiparantur epiſcopis, & Cardinalibus.

135 Officialis offendens num commictat crimen læſæ maieſtatis.

136 Conſtitutio qui literas num vigeat in falſante ſigillum Tribunalis.

137 In Tribunali paulò inferior in eſt iuriſdictio à Principe.

138 Falſificans literas Illuſtriſſimi Proregis, aut Regij Tribunalis num pœna vltimi ſuplicij plectendus ſit.

139 Vt Conſtitutioni qui literas locus ſit duo copulatiuè requiruntur, falſificatio in literis, & in ſigillo, diſcutitur, num. 140.

141 Qui literas Regias, aut mutat, aut eas noto ſigillo ſignat capitali ſententia feriatur.

142 In alternatiuis ſufficit, quod vna pars vera ſit.

143 Indultus iſte num excludat falſantem literas Regis.

144 Falſificans literas Regis non ſigillatas nũ puniatũ pœna huius conſtitutionis.

145 Conſtitutio qui literas num comprehẽdat mandantem fieri raſuram.

146 Conſtitutio dicitur ius municipale.

147 Vnaqueq; prouincia ſuo ſenſu abũdat.

148 Hoc regnum pro prouincia habetur.

149 Conſtitutiones huius Regni nuncupãtur ius ciuile huius Regni.

150 Statutum loquens in perſonam non comprehendit mandantem ex propria ſignificatione.

151 Mandans num dicatur propriè facere, vel interpretatiuè.

152 Interpretatio eſt fictionis, quæ non habet locum in ſtatutis.

153 Statuta ſunt ſtricti iuris.

154 Conſtitutio exorbitans à iure communi non extenditur etiam ex maioritate rationis, & de ratione, nu. 155.

156 In materia pœnali durum eſt l. extra caſum de iure expreſſum extendere.

157 Mandans num teneatur, ſi mandatarius occidat Titium ex odio proprio, & num. 158.

159 Mandans num teneatur ſi mandatarius excedat fines mandati.

160 Conſtitutiuo qui literas num vendicet ſibi locum in mandante.

161 Radens literas num puniendus.

162 Radere non eſt error, ſed dolus & falſitas.

163 Error præſumatur nè, potius in Not. quàm dolus & nu. 164.

165 Radens reſcriptum Principis, ſed eo non vtens num teneatur. l. Cornelia. de ſicariis, nu. 166.

167 Falſitas circa literas Regias ponderatur, ſi contineant iuſtitiam, vel gratiam.

168 Falſitas num fiat per Notarios Cancellariæ, vel per partes.

169 Falſitas num ſit alicui nociua, vel non.

170 Raſura num ſit modica, vel magna.

171 Num ſit in loco ſubſtantiali, vel non.

172 Num literæ falſificatæ ſint iuſtæ, v e iniuſtæ.

173 Fabricans reſcriptum falſum num eo vtatur, an non.

174 Conſtitutio Regni reſpuit præcitatas diſtinctiones.

175 L. generaliter loquens generaliter eſt intelligenda.

176 Conſtitutio qui literas num requirat delictum conſumatum, an verò ſufficiat attentatum.

177 In

177 In crimine falſi exigitur falſitatis perfectio.

178 Perfecta ea ſunt, quæ perfectionis ordine ſunt completa.

179 Perfectum dici non poteſt quod in vſu eſſe non poteſt.

180 Affectus nō punit. ſi nō ſequat effectus

181 Conatus non nocet vbi iniuria non habuit effectum.

182 Incipiens adulterare ſigillum Principis, vel Regij Tribunalis, ſed non perficiens num excludatur ab indultu.

183 Falſans ſigillum Regis, ſed falſitas non eſt alteri nociua, num comprebendatur ſub indultu.

184 Adeſſe falſitatis tria requiruntur dolus, mutatio veritatis, & quod ſit alteri nociua.

185 In crimine falſi duplex conſiderari poteſt delictum, Fabricationis, & vſus inſtrumenti.

186 Accurſ. in l. damus. C. de falſis procedit reſpectu fabricantium inſtrumentum falſum, vel eo vtentium.

187 Tex. iuncta glo. in d. l. damus num procedat in reſcripto S.P.

188 Fabricans reſcriptum S.P. eſt irrefragabiliter puniendus.

189 Raſura, ſeu immutatio alteri non nociua num ſit punibilis.

190 Num ſufficiat, quod falſitas potuerit damnum inferre.

191 Falſans ſigillum Principis, licet alteri nō noceat nū ab hoc indultu excludat.

192 Falſans ſigillum Principis, licet alteri non ſit nociuum, qua pœna puniendus erit tam de iure ciuili, quàm canonico, quod quomodo ſit intelligendum. num 133.

194 Frangens literas Papæ qua punietur pœna remiſſiuè.

195 Falſarius nū ſit à iudice carcerandus.

196 Falſarius num ſit ad Principem traſmittendus, vt de falſitate puniatur.

197 Aſſerenti ſe venire cum mandatis ſecretis Principis num ſit credendum.

198 Num ſit veriſimile, quod Princeps ſecreta ſua aliis facilè committat.

199 Falſo vtens reſcripto pluribus vicib. ex interuallo nū vnica puniat pœna.

200 Quid ſi eodem tempore.

201 Ratio huius partis Indultus in medium affertur.

Adulterantes ſigillum Principis, aut cuiuſcunque Regij Tribunalis.

NONA LIMITATIO.

CAPVT XXXVI.

1 NOnus hic ſubiungitur
caſus, qui ab hac rega
li Indulgentia exclu-
dit præceteris quidē
grauiſſimus, adulteran
2 tium nempè ſigillum
Principis, aut cuiuſ-
cunquè Regij Tribunalis, in his enim
quoque comittitur falſitas.

Quæ quamuis circa teſtes, circa ſcri-
3 pturas, & circa monetam committatur.
vt tradit clarus, in §. falſum. in principio
nu. 8. à ter. Tamen hiſce maius ſcelus, gra
uiuſq; falſi crimen iudicandum erit hoc,
quod in ſigillo Principis, aut cuiuſcumq;
4 Regij Tribunalis patrat, cū ſatis maius
delictum ſit Regis inuictiſſimi falſare ſi-
gillum, quàm falſam monetam cudere,
vt ſtatuit Carolus primus huius Regni
Princeps in anno 1281. in c. Regni. 81.
incip. vt quæ ab Excell. in fine, de quo
meminit Affl. in conſt. Regni, incip. qui
literas. num. 10.

5 Quare deteſtabilius etiam veneficio,
& homicidio peccatum eſt, ſecundum
Ang. in §. mitiores. in Auth. de nupt. Affl.
in deciſ. 404. nu. 23. verſ. nec alleuiat.

6 Et ratio, quia per falſitatis maculam
homo deuenit ad nihilum inter homines,
nec eſt amplius iudicandus homo. Ana-
7 nia in rubr. de crim. fal. col. 2. n. 5. exquo
eſt ſine fide, ſine qua vita hominis peior
eſt, quàm mors. Caſſan. in conſ. 44. incip.
adiudicatio, n. 20. & 21. & dicitur homo ſi
8 ne conſcientia, & omne quod non eſt ex
conſcientia peccatū eſt. Cyn. & Alber. in
9 l. tranſigere. C. de tranſact. Iſtudq; crimē
licet

10 licet hominem non interimat eum ta-
men prorſus vituperat, ſecundum Bart.
11 in d.l. tranſigere.col.1. num.5. in fama,
& ſtatu hominis. Caſtr. in conſil.151. in-
cip. videtur dicendum.poſt principium
vol.1.recenſitus per Boſſ. in tit. de falſis.
num.72. Hyp. in rubr. C. ad l. Corn. de
12 falſ. num. 16. ob idq; neceſſe eſt, quòd
ſemper erubeſcat.ſecundum B. Ambro-
ſiu ſuper Epiſtolas Pauli ad Corinthios.
c.13. Affl. in deciſ. 404. numer. 23. & in
conſt. Regni præcitata.nume.6. verſ. 5.
13 Cum non ſit crimen in mundo ſaltim ſe-
cundum mores Italicos, ita opprobrio-
ſum, ſicut crimen falſi ſecundū Hugon.
de Fontan. relatum per Bartol. in d. l.
tranſigere.
14 Hinc eſt,quòd ob falſitatem commiſ-
ſam quis amictit nobilitatem, ſecundum
gloſam in c, ſingula 89. diſt.edocuit Lu-
cas à Penna in l. mulieres.col.1.num.11.
C. de dignit. lib.12. ad tex. in c. primo.
extrà. de purg. can. & §. ſi autem. de
pęnitentijs. diſt. prima, & efficitur in-
15 famia iuris, ex quo damnatus de falſo
dicitur damnari de crimine publico.
16 Accurſ. & poſt eum Bart.in l.1.col.1.nu.
6.ff.de ijs, qui not. infam. Sed non ipſo
17 facto, cum nullo iure eum ipſo facto in-
famem effici cautum reperiatur, ſecun-
dum Innoc. & Hoſt. in fine. in cap. cum
pridem.extrà de renunc. Archid. in cap.
in memoriam. 19. diſt. relato sper Affli.
in allegata deciſ. 404. num.23.
18 Adeò, quòd ſi vaſſallus commiſerit
falſi crimē, ob quod incideret in l. Cor-
19 neliam de falſis, feudo veniret priuan-
dus, ex quo non poſſet eſſe in curia Re-
gia ſine dedecore. c. 1. an ille qui inter-
fec. fratrem domini ſui, & voluit Affl. in
præmonita deciſ. 404. nu. 25 & 25.
20 In ſumma ſi lex maiorem exigit ſeue-
ritatem, rum ad confundendā falſario-
rum malitiam. ad text. in c. ad falſario-
21 rum. extrà. de crim. falſi. qui procedit
nedum in falſificante literas Papæ, ſed
22 etiam in alijs literis. Aret. in conſil. 44.
num. 16. nedum in clericis, verum quo-
que, & in laicis, ſecundum And. in con-
ſtit. qui literas. Capic. in deciſ. 30. num.
23 4. & Boer. in deciſ. 81. nume. 3 & nono.
Cum, vt merita eorum, qui falſis reſcri-
ptionibus vtuntur digna coerceantur
pęna: l. maiorem. C. de falſis; quare hic
Regis indultus eiuſdē beneficio tales nō
24 poſſe gaudere ſancire noluiſſet, ſi negari
minimè poteſt maius delictum patrari
in falſando literas Regis, quam in alijs.
d.l.maiorem. & l. vbi. in fine. C. de falſ. &
l. qui nomine. ff. eod. tit. l. fi. C. de diuerſ.
offic. lib. 12. glo. in verſ. qui literas. tex.
in d. conſt. qui literas?
Hiſce itaque ſubnectere volumus ad
demonſtrandam huius criminis imma-
nitatem quædam ſpecialia à iure in hoc
caſu requiſita.
25 Primum ergò erit, quòd falſi crimen
commictens amictit nobilitatem, ſecun-
dum glo. per nos ſupra recenſitam in c.
ſingula. 89. diſt. cum alijs ibidem auno-
tatis.
26 Secundo, quòd efficiatur infamis ipſo
iure; ſed non ipſo facto; vt eodem loco
nuper adducto admonuimus.
27 Tertium ſpeciale erit, quòd quamuis
non poſſit condemnari abſquè accuſa-
tore regulariter tamen l. munerum. § de
28 ſenſores. ff. de muner. & honor. l. nullū.
C. de teſtib. Tamen in hoc delicti gene-
re condemnabitur quis abſquè accuſa-
tore. c. nihil, & c. de manifeſta. 2. q. 1. &
c. ſi quis poteſtatem. 23 q. 4.
Hanc autem concluſionem Cyn. in d.
l. nullum. verſ. 3. nota. vſque 2. oppono
videtur velle, quod procedat in duobus
caſibus, nempe primo, quando pro falſo
29 imponitur pæna extraordinaria, ſecus
verò, quando pæna. l. Corn. ordinaria,
nam in ea requiritur accuſator. Anan. in
rubr. de crim. falſi. num. 6. verſ. aduerte
30 tamen. Et ſecundo, quando falſitas cō-
mictitur per teſtes. l. 2. §. ſi publico. vbi
notatur. ff de adult. in c. qualiter, & quā-
do. extrà. de accuſat. Cyn. in d. l. nullum.
31 Quartum ſpeciale; quod quamuis re-
gula ſit, quod q. incidentis in iudicio
non admictatur pronunciatio. pertinet
enim ad officium iudicis, qui de hæredi-
tate cognoſcit vniuerſam incidentem
quæſtionem, quæ in iudicium deuoca-

tur examinare, quoniam non de eâ, ſed de hæreditate pronunciat. l. 1. C. de ord.
32 iudic. Attamen in crimine falſi inciden-
ter in iud. propoſito pronunciatio ſe-
quenda erit. l. vbi. C. de falſis. dixit Ana-
nia in d. rubr. num. 6. verſ. tertium eſt.
33 Quintum ſpeciale eſt, quod licet ſola
ſuſpicio non inducat probationem. cap.
34 ſemper. 2. q. 1. l. abſentem. ff. de pœnis.
Tamen in crimine falſi ſola ſuſpicio ha-
betur pro falſitate. l. iubemus. C. de pro-
bat. c. in memoriam. vbi Archid. 19. diſt.
Bald. in l. ſi veritas, C. de fideicom. Quò
35 ad condemnationem, ſecundum Doct.
in d. c. in memoriam, latè Dec. in conſil.
75 incip. in cauſa falſitatis. col. 5. verſic.
dicit tamen Archid. & col. pen. verſ. non
obſtat. Affl. in d. conſt. qui literas. nume.
5. & Camp. in c. 31. Regni incip. vt quæ
ab excell. nu. 20. verſ. pro hoc etiam.
36 Quod quidem interpretationem re-
cipit, ſi ſuſpicio eſt viſibilis ſecũdum In-
noc. in c. 1. vbi Abb. Hoſt. Burr. cæteri-
què. extrà. de fide inſtrum. Caſtr. & alij
in d. l. iubemus. Boſſ. in tit. de falſis. num.
13. verſ. vides igitur, & num. 14.
Cuius quidem cõcluſionis, vt vera ad-
37 ducatur reſolutio diſtinguendum eſſe
duximus, nam aut ſumus in ciuilibus, &
tunc ſola ſuſpicio falſitatis habetur pro
falſitate, & pro plena probat. Dec. in
conſ. 189. incip. lætatus ſum. col. 1. verſ. 3.
reſponderi poteſt, & in c. porrecta. in 3.
notabili. extrà. de confir. vtili, vel inutili.
Alex. in conſ. 77. incip. in cauſa accuſat.
vol. 1. col. pen. Anania in conſ. 49. incip.
dubium, de quo quæritur. Boſſ. in præci-
38 tato tit. nu. 5. & 79. Aut verò ſumus in cri
minalibus, & tunc ſola ſuſpicio falſitatis
non habetur pro falſitate, ſiñ aliquos, vt
vltra præcitatos dicuſſit Curt. Iunior. in
conſ. 64. incip. præſupp. nu. 5. & in conſi.
132. incip. ſacratiſſimæ. nu. 10. Hyp. de
Marſil. in rubr. C. ad l. Corn. de falſ. nu.
19. & 23. cum alijs adductis per Viuium
in deciſ. 81. & per D. Regentem de Ponte
Marchionem Morconi virum quidẽ
omnibus numeris abſolutum in conſilio
42. numero 3. Io. de Anania conſil. 49.
& ſic intelligenda erit glo. in verſic. con-
trarium tex. in l. iuriſgentium. §. quòd
ferè. ff. de pactis ſecundum Boſſ. in loco
enunciato. num. 14.
40 Verum aduertendum cenſemus, quã-
do dicunt Doct. ſuſpicionem falſi ha-
beri pro falſitate in criminalibus requi-
ri diffamationem ſaltim aliqualem, ſe-
cundum Petr. & Cynum in l. vbi. C. de
falſis dixit Feder. de Senis in conſ. 219.
incip. ſi notorium. relatus per Capic. in
deciſ. 30. num. 4. & 7.
41 Hæc autem intelligenda ſunt in falſi-
tate circa inſtrumentum, ſecus verò in
alia materia, in qua præſumptiones ſuf-
ficerent, ad notata per Iaſ. in l. ſi quis ex
argentarijs. §. ſi initium. ff. de edendo, &
in l. de pupillo. §. ſi quis prætori. ff. de no-
ui oper. nũciatione. ſic Boſſ. in præmiſſo
titulo de Falſis. numero 14. verſic. ſed
vbi aliter.
42 Sextum erit ſpeciale, quod clericus
committens delictum, quamuis non de-
ponatur ſtatim, nec tradatur curiæ
ſæculari, niſi demum ſit incorrigibilis.
cap. cum non ab homine. & c. at ſi cleri-
ci. extrà. de iudic. Tamen ſi commiſe-
43 rit falſum ſecus erit, nam ſtatim depo-
netur, & tradetur Curiæ ſæculari ſecun-
dum Goffr. in ſumma tit. de falſis. §. etiã
quòd falſi. Archid. & Gemin. in d. cap.
in memoriam, ambo. ſub numero 12.
Anan. in d. rubr. de crim. falſi. numero. 6.
verſic. quartum, niſi tamen ſit ſpes de
correctione. glo. 1. vbi Doct. in cap. licet.
& in cap. ad falſariorum. extrà. de crim.
falſi ijdem Doct. in d. c. cum non ab ho-
mine aduertit Archid. in d. cap. in me-
moriam. num. 11. in fine.
44 Septimũ ſpeciale erit, quod licet ve-
rum ſit crimen deductum per viam ex-
ceptionis regulariter non puniri. c. 1. &
46 c. cum dilecti. circa finem. de ord. cogn.
cap. primo. de except. l. Lucius. ff. de ijs,
qui not. infamia. Nihilhominus ſecus
erit in crimine falſi, quod etſi dedu-
ctum per viam exceptionis, ſi probabi-
tur, punietur ex deductis per Anchar. in
conſilio 271. incip. in Chriſti nomine,
de titulis criminum. per Ananiam re-
cẽſitum loco propè adducto in finalibus
verbis,

verbis, & meminit Affl. in d. conſt. Re-
gni incip. qui literas.num.5.
47 . Octauum ſpetiale erit, quod condē-
natus ad mortem obuians Cardinali in
via liberatur à morte, ſi Cardinalis po-
nat pileum ſuum ſuper capud ipſius cō-
demnati, vt dixerunt Bald. Caſtr. & Sa-
lic. in l. addictos. C. de appell. relati
48 per Cepollam in ſua 2. cautela. Secus
autem in condemnato ad mortem pro
crimine falſi, vt arg. tex. in l. Lucius. ff.
ad Turpill. voluit Barb. in ſuo tract. Car-
din. in prima parte. q. 9. recenſitus per
Hyp. in rubr. C. ad l. Cornel. de falſis. nu-
mero 14.
49 Nonum ſpeciale erit, quod quamuis
paria delicta mutua compenſatione tol-
lantur. l. ſi ambo. ff. de compenſ. l. viro
50 atque vxore. ff. ſol. matrimonio, tamen
regula non procedit in crimine falſi, in
quo vna falſitas non compenſatur cum
alia, ſed vtraq; punitur ſecundum Bald.
in rubr. C. de fide inſtrument. verſic. in-
cidenter etiam quæro, & Felin. in cap.
dilecti filij. numero 17. extrà. de except.
dixit Hyppol. in d. rubr. C. de falſis. nu.
15. & Boſſ. in pręcitato tit. de falſ. nu. 76.
51 Decimo certi iuris eſt, quòd in qua-
libet inquiſitione, & accuſatione debet
poni dies, & locus commiſſi delicti. l. li-
52 bellorũ. ff. de accuſat. id tamen non ven-
dicabit ſibi locum in crimine falſi, ſecun-
dum glo. in princ. inſtit. de public. iudic.
edocuit Bald. in c. 1. in princ. quib. mod.
feud. amict. Ang. de malef. in verbo fal-
ſario. verſic. & tene menti tu Iudex in-
quirens. Hyp. tam in d. rubr. nume. 15.
& 16. quam in l. ſi is cum telo. nume. 77.
cum ſeq. ad l. corn. de ſic. & Boſſ. in eo-
dem tit. nume. 77 vbi contrarium verius
eſſe autumat, cui quidem nos non aſſen-
timur.
53 Vndecimò falſarius non eſt relaxan-
dus ſub fideiuſſoribus, quia cum agitur
54 de pęna corporali imponenda non rela-
xatur fideiuſſoribus. ſecundum Bart. in l.
1. nume. 3. verſic. ſed quid ſi vult dare fi-
deiuſſores ff. de cuſt. & exhibitione reo-
rum Bald. in l. 2. numer. 3. verſic. vel dic
ſic. C. de exhib. reis. & in l. eos. §. ſuper his
circa finem. vbi etiam Ang. C. de appell.
faciunt tradita per Bart. in d. l. Lucius. ff.
ad Turp. in fine. Hyp. in ſua pract. crim.
§. attingam. col. 2. verſic. addo etiam, &
Dec. in conſil. 143. incip. in caſu propo-
ſito vol. 1. idquè propter criminis enor-
mitatem, ſceleriſque magnitudinem. l.
diuus. ff. de cuſt. reorum.
55 Et quamuis contrarium tenuerint Ar-
chidiac. Geminian. Cardin. & Præpoſ.
in d cap. in memoriam. 19. diſt. Felin.
in cap. ex parte. col. 2. verſic. impetratio.
56 extrà. de reſcrip. & Capic. in d. deciſ. 30.
numero 3. & per totum. Tamen quan-
do falſitas eſſet commiſſa in literis Papæ,
ſeu ſedis Apoſtolicæ, tunc ſub vinculis
reus cuſtodiendus erit, ſecundum Ar-
chid. & Gemin. loco præmonito, & Dec.
in d. conſilio 143. & 175. diſcutit latè
Camp. in cap. Regni. 31. incip. vt quæ
ab excell. num. 20.
57 Et idem eſſe concludimus in falſifi-
cante literas Regias, ſeu ſigillum Regis
58 nam ſi graue delictum eſt in falſante li-
teras S. P. cap. ad falſariorum. de crim.
59 falſi; non minus graue eſt in falſante li-
teras Regis, ſeu ſigillum Regium, vt in d.
60 c. vt quę ab excell. Hinc And. in conſtit.
qui literas extendit tex. in d. cap. in me-
moriam etiam in falſantibus literas Re-
gis, vel eius ſigillum, vt mox videbimus.
62 Duodecimum ſpeciale erit, quod
quamuis de iure Doctor non poſſit tor-
queri, ſecundum Odofr. in tract. de quę-
ſtionibus, in princip. Paulum de Leazar.
in cap. grauis. extrà. de depoſito. Ang. de
malef. in verſic. fama publica. col. 21.
verſi. ſexto quęro. quamuis talis conclu-
62 ſio de conſuetudine non admictatur.
Rom. in ſingulari 371. incip. milites, &
Doct. cum alijs adductis per Gram. in
voto 25. Indiuiduæ Trinitatis. numero
63 4. Tamen prædicta non vindicabunt lo-
cum, ſi Doctor impeteretur de Crimine
falſi. l. ſi quis decurio. C. de falſis. Gram.
ibidem ſub num. 5.
64 Tertium decimum ſpeciale eſt, quod
crimen falſi eſt mixti fori, ſi tamen com-
mictatur in literis Apoſtolicis. Abb. &
Doct. in c. cũ ſit generale. de foro comp.

Anania in c. ad falſariorum. de crim.
falſi. Boſſ.in tit. de falſis.num.108.
65 Hoc autem loco ſubiungendum puta-
mus Baldi doctrinam in l. vbicunque. C.
de interrog. action. & Iaſ. in l. quocies
col.2. C. de iud. quod vbi ſæcularis non
poſſet cognoſcere poſſet tamen interro-
gare. ſic Boſſ. in paulò ante mentionato
loco num.109.
66 Quartum decimum, & vltimum ad-
durimus in hoc falſi crimine ſpeciale, quod
in generali remiſſione delictorum nun-
quam comprehenditur crimen falſi. l.
Lucius. vbi Bart. ff. ad Turpill. Spec. in
tit. de abolit. §. 1. verſ. item nota quòd
ſi reus. nume. 5. Anchar. in c.1. verſ.86.
incip. vnde ſi ſtatuto. extrà. de conſtit.
Alber. in rubr. C. de crim. falſi. Ang. in
ſua diſp. incip. renouata guerra. idem in
ſuo tract. malefic. in verbo nec non ad
quærelam. numer. 77. vbi Aug. de Arim.
ſub num.79. diſcutit Marſil. in ſuo ſingu-
lari. 163. incip. crimen falſi. & in rubr.
C. de falſis. num.13. & in d. l. ſi is cum te-
lo. C. ad l. Corn. de ſicar. num. 77. Bona-
curſius in ſuis commun. opin. 1. part. ver
ſic. gratiæ factæ à ſtatutis. pagin. 79. col.
fi. Clarus in lib. 5. §. fi q. 59. ver. in huiuſ-
modi autem. Nellus in tract. de bannitis
in 3. parte 2. temporis. q. 12. & 41. De-
cian. in libr. 3. ſub titul. abolitio an, &
quando impediat accuſ. num. 10. & no-
uiſſimè diſtinctiſſimus. Farin. in tit. de
inquiſitione. q. 54. lib. 1.
67 Hanc autem præmiſſam concluſionē
admictit Spec. loco propè citato, quan-
do libellus accuſationis ſit rātum datus,
& quando nomen non eſſet receptum
inter reos, quod ſi eſſet receptum nomē,
& eſſet vltra proceſſum hoc crimen falſi
ſub generali abolitione, ac indultu fate-
68 tur comprehendi, per tex. in l. ſi docue-
ris. C. de falſis. Cuiusquidem opinio diſ-
69 plicet Deciano ob generalitatem tex. in
d. l. Lucius. ff. ad Turpill. quo tex. motus
inde inquit tex in d. l. ſi docueris in abo-
litione generali ſuum minimè vindicare
locum, ſed bene in ſpeciali Principis
indulgentia innixus Acurſij ſcholio in
70 verſ. ſopitum præcitati tex. in d. l. ſi do-
cueris, quod, vt dum vidimus ex eius le-
ctura id colligi nequaquam poſſe admo-
nemus, immò contrarium excerpi iudi-
camus, ea enim declarando verbum il-
lud in tex. adiectum, ſopitum eſt, quæ-
rit; ſed quomodo per abolitionem ſo-
pitur, inquit, per generalem non, vt ff.
ad Turpill. l. Lucius, per ſpecialem non,
71 vt in l. fallaciter. §. fi. C. de abol. Reſpōd.
ex certa ſcientia Princeps indulſit ge-
neraliter, vel ſpecialiter, igitur videtur
concludere, quòd Princeps indulgeat
hoc falſi crimen ſiuè per generalem, ſiuè
per ſpecialem abolitionē ex certa eius
ſcientia, & non concludit, ſicut voluit
Decianus, quod tale delictum per abo-
litionem generalem non aboleatur, ſed
per ſpecialem ſic, ſed quando eſt certa
Principis ſcientia, ſiuè abolitio ſit gene-
ralis, ſiuè ſpecialis ſemper tale falſi cri-
men aboleri concludimus vna cum Ac-
curſio, cuius ſententiæ nos libenter ſub-
72 ſcribimus ſtante natura clauſulæ ex cer-
ta ſcientia, per quam Princeps indiſpē-
ſabile facit diſpenſabile ex plenaria eius
poteſtate, vt latè diſſeruimus ſupra in c.
2. ſub verbo, motu proprio.
73 Ob id inferimus, quod quamuis ſub
qualibet diſpoſitione nunquam intelli-
gantur de iure incluſa crimina, & delicta
74 atrociora. arg glo. in l. 2. ff. arbor. furt. cæ-
ſarū, quæ dixit propter criminis imma-
nitatem reū criminis mortuum poſſe da
ri beſtijs laniandum, licet in alijs debuiſ-
75 ſet humari, & propter eiuſdem crimi-
nis immanitatem famam defuncti dam-
nati, dixit eadem glo. in §. per contra-
76 rium. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. de
fer. Vnde conſequitur, quod hoc falſi
crimen non includatur ſub generali abo
litione, vt dixit Gram. in deciſ. 2. num.
28. & in deciſ. 74. nume. 18. & in voto 3.
77 num. 10. Tamen prædicta non proce-
dunt, quando Princeps ex certa ſcien-
tia indulget per abolitionem generalē,
vel ſpetialem ſecundùm glo. in d. verſic.
ſopitum eſt tex. in d. l. ſi docueris. ex qui-
bus regula deſuper conſtituta limitabi-
tur primo.
78 Secundo limitabimus, quod regula,
quæ

quæ ſe habet ſub generali abolitione cri
men falſi non comprehendi per tex. in
d.l.Lucius, non obtinet locum ſi ſpecia-
lis mentio facta ſit de falſitatibus in ipſo
generali indultu, vt ex mente Auguſtini
de Arim. ad Ang. in loco nuper citato.
num.79.voluit Decianus in tit. abolitio,
quando impediat accuſat.num.12.

79 Tertiò limitatur regula, vt non proce
dat, quando indulgentia ex alia cauſa
probabili tamen, & expreſſa, quàm ex
cauſa publicæ letitiæ eſſet conceſſa, vt
ijdem propè admoniti DD. recenſue-
runt.

80 Quartò, & vltimò limitabitur, eam
non admicti, ſi tempore abolitionis cō-
ceſſæ non reperirentur alij accuſati, vel
carcerati, quàm de falſo, quia vt gratia
locum habeat, nec diiudicetur ſuperflua
ſuum obtinebit locum etiam in crimine
falſi. arg. tex. in l.fin. ff. ad Trebell.

81 Hinc Nellus in allegato tract. Banni-
torum.p.3.q.12.num.46. tradidit, quòd
ſi ſtatuto cauetur, quòd banniti certam
quantitatem ſoluentes eximantur à ban
no, vel quod carcerati ſolnta certa quā-
titate relaxentur tale ſtatutum ſuum nō
porriget effectum, quò ad bannitos, ſeu
carceratos pro crimine falſi propter
eius grauitatem, ſicquè communem ſen-
tentiam eſſe teſtatur, de quo meminit
Farin. in d.tit.de inquiſitione. q. 6.num.
82 54. Niſi in caſu, quo non reperirentur
carcerati pro alijs delictis, quàm de fal-
ſo, ne gratia eſſet ſuperflua, prout edo-
cuit Caccian. in repet. l. omnes populi.
num.101. ff. de iuſt. & iure. & poſt eum
Hyp. in rubr. C. ad l. Corn. de ſicar. num.
13. Cuccal. in add. ad Ang. de malef. loco
præcitato. verſic. ad quærelam. num. 83.
in fine. Decianus in tit. ſæpe ſæpius alle-
gato. nu. 13. & demum nouiſſimè Farin.
loco, & num. recenſitis.

83 Hæc ergò in ſimplici falſi crimine an-
notata demonſtrabunt quantò magis,
quantòque fortius ſit ab indultu exclu-
dendum falſi crimen commiſſum circa
ſigillum Principis, aut cuiuſcunq; Regij
84 tribunalis, qui enim huiuſmodi commi-
ctit Principis regalia vſurpat, eiuſquè
poteſtate indui anhelat, ſeq; parem altiſ
ſimo conſtitui contendit.

85 Nam vt inquit Bald. in conſil.359. in-
cip. in Chriſti nomine. vol. 1. quem me-
minit Rota Florentina in deciſ. 88.num.
18. diſputantes de Principis poteſtate
Altiſſimo pares eſſe videntur, multò er-
gò magis Altiſſimo parem ſe facere prę
tendit adulterans Principis ſigillum, cū
omnimodā Principis poteſtatem, eiuſq;
authoritatem aſſumat, ac ſibi tribuat,
mirum igitur non erit, ſi Carolus Secun-
dus huius ſęcundiſſimi Regni Princeps
decreuerit, maius delictum eſſe hoc cri-
men falſantium Principis ſigillum, quàm
falſam cudere monetam, vt liquet inde-
monato. c. Regni, vt quæ ab Excellent.

Diximus itaque adulterantem Prin-
cipis ſigillum omnimodam Principis ſi-
87 bi aſſumere authoritatem, ſi quidem in
literis Regis ſigillum eſt ſubſtantiale. l. 2.
C. de rebus alien. non alien. ibi, licet ſi-
gillo ſuo vēditionis inſtrumentum frau-
88 de conquiſita ſignaueris.

Inde ſubſtantialia literę Regis conſi-
ſtunt in ſigillo, vt tradit And. in cap. 1. §.
quoniam. num. 3. verſic. dubitatur, & in
verſ. additio, & in verſ. è contra. & num.
6. in fine. de prohib. feudi alienatione.
per Lothar. recenſitus per Affl. in deciſ.
21.nu.9. & in conſt. qui literas. in princ.
89 & Gramm. in voto 25.num.9. in quo no-
men ſigillantis eſſe debet. c. inter dile-
ctos. ibi. in ipſo ſigillo. cum verſ. ſequen-
ti. extrà. de fide inſtrum. Boer. in deciſ.
90 82.nu. 2. Quod habet vim ſubſcriptio-
nis. Rom. in conſil. 303. incip. omnipo-
tentis Dei. Immò operatur pluſquam
91 ipſa ſubſcriptio. Caſtr. & Purpur. in l. ad-
monendi. col. 26. circa finem. ff. de iure
iur. ex quo arguitur conſenſus. d. l. 1. li-
92 cet non interueniat ſubſcriptio. Bart. in
l. quæ dotis. in fine, & Alex. col. fin. ff. ſol.
matrimonio. Felin. & poſt eum Dec. in
c. 3. loco. in princ. extrà. de probat. & in
c. 2. de fide inſtrum. Crau. in tract. de an-
tiq. temporis. par. 1. verſ. quæritur. num.
44. fol. mihi 76. in paruis, Niſi tamen ſub-
93 ſcriptio requireretur de ſollemnitate, &
pro forma ſicuti in teſtamento in ſcri

ptis,

94 ptis,in quo pro forma requiritur ſubſcri
ptio teſtium.l.ad teſtium.§. ſi quis. ff. de
teſtamentis, vbi Bart. Alex. in d. l. quæ
dotis.col. fin. & ibi Iaſ.col. 15.verſic. per
iſta.& Dec.in d.c.2.in fine.extrà. de fide
inſtrum.

95 Verum quamuis ſigillum arguat con-
ſenſum,tamen neceſſe ad huc erit appa-
rere tale ſigillum fuiſſe impreſſum ab
eo,cuius eſt,vel de eius voluntate. Alex.
in d. l.quæ dotis.col.fin.& clarius in d. §.
ſi quis. in additione ad Bart. Dec.in d.c.
96 2.in fine. Crau.in loco præcitato.nu.45.
ſicuti in dubio præſumitur appoſitum de
eius voluntate. Dec. poſt Ant.de Butrio
in d.cap. 3. loco.col.1.verſic. & ſubijcit.
Ant. extrà. de probat. & Abb. in d. c. 2.
col. pen. in fine.

97 Ex his conſequitur, quòd ſi non pro-
baretur ſigillum eſſe appoſitum de vo-
luntate eius, cuius eſt . ſigillum non in-
duceret effectum, licet is fateretur ſuũ
98 eſſe ſigillum, tamen quia alieno ſigillo,
vel anulo quis ſignare poteſt. d. l. ad te-
ſtium.§.ſi ab ipſo.ff de teſtam. cum quo-
que quia ſigna priuata facilè ſubripi, vel
99 fingi poſſunt.l. 1.§. ſed ne furandi. C. de
latin. lib. toll. Alber.in l.1.in fine.ff.quẽ-
adm.teſt.aper. & in l. ſi procurat. ff. de
procurat.& idcò non probaret.

100 Quin immò ſecundum aliquos requi-
ritur atteſtatio ſigillantis ſcripturam ſe
illud ſigillum appoſuiſſe, ſecundum In-
noc. in d.c. 2. de fide inſtrum. quod La-
tius pertractat Crau. in præcitato loco.
num.47. & 48.

Hæc autem in ſigillo priuato faciliter
101 admictenda putamus, at in ſigillo Prin-
cipis, aut publico, nempè Epiſcopi, Ci-
uitatis, aut vniuerſitatis, quibus quidem
in caſibus ſigillum publicum eſſe voluit
Bald. in l.ſi qua per calumniam. nume. 5.
102 verſic. vltimo quæro.C.de Epiſc. & cler.
ſufficit ſigillum abſquè ſubſcript. & at-
103 teſtatione, ex quo principis authoritas
ad inſtar priuatorum nullo pacto admi-
cti debet, & pro inde quamuis ſigillum
104 per ſe nihil loquatur,& ſine ſubſcriptio-
ne, vel æquipollenti nihil operetur, ſe-
cundum Bald. in l. falſus. in fine. C. de
105 furtis, & ſit teſtis mutus, & incertus ſe-
cundum Bald. in tit. de pace conſt. in
106 verſic. Imperialis. col. 2. tamen in Prin-
cipe ſigillum ſine ſubſcriptione ſufficiet,
dummodo tria exprimantur v3. Cuius
107 eſt ſigillum, à quo apponitur, & 3. pro-
108 pter quid apponitur. ſic reconciliatur
109 Bart. opin. in proœm. ff.vet. num.5. & in
l. ad teſtium.§ ſi quis ex teſtibus.ff.de te-
ſtam. & Baldi ſententia in d. l. 2. ex mẽ-
te Decij in d. cap. 3. loco.in princip. de
probationibus.

110 Quod quidem Regni huius ſanctione
fulctum dignoſcitur, dum omnes literas
M. C. V. ſigillo ſolito inordinata forma,
& debita ſigillari demandatum eſt per
c. Regni. 232. incip. in forma ſigilli. ſub
111 tit. de ſigill. appon. Sigillari inquimus
ſigillo pendenti, & non anulo ſecreto, vt
dictat aliud.c. Regni. 286.incip.item, ꝙ
ad petitionem ſub tit. de cædulis, ſeu li-
teris ſigillandis ſigillo pendenti, & non
anulo ſecreto.

112 In qua quidem forma ſigilli duplex
regnantis deſignatur authoritas, vna
113 præclaræ iuſtitiæ, quæ per æquitaté por-
tantem gladium aptè deſcribitur, inde
114 eſt, quòd in Imperatoris ſigillo circum
circa hæc verba inſerta ſunt, iuſtè iudi-
cate filij hominum.ſic glo.finalis.in auth.
de iudic. meminit Bald. in conſil. 278.
incip.quæritur,ſi Rex Romanorum.col.
3. verſ.& iterum in alio pſalmo.vol. 3. te-
115 ſtatur Boer.in deciſ.82.num. 1. Altera eſt
humanæ clementiæ, quæ per Principem
116 cum ſceptro, & pomo ſedentem in ſolio
figuratur, quo fit, vt ad eiuſdem ſigilli
cuſtodiam maior prudẽtia communiter
eligatur, vt decreuit Carolus III. huius
Regni olim moderator. in d. c.in forma
ſigilli.

Qua de re ꝓ cuſtodiẽda ſigilli autho-
ritate eandem prudentiam ab huius Re-
gni legum conditoribus expenſam eſſe
117 legimus, cum eiuſdem conſtitutionibus
ſancitum ſit, quod qui literas Regias,
aut mutat, aut eas noto ſigillo ſignat, ca-
pitali pęna feriatur, vt eſt conſt. Regni,
qui literas. vbi And.& Afflict. ſub tit. de
falſarijs.

Conſt.

118 conſt. iuri communi quidem conſentanea, nam ſimilem pœnam de iure communi conſtitutam perſpicimus in l. ſacri affatus. C. de diuer. reſcr. vbi inſcripſit Imp. ſacri encauſti confectionem nulli fore licitum, aut conceſſum habere, aut quærere, aut à quocunque ſperare, inde eum, qui tirannico ſpiritu hoc aggreſſus fuerit poſt proſcriptionem bonorũ omnium capitali non immeritò pœna

120 plectendum voluit. Mirum igitur non erit, ſi tales maiorem ſeueritatem exigunt l. maiorem. C. de falſis, nedum quò

121 ad inquirendum, & inueſtigandum, ſecundum Ang. in d. l. maiorem, ex eo, quod illud comparatiuum, maiorem, non tribui poſitiuo pœnę, ſed abſcribi illi poſiti-

122 uo ſeueritatẽ, dẽ verum quoque quò ad condemnandum, vt annotauit Accurſ. in l. vbi. verſ. commiſſi. C. de falſis. quem ſequitur Salic. in d. l. maiorem, & Anania in c. ad falſariorum. de crim. falſi. de quo per Affl. in deciſ. 21. nume. 3. & 404. num 15. verſ. reſpondeo.

123 Sed hæc de iure communi, ſecus autem de iure huius Regni, cum per præmiſſam Regni conſtitutionem hæc controuerſia ſopita liquear, dum adulterantem ſigillum Principis capitali pęna puniendum eſſe percenſuit.

124 Nec ambigendum noſtro quidem iudicio conſtitutionem prędictam ſuum obtinere locum etiam inſalſante ſigillũ alterius Regij Tribunalis, vt verba huius partis enodemus, nam quamuis delegatus Papæ Vicea gerat ipſius Pontificis, & nos ad huc non lateat falſantem literas delegati non ita acriter puniendum eſ-

125 ſe, ac ſi falſaſſet literas S. P. vt ex tex. in c. olim. extrà. de reſcr. recolligit inibi Abb. quem ſequitur Felin. in c. 2. verſic. ſtilus curiæ. circa finem. extrà. de reſcr. & Soccin. in d. c. ad falſariorum. de crim. falſi. quos coaceruauit Gramm. in voto

126 25. num. 10. in hac propria falſitatis materia, qui tex. nedum procedit in falſificante literas S. P. verum quoque in falſificante alias literas prout demonſtrat Aret. in conſil. 44. num. 16. cuius contrarium videretur dicendum, cum is dele-

gatus gerens vicea S. P. ſuccedat.

127 Et ſubrogetur in locum Summi Pontificis ob poteſtatem ſibi attributam, ob quòd conſequitur; quod is gaudere debet iiſdem priuilegiis quibus gaudet is, in cuius locum ſubſtituitur. c. fin. 93. diſt. edocuit Bart. in l. filius. ff. delegat. Abb. & Felin. in c. cum olim. not. 1. de offic. deleg. Barbat. in c. ſanè. el 1. col. 1. de offic. deleg. idem Abb. & poſt eum Dec. in cap. ſanè. el 2. de offic. ordin. Felin. in rubr. de maior. & obed. num. 10. & in c. mandata. in fine. extrà. de præſumpt. Alex. in rubr. col. antep. & alij. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. & Iaſ. in l. 1. nũ. 7. eiuſd. tit. Rom. in ſing. 367. incip. Bar. vbi addentes cumulant plures, & propterea non eſſet dicẽdum mitiorem pęnam eſſe inferendam contra falſantem literas delegati, ſed ita acriter puniendum, ac ſi S. P. literas falſaſſet.

128 Id tamen non admittendum exiſtimamus, nam licet delegatus vices Pontificia gerat, inq; eius locum in legatione ſibi conceſſa ſuccedat, non tamen in totum, ſed dumtaxat, quò ad exercitium iuriſdictionis reſpectu certæ legationis vigore poteſtatis ſibi tributæ, eſtq; longè inferior. S. P. Gramm. in voto 25. nu. 9. & ideò non exiſtente eadem ratione aliter dicendum.

129 Quã de re dixit Gram in deciſ. 27. nu. 10. & 12. quod conſtitutio prǽcitata, qui literas, non poſſet extendi ad falſantes literas Pro Regis ductus per doctrinam Panor. in c. tam literis in prima oppoſitione extrà de teſtib. Felin. in cap. 2. col. 2. circa finem. verſic. ſtilus. extrà. de reſcr. & Socc. in d. c. ad falſariorum per eundem Gram. allegatorum in d. voto 25. num. 9.

130 Et Boer. in d. deciſ. 81. nume. 6. inſcripſit, falſificantes literas P. ælatorum, & eorum Vicariorum mitius eſſe puniendos, ad notata per gloſam in verſic. legitimas. tex. in d. c. ad falſariorum, & Doct. in cap. accedens. eodem tit. de crim. falſi. Gratus in conſil. 59. & 72. vol. primo. Vrſillus ad Affl. deciſ. 404 numero 5. ſicque Pariſiis iudicatum eſſe teſt. B er. ibidem

131 ibidem ſub numer. 7. dum tamen literæ
falſatæ ſint de pura iuſtitia ordinationē,
importantes, vel decretum, ſecus verò ſi
eſſent de ſimplici iuſtitia, vt puta literæ
citatoriæ, vel inhibitoriæ quia cū de facili
tales literæ poſſunt iterato obtineri, nō
debent hi moleſtari, cap. accedens. vbi
glo. & Goffr. de crim falſ. differuit Guid.
Pap. in deciſ. 455. incip. cōmictitur, nu. 1.

132 Verumtamen iſthæc in falſante literas
delegati, vel alicuius Vicarij poſſunt
rectè procedere, At in falſante ſigillum
Regij Tribunalis ratio ſuadet aliter eſſe
affirmandum. Nam officialis, cui per
133 Principem officium eſt elargitum, Principis
perſonam repreſentat, illudq; exercet,
ac ſi ipſe Princeps faceret, Qui enim
ob eius ſingularem induſtriam explorata
fide, & grauitate ad officij magnitudinem
à Principe adhibetur, non aliter
eum iudicaturum eſſe pro ſapientia, ac
luce dignitatis ſuæ putandum eſt, quàm
ipſe Princeps iudicaturus eſſet, vt dixit
Iureconſultus in l. prima in fine. ff. de offic.
præf. Prætor. & glo. in c. cum olim. de
off. & pot. Iud. deleg. And. in c. 1. nu.
42. Quæ ſint reg. & in c. 1. num. 85. de
prohib. feud. alien. per Feder.

134 Quamobrem glo. in d. c. cum olim
æquiparat præfectos prætorios Epiſcopis,
& Cardinalibus. l. Epiſcopale. C. de
Epiſc. audien. Vnde fit, vt offendens
135 officialem incidat in crimen læſæ Maieſtatis,
cum is pars viſcerum Regis exiſtimetur.
l. quiſquis. C. ad l. Iul. Maieſt.

136 Quare conſt. qui literas, non erit interpretanda
in falſante ſigillum Regij
Tribunalis, in quo, licet inficiari nequimus
per officialem Principem repræſentari,
tamen maior poteſtatis ipſius Principis
repræſentatio conſideratur in toto
Tribunali, ſaltim virtute vnionis, cum
ſit virtus vnita fortior, quàm in ſimplici
officiali, In quo negari haud quaquam
poteſt, quòd ſi poteſtas, authoritas, iuriſdictio,
præheminentia reſidet, ſicut &
in ipſo Principe, non conſideretur æqualis
poteſtati, & authoritati totius Tribunalis,
cui inhæret paulò inferior iuriſdi-
137 ctio ab ipſo Principe, cum omnia noſtra
faciamus, quibus noſtras impartitur authoritas.
l. 1. §. cumque. C. de vet. iure Enucl.
dixit And. in c. 1. nu. 3. de prohib.
feud. alien. per Lothar. in c. 1. nu. 3. Hic
finitur lex. & in c. 1. §. ſi quis verò, nu. 50.
De pace iuram. firm.

Ex his itaque ponderatis à ſimili per
Alciatum in rubr. de off. ordin. col. 8. refelli
poſſe in contrarium obiecta credi-
138 mus, Adeò, vt de iure attentari poſſit falſificantem
literas Illuſtriſſimi ProRegis,
aut cuiuſque Regij Tribunalis vltimo
ſupplicio plectendum eſſe vigore Conſtitutionis,
cuius contrarium tum in
caſu Conſtitutionis cum in caſu huius
indultus, in quo lex aperta eſt, amplexandum
ſi non iuſtius, ſaltim mitius erit.

139 A cuius itaque Conſtitutionis interpretatione
nè diſcedamus ſubnectimus,
quod vt locus ſit conſtitutioni præfatæ
140 duo requiruntur copulatiuè, ſcilicet, quod
falſificatio ſit in līis, & in ſigillo, ſm And.
in d. conſt. qui līas & in d. c. 1. nu. 3. de prohib.
feu. alien. per Lothar. poſtquem ſic
tradidit Affl. in d. deci. 21. nu. 9. Gramm.
in d. dec. 23. nu. 9. & in voto 25. nu. 9. &
Vrſill. latè in add. ad Affl. in d. dec. 404.

141 Contrarium autem prædictorum verius
eſſe conſulimus, idque attentis verbis
conſtitutionis alternatiuè conceptis
inquit enim, qui literas Regias aut mutat,
aut eas noto ſigillo ſignat capitali ſē
tentia feriatur, ex quo cōſequitur, quod
142 cum in alternatiuis, & pœnalibus ſufficiat
vnam partem eſſe veram. l. fin. ff. vt inius
voc. eant. l. ſi quis ſtipulatus. ff. de verb.
oblig. & l. is, qui ducenta. §. vtrum. ff. de
reb. dub. non requiratur falſitas tam in
literis Regijs, quàm in ſigillo, vt conſtitutio
vendicet ſuum locum, ſed ſufficiet ſi
falſitas in vno ex eis ſit cōmiſſa. hanc aūt
ſñiam modo pdicto fundatā tenuit Vrſillus
in loco pcitat. nu. 4. cui cū aduerſetur
tantorū patrū ſñia cogitandū relinquitur.

143 Cęterū ſi verā ſñiam pmiſsā admitteremus
ea pōderari poſſet in hac nr̄a indultus
mā, quidū loqtur de adulterāte ſigillū
Principis, aut cuiuſcūq; Regij Tribunalis
nō excluderet falſantem līas ipſius
144 Regis, cum intelligendus ſit in caſu ſuo.

Sed

ſed prænarratis ſuperaddimus, & illud,
quod falſificans literas regis, ſed non ſi-
gillatas pœna huius conſtitutionis non-
punitur. ſic Affl. in deciſ. 21. nu. 9. & Vrſil.
in addic. ad Affl. deciſ. 404. nu. 10.
145 Sed vlterius progrediamur dicentes, eandemmet conſtitutionem non vendicare
ſibi locum in mandante fieri raſuram, ſed
dumtaxat in mutante, & radente, idq;
ex infraſcriptis demonſtratur.
146 Et primò quia conſtitutio quæ dr̃ ius
municipale, non autem vniuerſale, nam
vnaquæq; prouincia ſuo abundat ſenſu.
147 c. fin. 25. diſtinct. c. quo iure. 8. diſt. ꝑ qua
prouincia hoc Regnum habetur, vt dicit
And. in conſt. Regni. conſuetudinem, ſub
148 tit de præſcript. inde Conſtit. Regni nũ-
cupatur ius Ciuile huius Regni l. omnes
149 populi. ff. de iuſt. & iure. loquitur in per-
ſonam mutantis, vel radentis, vnde ſuc-
cedit, quod ſtatutum pœnale loquens in
150 perſonam non comprehendit mandantẽ
ex propria ſignif. ſed ex interpretatione,
vt notat Bart. in l. hæc verba ff. de adult.
& in l. ſi quis id quod §. fin. ff. de iuriſd.
omn. iud. & ratio eſt quia qui mandat nõ
151 dr̃ propriè facere, ſed interpretatiuè. l.
1. §. deieciſſe. vbi glo. ff. de vi, & vi arm.
152 propterea cum interpretatio ſit fictio-
nis non habet locum in ſtatutis. l. 3. §. hęc
verba. ff. de neg. geſt. l. conſtitutionibus.
ff. ad municip. idem Bart. edocuit in l.
1. ff de fonte. & Iaſ. in d. l. ſi quis id quod.
num. 37. not. in l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol.
matr. cum aliis cumulatis per Alex. in
conſ. 65. incip. viſa quadam cõſt. vol. 4.
153 Item, & ſecundo ſtatuta ſunt ſtricti
iuris, & ob id ſtrictè ſunt interpretanda
Bart. & alij communi calculo. in l. om-
nes populi. col. 2. quæſt. 4. & 6. ff. de iuſt.
& iur. ergo hæc ſtrictè eſt intelligendã
154 conſtitutio tamquam exorbitans à iu-
re communi nec poteſt extendi etiam
ex maioritate rationis. l. fin. C. de interd.
matr. c. ſecundo. de regul. lib. 6. l. præ-
cipimus. C. de appell. not. in auth. quas
actiones. C. de ſacroſ. eccleſ. & in d.
l. ſi verò. §. de viro. ff. ſol. matr. Bart. in l.
quemadmodum. C. de agric. & cenſ. lib.
11. dixit Affl. in d. deciſſione 404. nu. 17.

155 quia eſt materia pœnalis. Io. And. in c.
odia. de reg. iur. in 6. & Cyn. in l. 2. C. quæ
156 ſit longa conſuet. in qua durum eſt legẽ
extra caſum de iure expreſſum extende-
re. l. 3. in fine. ff. de præuaric. §. cum antẽ.
verſi. optimum. in auth. de non elig. ſe-
cundo nubent. col. 1. Bar. in l. tranſigere.
in princ. vbi Bald. ſub. num. 11. C. de trãſ.
Salic. in l. non ideo minus. verſ. 5. quæro.
C. de accuſ. Alber. in tract. ſtat. quæſt. 55.
Ang. de maleſ. in verſ. Sempronium mã
datorem. vbi plenè, Aug. de Arim. verſ.
14. Hipp. de Marſil in ſuo ſingulari. 181.
incip. mandans Alex. in præcitato conſ.
65. Corn. in conſ. 79. incip viſo proceſ-
ſu. vol. 3. Affl. in conſt. ſi quis aliquem.
quæſt. vltima. & per iſtnæc ſic tenuit, in
mat. d. conſt. Afflict. in eadem conſtitut.
num. 3. & in deciſ. 21. num. 4. verſ. ſed poſ-
ſet attentari, & in deciſ. 404. nu. 5. verſ. 2.
difficultas, vbi Vrſill, ſub num. 2. & 11. &
Gramm. tam in d. deciſ. 27. num. 9. quã
in voto 25. num. 9.
157 In qua mandati materia illud anno
tandum eſſe cenſemus, Quod ſi manda a
rius occidit titium ex odio proprio. quã
vis præcedat alicuius mandatum, non
per hoc tenebitur mandans, ſicuti tradi
dit Gramm. in voto is. num 6. & in de-
ciſ. 34. num. 40. grauiori pœna, ſed mitio
158 ri, ſicque intelligantur dicta per Bart. in
l. 1. num. 4. C. de ſeru. fugit. & per Felin.
in c. ſicut dignum. ſub num. 9. & in c. Pe-
trus. extrà. de homic. ſecundum Iaſ. in
d. l. 1. col. 4. & Affl. in d. conſt. ſi quis ali-
quem. num. 11.
159 Quã concluſionem ampliabimus mul
tò magis admittendam, ſi mandatarius
exceſſerit fines mãdati, vt plenè per Dec.
in conſ. 482. incip. viſa reſolutione, & in
conſ. 632. incip. quod ſuper. Quam vis
contrarium conſuluerit Cæpolla in cõſ.
35. num. 1. & nu. 4. incip. in Chriſti nomi
ne poſtulato ſuffragio.
160 His igit̃ corrolariè prænarratis cõſti-
tuimus, conſtitutionẽ, qui literas. ſcũ mi
nimè vindicare locũ in mandante, ſed be
161 nè in radente, vel falſante lras Regis, vt
aduertit Affl. in præcitata dec. 404. n. 13.
162 Punitur. n. adhuc radens, quia radere

no eſt error, ſed dolus, & falſitas. l. erro-
ris. C. de teſtam. l. fi. C. de magiſtr. côuen.
Barr. in l. ſi librarius. ff. de reg. iur. & Bal.
in c. ex literis. extrà. de fide inſtrum. niſi
163 ſit notarius, pro quo in dubio præſumit po
tius ex errore, quã dolo, & malitioſè fa-
cere, niſi tñ ex aliis circũſtãtiis aliud ap
164 pareret ſm Bar. in l. quoties. §. ſed ſi ff. de
hær. inſt. relat⁹ p Boſ. in tit. de falſi. n. 56
165 Hiſce tñ ſubnectimus, quod radens re
ſcriptum Principis, ſed eo non vtens non
tenebitur l. Corn. de falſis, ſed venit ar-
bitrariè puniendus ſm Affl. in d. deciſ.
404. nu. 22, & ſi eo vteretur non ita acri-
166 ter puniretur, ſicut ſi fabricaſſet, vt trad
dit Vrſill. ad Affl. deciſ. 21. num. 18.

Sed poſtremò, vt hæc conſtitutio ſuas
habeat declarationes breuibus conclu-
dendum, quod quãuis de iure communi
in hac materia falſitatis circa lr̃as Re-
167 gias potuiſſet diſtingui, num ex contine-
rent iuſtitiam, vel gratiam, vt tradidere
canoniſtæ in c. ex literis. extrà. de fide
inſtr. & in c. accedens. & c. fin. de crim.
168 falſi, & not. per Affl. in d. deciſ. 404. nu. 4.
verſ. cum ſit cõis, & nu. 18. & num talis
falſitas fiat per notarios cancellariæ, vel
per partes, vt glo. diſtinxit in c. licèt. vbi
169 Doct. de crimi. falſi, & num talis falſitas
ſit alicui nociua, vel non, de quo per glo-
ſam in l. fundum. in fine. ff. de euict. per
Cyn. in l. 1. C. de ſepulchr. viol. per Alex.
in conſ. 73. nu. 1. incip. non puto col. 3. &
in conſ. 77. nu. 1. incip. in cauſa accuſatio
170 nis. volum. 1. & in conſ. 50. incip. ponde-
ratis. col. 1. vol. 3. per Caſtr. in conſ. 151.
171 incip. videtur dicendum. vol. 1. & Socc.
in conſ. 63. n. 2. incip. in præſenti conſul-
tatione. vol. 2. de quo nos inferius diſſe-
remus, & num ſit modica raſura, vel ma-
gna & num in loco ſubſtantiali, vel non,
ſicuti diſtinguit Goff. in rub. de crim. fal-
ſi, & poſt eum Felin. in c. 2. de reſcr. n. 42.
Socc in c. fi. de crim. falſi. & Io. de Anan.
172 in d. c. accedens, & nũ lr̃æ falſificatæ ſint
iuſtæ, vel iniuſtæ, vt conſiderauit Abb. in
173 c. olim, o. 6. extrà. de reſcr. & tandem nũ
fabricans reſcriptũ eo vſus ſit, vel non.
174 Tñ quia cõſtitutio generaliter loqui-
tur nõ ſufferret has diſtinctiones, quia l.

175 generaliter loquẽs generaliter erit intel
ligenda. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſt.
l. de pccio. ff. de publ. in rẽ actione cũ ſimi-
lib. & ſic cõcludit Affl. ĩ d. cõſt. q lr̃as. n. 1.
176 Circa cuius declarationẽ quæremus,
poſtremo, num requiratur delictũ cõſu-
matum, vt cõſtitutioni locus ſit, an verò
ſufficiat, quod ſit attentatũ, in qua concluſi-
uè procedendo dicimus, quod non ſufficit at
177 tentaſſe quẽ adulterare ſigillũ Principis,
ſed requirit, quod verè falſauerit, nã in crie
falſi exigitur, quod id quod falsò conficitur, ad
perfectã ſui formã, & eſſentiã producã-
tur. l. qui falſam. in princ. & l. ſi quis lega
178 tũ. in princ. ff. de falſ. quia ea perfecta cẽ
ſenda ſunt q perfectionis ordine ſunt cõ-
179 pleta. c. nihil. 7. q. 1. & quod in vſu eſſe nõ põt
nõ dicitur eſſe perfectum. l. ædificia. §.
præfeciſſe. ff. de verb. & rerum ſignific.
l. quintus. §. cui. ff. de auro. leg. l. ex his. in
fin. C. qñ dies leg. ced. & l. ſtip. §. opus. ff.
de nou. oper. nunc. & per hæc & alia ſic de
102 creuit Lucas à penna in l. 1. n. 8. cum ſeq.
C. vt nemo ad ſuum Patroc. ſuſcip. vicos,
vel ruſticanos. lib. 11. Marſil. in l. is qui
cum telo. n. 78. vbi plures allegat. C. ad
l. Corn. de ſicar. dixit Affl. in d. deciſ. 21.
n. 9. verſ. ad hoc reſpondetur. vbi Vrſill.
ſub n. 2. & 14. & in d. conſt. qui lr̃as. n. 6.
180 Quibus ſuffragatur, quod nõ punitur affe
ctus ſi non ſequatur effectus. l. ſi non di-
cam rapere. C. de epiſc. & cler. cũ aliis ad
ductis per Vrſill. loco præcitat. Matſ. in
d. l. is cũ telo. n. 79. & per Gram. in deciſ.
2. 33. 38. & 74 & nos alibi aduotauimus,
commemorando cõcluſionẽ præmiſſam
firmari ex generali Italiæ conſuetudine
vt præcitati teſtantur locis præmonitis.
181 Cui⁹ ea poterit eſſe rõ, quia conatus nõ
nocet vbi iniuria non habuit effectũ. l. 1.
in fin. ff quod quiſq; iuris. l. ea quidẽ. C. ſi mã
cip. uerſ. alien. optimus eſt tex. in l. pube
182 rẽ. §. ſi ei ſeruo. ff. de falſ. Gram. in deciſ.
37. n. 3. fine. Ex quib. ſequit, quod ſiquis ince
perit adulterare ſigillũ Principis, vel cu-
iuſcũq; Regij Trib. ſed nõ pfecerit nõ cõ
phẽdit ſub excluſiuo hui⁹ indulc⁹ edicto.
183 Demũ pro eiuſdem Indultus intelle-
ctu vlterius progrediendo ponamus,
quem falſaſſe ſigillum Regis Iouiſſi-
mi,

mi, verum talis falſitas non eſt alteri no-
ciua num ſub hac Pripcipis Indulgentia
184 contineatur, in qua licet pro parte affir-
matiua, & ſic quod comprehendatur ad-
duci poſſet illud, quod ad eſſe falſitatis
tria requirantur, nempè dolus, muta-
tio veritatis, & quod ſit alteri nociua, vt
author eſt Accur. poſt quē Doct. omnes
in l. damus. C. de falſ. cum aliis cumula-
ris per Boſſ. in tit. de falſ. num. 83. & per
Vrſillum in d. deciſ. Affl. 404. num. 14. &
deciſ. 21. num. 12.
185 Tamen contrarium ſubſtiuendum ar-
bitramur, etenim in crimine falſi duplex
poteſt conſiderari delictum, fabricatiō-
nis nēpè, & vſus inſtrumētis, vt colligiē
de tex. in l. ſi falſos codicillos. C. de falſ.
& dixit Afflict. in d. deciſ. 21. nu. 5. Quod
Latè differendo cōſiderauit doctiſſimus
Menochius in Tract. de Arbitr. iudic.
Cent. 4. caſu 316. nu. 1. & per totum, Mo
186 dò quamuis gloſæ dictū benè procedat
reſpectu fabricantium inſtrumentum fal
187 ſum, vel eo vtentium arg. tex. in d. l. ſi fal
ſos codicillos, non diſtinguentis num in
ſtrumentū ſit alteri nociuū, nec ne; Ideq;
in reſcripto S. P. eſſe affirmauit glo. in
verſ. quita falſitas. tex. in c. licet. de crim.
188 falſi. ob quod Affl. in d. deciſ 404. num. 9.
verſ. ſed huic difficultati tradit ex men-
te Bald. in d. l. ſi falſos. in prin. fabricantē
falſum reſcriptum S. P. Teneri irrefraga
biliter. l. Cornelia de falſis, ſubdens non
189 reperiſſe Doct. dicentem, quod raſura,
ſeu immutatio alteri non nociua non ſit
punibilis. Tamen quia ſufficit, quod fal-
190 ſitas potuit dammum dare, licet non de-
derit, & ſecūdo, quia ſufficit quem falſum
fabricaſſe ſigillum.

Ideò tum attenta huius Indulgentiæ
ſtructura, tum delicti grauitate, cum non
attentis annotatis per Alber. in l. quicun
que. col. 4. C. de ſeru. fugit. concludimus,
191 talem falſautem ſigillum Principis, licet
alteri non ſit nociuum ab huius indultus
munificentia penitus excludi, prout ſic
quoque voluit Afflict. in d. conſtit. qui li
teras. nu. 1. in fine, & in d. deciſ. 404.
192 Et extra hunc caſum grauiter punien-
dus eſt tam de iure ciuile, quàm canoni-
co, de quo in c. ad falſariorum. de crim.
falſi. vbi Hoſt. & Anan. per eundem Hoſt.
193 in ſumma eod. tit. licet tamen diuerſimo
dè fabricans, quàm vtens, qui mitius fe-
riendus erit fabricante. l. falſi. §. ordine.
ff. de falſ. d. l. maiorē. C. eod. tit. per Cyn.
in l. 2. C. de fide inſtr. per Doct. in locis
præcitatis. per Affl. in d. deciſ. 21. nu. 2.
& in deciſ. 404. nu. 14. vbi Vrſill. & in d.
conſt. nu. vlt. per Guid. Papam in deciſ.
194 455. vbi quid in frangente literas Papæ
per Boer. in d. dec. 82. nu. 8. & 16. Gram.
in voto 25. nu. 13. Capic. in d. deciſ. 30.
num. 6. cum ſeq.
195 Quos quidem rationabiliter iudex po
teſt habere ſuſpectos, eoſq; poteſt in-
196 carcerare. c. in memoriam. 19. diſt. ac ad
Principem tranſmittere, vt de falſitate
puniatur. c. 2. in fin. extrà. de reſc. dixit
Aud. in d. conſt. qui literas.
197 Et ratio huius cōcluſionis eſt, quia aſ-
ſerenti ſe venire cum mandatis ſecretis
Principis non eſt credendum, niſi ſcri-
pturam Principis manu ſubſcriptam pro
198 ducat. l. 1. C. de Mand. princ. quia non
eſt veriſimile, quod Princeps ſecreta ſua
aliis ſic facilè committat. Oldrad. in cōſ.
254. incip. quia tota. nu. 24. & Decian. in
tit. de reuel. ſecr. & liter. aper. nu. 18. lib.
199 7. fol. mihi 130.
Denique ſiquis reſcripto falſo plurib.
vicibus, & ex interuallo vſus fuerit non
vna punietur pœna ſecundum glo. in l. nū
quam. ff. de priuatis delictis, in c. fi. col.
7. verſic. tangit hic dominus meus. de-
collatione dereg. Bal. in c. queſt. de app.
200 Socc. in conſ. 62. verſ. circa ſecundam du
bitationem. vol. 1. quod ſi eodē tempore
tunc ſecus, ex quo dicta delicta ad vnum
tendunt finem. Dyn. & poſt eum Bart. in
d. l. numquā plura. ff. de priuatis delictis.
& in l. inficiando. §. infans. ff. de furt. de
quo per Boe. in præcitata deciſ. 82. n. 10.
faciunt tradita per d. Annā patrē in Re-
per. conſtit. ſiquis aliquem. à n. 82. vſq. ad
201 92. His ergo prænarratis demonſtratā
credimus delicti huius immanitatē, ex
qua iuſta colligitē rō decreti huius indul-
tus excludentis adulterantes ſigillum
Principis, vel cuiuſcūq; Regij tribunalis

SVMMARIVM.

1 *QVàm atrox, ac deteſtabile veneficij crimen enodabit author.*
2 *Venenum duplex bonum, & malum.*
3 *Venenum dicens adijcere debet vtrum malum, an bonum.*
4 *Medicamenta num venena ſint.*
5 *Venenum quomodo Græcè appellatur.*
6 *Legislatores veneno addunt qualitatem mali.*
7 *Dolus malus, & dolus bonus à iure dicuntur.*
8 *In dubio de dolo bono eſt intelligendum.*
9 *Interpretatio illa ſumenda eſt, quæ delictum excludat.*
10 *Homeri authoritas in medium proponitur.*
11 *Aduocatus debet deducere, & probare qualitatem boni, vel mali veneni.*
12 *Quæ connumerátur inter mali veneni ſpecies, refertur.*
13 *L. loquens de veneno puniendo de malo eſt intelligenda.*
14 *Indultus iſte excludit propinationem veneni mali, & non boni.*
15 *Veneno appetere atrox eſt iniuria.*
16 *Veneficium eſt deteſtabile crimen.*
17 *Veneficium num ſit maius homicidio.*
18 *Plus eſt hominem extinguere veneno, quam gladio occidere.*
19 *In veneno interueniunt inſidiæ, & proditio.*
20 *Venenare eſt ſpecies proditionis.*
21 *Veneni delictum eſt occultum, & graue, & non abſq; proditione.*
22 *Venefici ſimiles ſunt proditoribus.*
23 *Veneno occiſi clandeſtinis inſidiis perimuntur.*
24 *Veneno necantes num ſub proditionis materia ſubijciendi.*
25 *Veneno quem occidens num proditor eſſe dicatur.*
26 *Delicta clandeſtina, & occulta ſunt exiſtimanda atrociora.*
27 *Veneficij crimen num cenſeatur deteſtabile, ex quo occultum, & clandeſtinum, an quia proditionem videtur continere.*
28 *Venena, vt plurimum occultè propinantur & per inſidias.*
29 *Venenum euitare difficillimum eſſe demonſtratur, ex Galeni authoritate.*
30 *Iure conſulti Galeni, & poetarum ſententiis vſi ſunt.*
31 *Venena occultanda, tacenda, non docen da. aut ſcribenda.*
32 *Delictum eſt ſcribere, aut docere venena.*
33 *Improbi hominis eſt docere venena.*
34 *Flagitioſum eſt facere venena, vendere eaque ferre.*
35 *In veneni crimine plura ſunt ſpecialia ſancita.*
36 *Delinquens non poteſt extrahi ab Eccleſia.*
37 *Extrahens reum ab eccleſia graui pœna puniendus.*
38 *Veneficus ſimilis eſt publico latroni, agrorumq; depopulatori.*
39 *Latro publicus, & veneficus non ſunt tuti in eccleſia.*
40 *Veneficus animo deliberato, ac præmeditatè quem occidit.*
41 *Occidens quē animo deliberato, ac præmeditato non gaudet Eccleſia immunitate.*
42 *Propter veneni ſuſpicionem Papa potex contra matrimonium diſpenſare*
43 *Condemnatus de veneficio num poſſit appellare.*
44 *Appellationi num poſſit renunciari in grauibus delictis.*
45 *Veneficus num poſſit appellationi renunciare.*
46 *Iudicis cautela maior hoc in caſu edocetur.*
47 *In ueneficio iudex promptior debet eſſe ad torturam.*
48 *Veneficus num poſſit torqueri etiam in die Paſchatis.*
49 *Affectus num ſufficiat in delictis grauioribus.*
50 *Tex. in l. 1 ff ad l. Pomp de partic. num procedat in quibuſcunq; venenantib.*
51 *Affectus num puniatur in hoc veneficij crimine effectu non ſecuto.*

Indu-

52 *Indultus hic excludit propinationem veneni, ex qua mors ſecuta fuerit.*
53 *Indultus iſte requirit actum mortis conſumatum.*
54 *Caſus omiſſus cenſetur relictus diſpoſitioni iuris communis.*
55 *Si per venenum peruentum fuerit ad actum proximum mortis num puniatur pœna ordinaria.*
56 *Actus proximus habetur pro conſumato in atrocioribus.*
57 *Sola præparamenta dicitur res quaſi peracta.*
58 *Perfectum veneni crimen num ſit, ſi quis attentans quem veneno necare deuenerit ad actum proximum.*
59 *Venenum dans ad occidendum hominem num puniatur ac ſi venenum propinaret.*
60 *Conſcius criminis in hac veneficij materia qua pœna puniatur, & nu. 61.*
62 *Statutum loquens in propinante venenum num vendicet locum in præparante, vel mictente venenum.*
63 *Iudæi num liceat iura tranſgredi in hoc crimine veneficij.*
64 *Veneficij crimen ab huius edicti beneficio excludi concluditur.*

Propinationem veneni, ex qua mors ſecuta fuerit.

LIMITATIO X.

CAPVT XXXVII.

Demonſtrauimus in ſuperioribus noſtri eſſe inſtituti indicare, quænam ſint delicta grauia, ob quorum atrocitatẽ hic noſter indultus reos eorum
1 excludit, propterea quàm atrox, quàmq; deteſtabile ſit veneficij crimen hoc in loco explicare decreuimus.

Ad cuius rei declarationẽ antequam perueniamus, illud aduertendum puta-
2 mus, veneni genus duplex eſſe, quoddam nempè bonum, quoddam verò malum, vt ſcripſit Caius Iureconſultus in l. qui venenum, ff. de verb. & rerum ſignificatione, inquiens, qui venenum dicit, adijcere debet, vtrum malum, an bonum. Nam &
3 medicamẽta venena ſunt, quia eo nomine continetur, quod adhibitum eius na-
4 turam cui adhibitum eſt, mutat, cum id quod nos venenum appellamus, Græci
5 φάρμακον dicunt, apud illos quoquè tam medicamenta, quàm quę nocent hoc no-
6 mine continentur, inde legiſlatores veneno addunt qualitatẽ mali, vt in l. item ſi obſtetrix, ff. ad leg. Aquil. ibi, vel ſi eum vnxit malo veneno, & in l. quod ſæpè, §. veneni, ff. de contrahenda emptione, in illis verbis, Quod veneni mali quidam putant non contrahi emptionem, in l. ſi ſciente, ibi, vt putà ſi ad veneni mali comparationem, ff. ad l. Pomp. de parric. & in l. cæteræ, §. 1. ff. famil. erciſc. dum in ea dicitur, Mala medicamenta, & venena veniunt in hoc iudicium, Conſequens ex
7 his erit, quod adiectione veneni mali, vel boni quis vtatur, inſtar eius quod dicimus de dolo malo, & de dolo bono per Iureconſultum in l. 1. §. non fuit, ff. de do-
8 lo, cum in caſu dubio nõ de malo, ſed de bono dolo intelligendum eſſet, vt conſuluit Gratus in conſil. 36. incip. Inuocato diuino ſuffragio, nu. 1. relatus per Decia. in lib. 9. c. 21. ſub tit. de veneficijs, & le-
9 gibus illud punientibus, num. 8. vt deſu-
10 matur interpretatio ad excludendum delictum potius, l. meritò, ff. pro ſoc.
11 Et ex hoc Iureconſulti reſponſo Alex. in conſ. 203. incip. Super themate, nu. 4. & 5. vol. 2. & poſt eum Gram. in conſ. 36. incip. Summi opificis, nu. 7. in criminalibus recenſiti per Decian. in ſupra citato loco, nu. 9. & 10. Admonuit quoq; & ipſe, quod aduocatus debet deducere, & probare
12 qualitatem boni, vel mali veneni, inter quæ Marcianus in l. 3. §. alio Senatuſconſulto, ff. ad l. Cornel. de ſicar. annumerat Cicutam, Salamandram, Aconitum, Pitiocampas, Bupreſtim, Mandragoram, & id quod vlceramẽti cauſa dederint, Cantharidas, aliaquè, de quorum quidditate

per

per medicorum dogmata diſcutit Decia.
loco nuper allegato, num.9.
13 At hiſce conſequens eſt, vt adijciamus
legem loquentem de veneno puniendo,
ſemper de malo intelligendam decernen-
dum eſſe, vt in ſpecie aduertit idem au-
thor in eodem loco, num.8.
14 A' quo elicimus, hanc noſtrã indulgen-
tiam excludentem veneni propinationẽ
15 intelligi de veneno malo, non autem de
bono, Atrocem enim iniuriã veneno ap-
petere dixit Bal.in cõſ.443.incip.Ceccus
confecit venenũ, in princ.& nu.2.vol.3.&
16 deteſtabile crimen eſſe voluit Rol.in cõſ.
7.incip. In cauſa Antonini, nu.41.vol.1.
17 Adeò, vt veneficiũ maius homicidio aſſe-
ueraueriit Bal.in cõſ.211.incip.Iſtud ma-
leficiũ, vol.4. poſt eum Gram.in dec.33.
nu.1.cum ſeq. & in voto crim.3.nu.1.cũ
ſeq. & in conſ.Crim.36.nu.2. Boſſ.in tit.
de homic.num.13.& 14. & latè diſſeruit
idem Decianus ſub eodem lib.9.c.22.ſub
tit.de atrocitate veneficij, nu.1.cum ſeq.
18 Etenim certum eſt, plus eſſe hominem
extinguere veneno, quã gladio occidere,
teſte Imp. in l.1. C.de malef.& mathem.
vbi Ang.Salic. & alij per Francũ adducti
19 in dec.230.nu.7. & ratio, quia in veneno
interueniunt inſidiæ, & proditio, vt tra-
dit Accurſ. in §.eadem, inſt.de publ.ind.
20 Et ideò Bart.in l.1.C.de ſum.Tri.& Fi-
de Cath.& poſt eum Bal.in l.nemo, nu.5.
C.eod.tit. dixit, ꝙ venenare eſt ſpecies
proditionis continens in ſe quandã pro-
21 ditionem, ac proditoriè veneno necatũ
occidi, inibi ſub nu.5.profitetur, idq; deli
ctum tanquam occultum eſſe graue, &
nõ abſq; proditione voluit idem Bal.tam
in d.l.nemo, quàm in l.cum fratrem, in
princ. vbi quoque Salic. C.de his quib.vt
22 indig. Inde ſimiles eſſe proditoribus di-
xit idem Bal.in c.1.col.4.in fi. ſ.mihi 15.
23 à ter.quib.mod.feu.amit. ij enim clande-
ſtinis inſidijs perimuntur inſcripſit Imp.
in d.l.fratrem.
24 Inferimus proinde ex his, veneno quẽ
necantem proditionis materiæ eſſe ſubij-
ciendum ex mente Decij, & addentium
25 Bal.in d.l.fratrem, & quia ſine vlla cauſa,
& ſine vlla diffidatione eum, qui de eo

confidebat, vulnerat, vel occidit prodi-
torem eſſe iuxta Bart.doctrinam in l.re-
ſpiciendum, §.delinquunt, ff.de pœnis, &
Baldi in d.c.1.quib.mod.feud.amict.
26 Verum aduertimus, ꝙ quãuis delicta
clandeſtina, & occulta atrociora exiſti-
mentur, vt tradidere Doct.tam in d.l.ne-
mo, vbi in ſpecie Bal.ſub nu.4.quã in d.l.
fratrem, vbi idem Bal. in ſpecie, & Salic.
27 Tamen Bal.in d.l.nemo veneficij crimen
deteſtabile, ac graue illud eſſe voluit, nõ
quia occultum, & clandeſtinum, ſed quia
proditionem in ſe videt continere, quem
ſequitur Alex.in cõſ.146.incip.Viſo the-
mate, & his.num.6.vol.7. And.Siculus in
conſ.70.col.11.in fi. verſ.vnde tex. & ibi
Bal.nu.46.vol.4.& Anania in c.1.num.32
extrà.de homic.& in c.1.col.3.in fine, ex-
trà. de ſortileg.
In ſumma ſiuè hoc crimen contineat
in ſe proditionem, ſiuè ſit clandeſtinum,
& occultum, atrox delictum reputan-
dum per omnes erit.
28 Hæc autem venena, vt plurimũ occul-
tò propinantur, & per inſidias, l.cõſenſu,
§.ſi qua igit.& §.vir quoque, C.de repud.
29 & obid difficilius euitari poſſe annotauit
Decia.præcitato c.22.nu.1.circa med.re-
cẽſens Galeni locum in tit.de Theriaca,
ad Piſon.c.5.edocẽs nil difficilius euitari
poſſe, quàm venenum, & ſatis eſſe debe-
ret homini inter tot pericula nato mor-
tem ſingulis horis formidare abſque eo,
quod in ipſo cibo, & potu, ſine quibus vi-
uere impoſſibile eſt, mortis timor miſcea
tur, & quod ad vitam paratũ eſt, ad mor-
tem ab homine traduceretur. hæc Galenus.
30 Cuius authoritatem nemini diſpliceat
in mediũ hoc in loco adduxiſſe, cum Iu-
reconſultos & eiuſdem, & Poetarum ſen-
tentijs vſos eſſe perſpicimus, in l.antiqui.
ff.ſi pars hæred.pet. in l.ſi ſic.ff.de ſol. in
l. qui in vtero. ff.de ſtatu hom. in d.l.qui
venenum, & in ſexcentis alijs locis, quos
conſultò omittimus.
Vnde quid miſerius eſſe poteſt, q̃ vno,
31 eodemq; tpe cum ſpe viuendi, & timore
moriẽdi cibum ſumere? & propterea idẽ
Gal.in tit.de purg.med.facul.admonuit,
venena occultanda, ac tacenda, non docen-
da,

32 da, aut ſcribenda; Cenſuitq; delictũ eſſe,
ac publica animaduerſione plectendum
33 ſcribere, aut docere venena, improbiquè
hominis eſſe docere venena alibi dixit
idem Galenus in lib. 2. de antidot. cap. 2.
34 & apud nos flagitioſum adhuc eſt facere
venena, vendere, & ferre, l. 1. §. 1. & l. eiuſ-
dem, ff. ad l Corn. de ſicar. Alex. in conſ.
203. num. 4. vol. 2. Dec. in c. 22. num. 9.
35 Et ob id quoque hoc veneni delictum
legibus eſt adeò exoſum, vt plura à le-
gumlatoribus, eorumquè interpretibus
ſpecialia ſint conſtituta.
36 Quorum primũ illud erit, quòd quam-
uis quis delinquens ad Eccleſiam confu-
giẽs nullo pacto poſſit extrahi ab ea, l. 2.
& l. præſenti, C. de his qui ad Eccl. cõfug.
37 c. inter alia, ext. de imm. eccl. intantum, ꝙ
extrahens quem ab Eccleſia graui pœna
puniatur, quã explanat Boer. in tract. de
38 ſeditioſis, c. 7. nu. 58. Tamẽ veneficos in-
ſtar publici latronis, agrorumq; depopu-
latoris, de quibus eſt tex. c. ſicut antiqui-
tus, 17 q. 4. latè diſſerit Alex in conſ. 145.
incip: viſo themate, vol. 7. & nouiſſimè do-
ctiſſimus Gomeſ. in lib. 3. var. reſo. ſub tit.
qñ reus gaud. immu. eccl. & priuilegio pri-
39 mæ tonſurę, Nõ poteſt eſſe tutus, ſi confu-
giat ad Eccleſiam, ſm̃ Anan. in c. 1. nũ. 3.
de homic. in 6 motus ea quidem ratione,
40 quia negari nõ poteſt, quin is animo de-
liberato, & ſtudioſè id faciat, ac animo
41 præmeditato, ſed quoniam qui pręmedi-
tato animo quem occidit non eſt dignus
immunitate Eccleſię, eaq; non eſt tutus,
d. c. 1. ergo veneficus non eſt tutus in Ec-
cleſia, Anan. ſequitur Boer. in deciſ. 109.
num. 5. à quo non diſſentit Dec. in d. c. 22.
nu. 4. cui nos quoquè ſubſcribimus.
42 Secundò pp ſuſpicionem veneni Papa
poteſt contra matrimonium diſpenſare,
Abb. & alij in c. lr̃as, vlt. not. ext. de reſt.
ſpol. & in c. 1. not. 2. ext. de diuor. Dec. in
cõſ. 603. incip. viſo puncto, n. 8. & ſeq. vol. 2.
43 Tertiò ex quo delictum iſtud eſt enor-
miſſimum, & graue, quis condemnatus
de veneficio nõ poterit appellare, ad tex.
in l. obſeruare, C. quorum app. nõ recip.
verum ſi appellatio fuerit interpoſita iu-
dex nõ curabit de ea, l. cõſtitutione, ff. de
appell. c. Romana, de app. in 6. dixit Bal.
in conſ. 211. incip. Iſtud maleficiũ, vol. 4.
44 Quartum ſpeciale erit, ꝙ licet in deli-
ctis enormibus nõ poſſit appellationi re-
nunciari, l. non tantum, vbi not. ff. de app.
45 In hoc tñ caſu poterit pars appellationi
tanquam friuolæ renunciare, ſm̃ Bal. in
46 præcitato conſ. & ſi idẽ Bal. inibi poſtea
conſuluerit pro maiori iudicis cautela
eſſe, ſi faciat appellationi; ac defenſioni
renunciare, prout recenſuit Decia. in lo-
co nuper allegato, nu. 6. & in c. 24. ſeq. ſub
tit. proceſſus, & probatio. num. 15.
47 Quintò hoc crimen admittit, vt iudex
propior ſit, ac procliuior ad torturam, ꝙ
in alijs criminibus ſm̃ Bal. in l. 3. n. 3. C. de
epiſ. aud. Alex. in conſ. 77. incip. In cauſa
accuſationis, in prin. n. 5. vol. 1. citatus p
Dec. in d. c. 22. n. 8. & Gram in dec. 33 n. 4.
48 Sextò pp huius criminis atrocitatem
veneficus poteſt torqueri etiã in die Pa-
ſchatis, ꝑut voluit Alex. in l. diuus, n. 41.
& ibi Iaſ. ſub nu. 6 ff. de ferijs, quos memi
nit Decia. in loco pręcitato nu. 8. Aduer-
49 tendum autem putamus, ꝙ quis hoc deli
ctum ſit atrociſſimũ, vt ſup. fundauimus,
& in delictis grauioribus conatus, & affe
ctus ſufficeret pro punitione delicti, ac ſi
conſumatum eſſet, l. ſi quis in hoc genus,
C. de Epiſ. & cler. l. 1. vbi Bar. ff. ad l. Põp.
50 de parr. qui ad quęcunq; venenantem ex-
tendit, & l. 4. ff. ad l. Corn. de ſic. tñ in hoc
51 veneficij crimine affectus non punitur, ſi
non ſecutus eſt effectus, vt dixit Spec. in
tit. de accu. §. 1. verſ. ſed pone primo, Ang.
in l. 1. §. hęc verba, ff. quod quiſq; iu. Bal.
in l. 3. C. de ſer. fug. Rom. in l. dãni, §. ſa-
bini, ff. de dam. inf. cũ alijs per Gram. con
geſtis in dec. 2. 33. 38. & 74. in voto 3. n. 1.
& in conſ. crim. 36. nu. 1. cũ ſeq. per Clar.
in §. homicidium, verſ. punitur etiã vt ho
micida, per Boſſ. in tit. de homic. n. 11. cũ
ſeq. & per Decian. in c. 23. in tit: dolus an
requiratur. Hocq; affirmandũ ſaltim ex
52 cõi conſuetudine Italiæ, ꝙ ſi quid ambi-
guitatis de iure contineret, ſublatũ peni-
tus eſt expreſsè per hunc noſtrũ indultũ,
qui ad tollendam oẽm difficultatem de-
terminat tunc locum eſſe huic excluſiuo
edicto, cùm propinatio fit veneni, ex qua
mors

mors ſecuta fuerit,ergò à contrario ſen-
ſu,quãdo mors ſecuta non fuerit non erit
53 caſus excluſionis huius edicti, à quo eli-
citur,quod requiritur actus mortis con-
ſumatus, vt in ſimili conſiderat Bald.in
allegato conſ.111. in princ.vol.4.

54 Quod ſi id manifeſtè deductũ non eſſet
ita, vt eſſet caſus omiſſus diſpoſitioni iu
ris cõis,ad tex.in l.cõmodiſſimè,ff de lib.
& poſth.in l.ſi extraneus.ff.de cõd.ob can.
regula deſup conſtituta eſſet admictẽda.

55 Quam reſtringendam arbitramur, niſi
proceſſum fuiſſet ad actũ proximũ mor-
tis, vtpntà ſi bibens illud euomuerit, vel
nõ fuerit potens ad occidendũ, vel quia
remedijs repẽrtinis,& medicinis adhibi-
tis ſanatus quis fuerit,nam cũ venenum
propinãs fecerit quicquid potuit quò ad
56 ſe conſumans delictum per actum proxi
mũ punietur pœna ordinaria, ex quo in
atrocioribus actus proximus habẽt pro
conſumato,ſicuti tradit Bart.in l.1.ff.ad
l.Pomp.de parric.Io.Fab.in §.alia,nu.2.
inſt.de publ.iud.voluit in indiuiduo Co-
uarr.in repet.clem.ſi furioſus,in princ.2.
partis, nu.11. verſ.verum hac in q.& ſub
nu.9. refert Dec.in d.c.23.nu.3.in fi. ſub
tit. Dolus an requiratur, & in c.26.nu.6.
& 11. ſub tit.de excuſat.veneficij.

57 Cuius concl. ratio. ea poterit afferri,
quia ſicut ſola præparamẽta dr̃ res quaſi
peracta,l.ſi patrẽ,ff.quemad.ſer.amit.§.fi.
vbi Ang.in auth de mand Princ.not.in l.
is qui cum telo. C.de ſicar.Multò magis
58 perfectã rem eſſe dicendũ,ſi quis veneno
necare attẽtauerit ad actum proximum
deueniendo,arg.tex.in d.l.ſi quis non di-
cam rapere, & auth.habita, C.ne fil.pro
patre,& c.quamuis,de off.ord.in 6.dixit
Boer.in tract.de ſeditioſis,q.7.num.39.

59 Iſthęc autẽ concluſio procedet nedum
in ipſomet venenum propinante, verum
quoquè in dante ad occidendum homi-
nem,vt per Cœpollam in conſ.5.nu.30.

60 Immò cõſcius huius criminis ęquè pu-
nitur, ſi is cui venenũ datũ eſt moriatur,
l.1.§.qđ ſi quis puta veneno,ff.ad Sillan.
vbi Ign. ſub nu.2. l.1. §.præterea, & l.3.
ff.de ſicar. & d.l.1. vbi Bart. ff.de parric.
Alex.in conſ.115.incip.In cauſa inquiſi-
61 tionis,vol.3.nam ſi mortuus non eſt,tunc
non ordinaria, ſed extraordinaria pœna
punietur, vt dixit Menoch. plura ad id
effundens in tract.de arb.iud.lib.2.cent.
4. caſu 359. recenſitus per Dec.loco nu-
per citato c.26.nu.7.9.& 13.

62 Quamuis in ſtatuto ſecus affirmandũ,
illud enim ſi loquit̃ de propinante vene-
num ſuum minimè vindicabit locum in
præparante,& mictente venenum,vt con
ſuluit Bal.in ſæpe monito cõſ.211.vol.4.
63 quem ſequitur Dec.tam in d.c.23.nu.10.
quã in c.26.nu.3.in ſumma hoc admone-
bimus,ꝙ hoc maleficium ſic graue exiſti
matur,vt in eo liceat iudici iura trãſgre-
di,ſecundum Inn.in c.1. vbi plenè Felin.
extrà.de conſt.Gram.in d.deciſ.33.nu.4.
quem refert Decian.in c.24. num.15.

64 Mirum igitur non erit,ſi tale veneficij
crimen Princeps noſter ab eius generali
indulgentia excludendum curauerit.

S V M M A R I V M.

1 *SEditio populorum num excludatur ab hoc indultu.*
2 *Seditio graue delictum.*
3 *Diui Lucæ authoritas in 23.expẽditur*
4 *Diuus Paulus in Actibus Apoſtolorum 24.adducitur.*
5 *Seditioſus graui pœna mulctabitur.*
6 *Seditio maius eſt delictum ab officiali commota.*
7 *Iuriſdictio quæ eſt officiali tributa.*
8 *Iuriſdictio in Principe ineſt in proprietatem.*
9 *Iuriſdictio in officiali ineſt in officium.*
10 *Officialis per officium induitur,et exuitur dignitate tamquam ſtola, vel trabea.*
11 *Officialis dicitur habere maieſtatem.*
12 *Iniuria illata officiali actu gerenti officium num intelligatur facta Regi,& num.13.*
14 *Officiales tenentur ea gerere,quæ dominus tenetur facere.*
15 *Ad ſapientem, et bonum Regem ſpectat regna ſua in pace tueri, ac defendere oppreſſos.*
16 *Ad Regem ſpectat ſedare ciuiles diſcordias.*

Quem

17 Opti-

Digitized by Google

17 Optima Reipublicæ gubernatio in quibus conſiſtat.
18 Officialis tenetur ſubditos regales in pace tueri, ac ciuiles ſedare diſcordias.
19 Officialis ſeditionem populorum mouens graue committit delictum ex tribus cauſis.
20 Seditio quando contra Regem machinatur num contineat crimen læſæ Maieſtatis.
21 Seditio num contineat crimen de vi publica, & quomodo intelligendum, vide num. 22.
23 Seditio num ſit ſpecies proditionis.
24 Seditio dicta quaſi ſeorſum itio, numero 26.
25 Virgilij poema in medium proponitur.
27 Seditionem excitans ſeorſum nititur docere homines contra Rempublicam, vel Ciuitatem, vel Principem.
28 Seditio quid ſit.
29 Seditio quando propriè dicatur ſeditio.
30 Seditioſus quis dicatur diſcutitur.
31 Seditioſus num dicatur is, qui animorum diſſentiones facit, & diſcordias gignit, & num. 32.
33 Seditionis nomen variè traditur.
34 Seditio aliquando vocatur vnio.
35 Quandoquè confederatio.
36 Aliquando ſecta.
37 Seditio aliquando conuenticula appellatur.
38 Quandoquè coniuratio.
39 Aliquando conſpiratio.
40 Coniuratio aliquando ſumitur pro conſpiratione, & è contra.
41 Seditio num dicatur mutinatio.
42 Seditio num appellatur monopolium.
43 Seditio aliquando dicitur conſilium.
44 Seditio num diſtet à rixa, bello, & ſciſmate.
45 Seditio eſt crimen immane, & atrociſſimum.
46 Inquiſitio regulariter non eſt permiſſa, & de ratione, num. 47.
48 In ſeditione num procedi poſſit per inquiſitionem.
49 Crimen alibi commiſſum num hic poſſit puniri.
50 Seditioſi in quo loco ſunt puniendi.
51 Ad torturam in crimine ſeditionis quando poſſit procedi.
52 Doctor, & alij de iure priuilegiati non poſſunt torqueri.
53 Doctor. ſiuè alius priuilegiatus num poſſit torqueri pro ſeditione.
54 Seditio ſedanda eſt per magiſtratus.
55 Ad iudicis officium ſpectat quod partes non veniant ad rixas, & ad arma.
56 Magiſtratus num poſſit arcere clericos à ſeditione, & num incidant in c ſi quis ſuadente diabolo, 17 q 4.
57 Magiſtratus non prohibentes clericos à ſeditione num priuentur officio.
58 Magiſtratus non arcentes clericos à ſeditione num ſint excommunicati.
59 Teſtes recepti contra authoret ſeditionum num argui poſſint de falſo.
60 Seditioſi num repellantur à teſtimonio.
61 Appellari num poſſit à ſententia ſuper ſeditione lata.
62 Appellatio ſuſpendit executionem ſententiæ.
63 Appellatio interpoſita in crimine ſeditionis non retardat executionem.
64 Solus conatus non punitur in atrociſſimis, niſi deueniatur ad actum proximum, num. 65.
66 Legibus volentibus conatum puniri derogatum eſt per contrariam conſuetudinem.
67 Conatus ſimplex punitur pœna ordinaria in crimine læſæ Maieſtatis, & oppugnantiæ patriæ, & de ratione, num 68.
69 Quid autem in ſimonia, & veneficio.
70 Conatus quando proceſſit ad aliquem actum proximum in crimine ſeditionis punitur.
71 Non turba, ſed factum in turba puniendum venit.
72 Indultus iſte num requirat ſeditionem conſumatam.
73 Seditionis crimen ex pœna graue eſſe dignoſcitur.
74 Seditioſi qua pœna veniunt affligendi, num. 75. 76. 77.
78 Promptiores debemus eſſe ad liberandum, quàm ad condemnandum.

79 *Pœna potius demolienda, quàm exaſperanda.*
80 *Authores ſeditionis qua pœna puniendi ſunt.*
81 *Reipublica intereſt concitatores ſeditionum occidi.*
82 *Authores magis puniendi ſunt.*
83 *Multis craſſantibus opus eſt exemplo.*
84 *Tractatus ſi præcedat ſeditionem, ſecus ſi accidentaliter interuenerit eſt grauius puniendus.*
85 *Seditio quando non ſit in exitiũ Reipublicæ pœna ordinaria non habet locũ.*
86 *Accurrens per laſciuiam ad rumorem qua pœna puniendus.*
87 *Delictum dans cauſam ſeditioni, ac tumultui incidẽter qua pœna punietur.*
88 *Seditio num ſit punibilis, ſi inuehitur contra tirannum.*
89 *Congregare num licitum ſit pro bono publico.*
90 *Plebei, & magnates num poſſint facere legem per ſe.*
91 *Tirannus num poſſit iure licito deponi, & vide num 92. & 93.*
94 *Seditionis materia remiſſiuè.*
95 *Authoris inſtitutum eſt hunc indultum iuri conformem reddere.*
96 *Seditionis grauitas conſtituitur pro ratione huius indultus excluſiuè.*

Eædem Officialis Regalis qui ſeditionem mouent populorum.

LIMITATIO XI.

CAPVT XXXVIII.

Seditionis populorũ ca-
1 ſum p' Regales officia-
les motũ excludit hoc
in loco Rex Inuictiſſimus,
& iure quidẽ opti-
2 mo, etenim hoc ſeditionis
crimen cæteris
atrocius, grauiuſq; exiſtimatur, vt latè
edocuit Boer. in ſuo tract. de ſeditioſis,
q. 7. nu. 1. & ex infraſcriptis dilucidè excerpi poterit.
3 Si quidem in Paſſione Dñi noſtri Ieſu
Chriſti apud Lucã 23. ſcriptum reliquit
Euangeliſta his verbis, vbi Iudęi accuſabãt
Ieſum Chriſtum benedictũ dicentes,
hunc inuenimus ſubuertentẽ gentem noſtram
&c. & poſtmodum ſequitur, At illi
inualeſcebant dicentes, Cõmouit populum
docens per vniuerſam Iudæam inci-
4 piens à Galilea vſq; huc &c. & D. Paulus
in Actibus Apoſt. 24. inquit, Inuenimus
hunc hominem peſtiferum, & concitantem
ſeditiones omnibus Iudęis in vniuerſo
orbe, & authorem ſeditionis ſectę Nazarenorum.
5 Ideò ſi quis contra euidentiſſimã iuſſionem
ſuſcipere plebem, & aduerſus publicam
diſciplinã defendere fortaſsè tentauerit
mulctam grauiſſimã ſubſtinebit
inquit Imp. in l. 1. C. de ſeditioſis, & pluribus
in progreſſu de eius grauitate apparebit,
nam ex præcedentibus innuitur
6 potius huius delicti atrocitas, quam maiorem
eſſe exiſtimamus, ſi ea patratur
per officiales Regales.
7 Hi enim, cum eadẽmet ipſis ſit tributa
iuriſdictio quę in Principe ineſt, licet di-
8 uerſimodè, nã in Principe ea ineſt in pro-
9 prietatem, in officiali verò in officiũ, vn-
10 de fit vt per officium induat dignitatẽ, &
exuatur tanquã ſtola, vel trabea, ſm Bar.
in l. 1. vbi Platea. C. de dignit. lib. 12. Cęp.
in tract. de Imp. mil. elig. in verſ. ratione
dignitatis, cũ alijs congeſtis per D. Præſidem
de Franch. in deciſ. 62. nu 4. cũ ſeq.
11 Dicunturq; habere maieſtatẽ ſecundum
Fabrum in procemio inſt. in princ. & Bel-
12 lam. in conſ. 15. & propterea omnis iniuria
illata officiali Regis actu gerenti officium
intelligitur facta Regi. Cyn. in l. ſi
13 non conuicij, nu. 4. C. de iniur. quando eſt
in contemptum Regis, ſecus verò ſi cum
cauſa in contemptum præſidis, ſm Luca.
Penna in l. 1. col. 3. in princ. C. de coart. &
princ. lib. 12. dixit Boer. in ꝑcitatis tract.
14 & q. nu. 36. tenentur ea gerere, quæ dominus
tenetur facere, & quæ in eius honorem,
cõmodum, & vtilitatem, & coronę
incrementum redundarent peragere.

Qua-

15 Quaprõpter ſi ad ſapientem, & bonum
Regem ſpectat regna ſua in pace tueri,
defendere oppreſſos, c. Regum, 23. q. 5.
16 ſedare ciuiles diſcordias, ex quibus reſul
17 tat optima Reipublicæ gubernatio, ad
tex. in l. ſi quis ingenuã, §. in ciuibus, ff. de
capt. & poſtli. reuer. ad Bal. in l. 1. not. 1.
18 C. de cad. toll. Multò magis teneretur of-
ficialis regalis ſubditos in pace tueri, ac
19 quaſcunq; ſedare diſcordias, quas dũ mo
uet in populis graue ſeditionis cõmittit
delictum, tum inſpecta eiuſdem crimi-
nis qualitate, tum ex perſona ſeditionem
mouente, cum ex perſona contra quam
ipſa ſeditio mouetur.
20 Quæ dum contra Regem machinatur
continet in ſe crimen læſæ Maieſtatis, l. 1.
21 in fi. ff. ad l. Iul. Maieſt. crimen de vi publi
ca, l. 3 in princ. & verſ. in eadẽ, ff. ad l. Iul.
de vi publ. Decian. in lib. 7. tit. de coniur.
22 fact. & ſedit. c. 7. Dummodo tamen, ꝙ in
Reipublicæ exitium ea fiat, arg tex. in d.
l. ſi quis ingenuam, §. in ciuilibus, dixit
idem Decia. in eod. lib. 7. c. 19. ſub tit. de
ſeditioſis, num. 23.
23 Ex quibus reſultat & tertia delicti ſpe-
cies, quæ in proditione conſiſtit cum mo
uens populorum ſeditionem videatur
Regem prodere.
24 Hæc enim ſeditio dicta ſecundum ali-
quos ſeditio quaſi ſeorsũ itio, quaſi quod
ciues ſeorſum eant, & in varias trãſeant
partes ob diſſentionem inter ciues ortã,
vt tradit Tull. in lib. 6 de Republica, ſe-
cundũ Boer. in præcitato tract. q. 2. nu. 1.
25 Quibus ſuffragatur Virgilij dictum in li-
bro 1. Æneidos, vbi hos protulit verſus.

Ac veluti magno in populo cum ſæpe
coarcta eſt ſeditio,
Sæuitquè animis ignobile vulgus,
Iamquè faces, & ſaxa volant, furor
arma miniſtrat.

Refert Decian. in d. tit. de coniur. fact. &
ſeditione, num. 16.
26 Ex cuius mente ſubiungi poteſt, ſedi-
tionem dici à ſe. i. ſeorſum, & duco ducis,
27 quia qui ſeditionẽ excitat ſeorſum niti-
tur ducere quos ſequaces vult habere
contra Rempublicã, vel Ciuitatem, vel
28 Principẽ, & eſt quietis publicę perturba-
tio, vt colligitur de tex. in l. 1. & 2. C. de
ſeditioſis, ex c. ſeditionarios, 46. diſt facit
tex. in l. 1. in fi ff. ad l. Iul. Maieſt. l. denun
ciamus, C. de his qui ad eccl. confug. & l.
ſi quis aliquod, §. authores, ff. de pœnis,
Io. And. Archid. & Gem. in c. decet, col. 2.
verſ. quæro qualiter fiat ſeditio, de imm.
Eccl. in 6. Bonif. de Vital. in tit. de ſedit.
Dec. in l. non eſt ſingulis, in fi. ff. de reg.
iur. & in conſ. 256. in princ. latè Carrer.
in ſua praxi crim. in princ. num. 98. cum
alijs congeſtis per Boer. in d. q. 2. & per
Decian. in loco, & num. propè allegatis.
29 Quæ tunc propriè dr̃ ſeditio, quando
diſſentio eſt inter partes vnius multitu-
dinis inter ſe diſcordantes, vt puta. cùm
vna pars ciuitatis excitatur in tumultũ
contra aliam, arg. tex. in l. ſi in rixa, vbi
Bart. cum quo cæteri interpretes conue-
niunt, ff. ad l. Corn. de ſicar. in l. quoniam
facinora, C. de vi publ. Card. Alex. & Ar-
chid. in d. c. ſeditionarios, 46. diſt.
30 Et propterea Vitalinus in loco allega-
to tradidit, eũ dici ſeditioſum, qui ſedi-
tionem, vel proditionẽ tractat de aliqua
ciuitate, vel caſtro habendo, vel dando
belli cauſa faciendi contra publicã vtili-
tatem, vel qui tractat facere nouitatẽ in
ciuitate, vel bonũ publicum ſtatũ ipſius,
vel tractat ſe fieri dominũ terrę, vel alte-
rius loci, Sicq; ſm̃ Iſidorum in lib. ethim.
31 is dicitur ſeditioſus, qui animorũ diſſen-
tiones facit, & diſcordias gignit, relatũ
per D. Thom. in 2. 2. q. 42. in prin. de quo
per Decia. in præmonito loco, per quan-
32 dam conſenſum inter ſe fidei interpoſi-
tione firmatam, per quam homines ad
ſeditionem, & tumultum contra Rempu
blicam, vel Principem, vel quemcunque
alium prouocantur, Bald. in conſ. 130. in-
cip. Decretum Domini, vol. 1. & Felin. in
c. fin. num 4. extrà. de teſtib. cog. & hoc in
caſu propriè ſeditio nuncupatur.
33 Cui nomen variũ datur ex iuris diſpo-
34 ſitione, vel ſecundum quod congregati
35 nomen imponunt, inde eſt, ꝙ aliqñ voca-
36 tur vnio, aliqñ confœderatio, aliqñ ſecta,
37 quandoq; conuenticula, quandoq; cõiu-
38 ratio dicta quaſi ſimul iuratio, aliquãdo
39 conſpiratio, quaſi ſimul, vel in idem ſpi-

ratio, de quibus proximè dictis eſt tex.
iuncta gl. in c. conſtitutionẽ, §. 1. cum ſeq.
de verb. & rer. ſig. In quo liquet coniura-
40 tionẽ capi pro conſpiratione, & conſpi-
rationem pro coniuratione, prout decla-
rauit Feli. & poſt eum alij, in d. c. fin. & in
c. exhibita, col. 2. verſ. nota limitationẽ,
ext. de iud. Cœp. in conſ. 4. col. 3. cum ſeq.
Luc. à Penna in l. magiſtratus, col. fi. C. de
profeſſ. lib. 10. & Archid. in c. coniuratio-
41 num, 11. q. 1. Quandoq; ſeditio appellatur
mutinatio, ſicuti colligitur ex l. 1. & 2. ff.
42 ad l. Iul. Maieſt. Quandoq; monopolium,
vt C. de monopolijs. & aliquando conſi-
lium, vt in d. l. 1.

Hęc diximus ad oſtẽdendam nominis
43 ſeditionis ſub diuerſorum vocabulorum
denotatione demonſtrationẽ, nam alias
ſufficeret verum eſſe, quod agatur ſem-
44 per de ſeditione, A qua, quid differt rixa,
bellum, & ſciſma relegendum delega-
mus Boerium in præcitata q. 2. num. 3.

45 Satis ergò erit denuò affirmare, hoc
ſeditionis crimen eſſe crimen apprimè
immane, & atrociſſimum, qđ ex infraſcri
ptis adhuc (licet breuiter) clarè liquebit.
46 Primum itaq; ſpeciale illud erit in hoc
ſeditionis crimine, quod licet regulari-
ter non poſſit de crimine inquiri, l. reſcri
pto, §. ſi quis, ff. de mun. & hon. cum alijs
per nos congeſtis ſupra in c. 36. num. 27.
47 ex quo nemo ſine accuſatore punitur, ta-
48 men in hoc ſeditionis crimine poteſt agi
per inquiſitionem, l. 1. in fi. C. de abol. di-
xit Ang. in §. fin. in auth. de mand. Princ.
49 Hinc defluet, q̃ quamuis certum ſit de-
lictum alibi cõmiſſum hic poſſe puniri,
vt voluerẽ Doct. in l. 1. C. vbi de crim. agi
opor. not. per Bart. in l. ſi cui, §. cum ſacri-
legium, ff. de accuſ. D. Pręſes de Franc. in
50 dec. 337. Tamen de ſeditione facta in ci-
uitate Florentię Iudex Peruſij non debet
cognoſcere, ſed inquirere, diligẽterq; cõ-
tra ſeditioſos inueſtigare, ipſoſq; ad ciui
tatẽ, in qua cõmiſſa eſt ſeditio, remitte-
re, vt tradidere infra proximè allegandi.
51 Iſthæc autẽ vera intelligamus quò ad
inquiſitionem faciendam, at ex his non
ſequitur, procedi poteſt per inquiſitio-
nem, ergò poterit quoq; procedi ad tor-
turam, nam ad eam non poteſt procedi,
niſi præcedentibus indicijs, tex. eſt vbi
glo. & poſt eam Cy. Bart. Bal. Ang. & Sal.
in l. ſi quis alicui, C. ad l. Iul. Maieſt.
52 Secundum ſpeciale erit, q̃ quãuis Do-
ctor, vel miles armatę militię, ac alij pri
uilegiati, vt in l. Diuo Marco, C. de quę-
ſtio. nullo pacto poſſint de iure torqueri,
53 attamen in hoc ſeditionis delicto quili-
bet quantumcunq; priuilegiatus poterit
torqueri nullo priuilegio obſtante, l. 1. &
l. nullus, vbi Doct. omnes, C. ad l. Iul. Maie.
Doct. in c. 1. extrà de poſ. dixit Barb. in
conſ. 43. col. 4. verſ. & ſi quiſpiam, vol. 3.
54 Tertiò, quia ad magiſtratus eſt tributa
facultas ſeditionis ſedãdę, §. deinde con-
ueniens eſt, in auth. de mand. Princ. vbi
Accurſ. & Iacob. de Beluiſio col. 3. ad eo-
55 rum enim officium ſpectat, nè partes, ac
ſubditi veniãt ad rixas, & arma, l. ęquiſſi-
mũ, ff. de vſuf. Luc. à Pen. in l. 1. col. 25. poſt
prin. verſ. ſecundum ius Romanũ, C. pub.
lætitiæ, lib. 12. & in l. vnica, nu. 10. C. de
Irenarch. lib. 10. Paris à Puteo in tract. de
ſind. in ver. iudices, in verſ. vbi fiunt pro-
uiſiones, & in verbo officiales, verſ. ſi duo
56 ſunt. Ideò is habebit poteſtatem arcendi
clericos à tali ſeditione, nec incidet in
Canonem ſi quis ſuadente Diabolo, 17.
q. 4. ſecundũ gl. in eodem, nec tex. in verſ.
57 violentas, alias priuarẽtur officio, Cyn.
in l. ſeruus, C. de noxalib. action. Bart. &
Bal. in l. 1. ff. de off. præf. vrb. idem Bal. in
l. nullus, C. de ſum. Tri. & Fide Cath. nu. 2.
& Paris de Puteo in pręcitato tract. §. ſin-
58 dicantur etiam officiales, Quinimmò in-
cidunt in excõmunicationem, c. fœlicis,
§. fi. vbi Franc. in 1. not. de pęnis, in 6. niſi
tamen abſq; grandi periculo poſſent ob-
uiare, d. §. fin. quod latè interpretatur
Boer. in d. tract. de ſeditioſis. q. 1. nu. 8.
59 Quartum ſpeciale erit, quod teſtes
recepti contra authores ſeditionum non
poſſunt argui de falſo, eorumquè nomi-
na publicari, vt p Caccialup in l. Cõs po-
puli, nu. 49. ff. de iuſt. & iu. recenſitum per
Decian. in d. lib. 7. in rić. de ſeditioſis. c.
19. nu. 15. fol. mihi 134. à tergo. Quintò
60 ſeditioſi repelluntur à teſtimonio, Innoc.
in c. cũ I. el ſecundo. de re iud. Bal. in c. 1.
§. con-

§. conuenticulas. de pace iur. fir. Carr. in
ſua pract. in princ. nu. 97. verſ. item ſedi-
cioſus. Dec. ſub loco præcitato nu. 32.
61 Quintum ſpeciale eſt, qđ à ſententia
lata ſuper hoc crimine ſeditionis, quæ
qualis ſit mox mox videbimus, non po-
teſt appellari. l. conſtitutiones. vbi Bart.
Ang. Aret. & moderni. ff. De appell. Alex.
in additione ad Bart. in l. ſi quis filio. §.
hi autē. ff. de iniuſt. rup. irritoq; fac. teſta.
Archid. & alij in dicto c. fælicis. de pœ-
nis. in 6. in l. Pantonius. §. rei perduellio-
62 nis. ff. de acq. hæred. Carr. & Dec. in loco,
& num. antecitatis, nu. 5. & 31. verum
ſi ea fuerit interpoſita, quamuis in aliis
delictis ſuſpendat executionem ſecundū
Bart. in l. 1. ff. de off. eius cui mand. eſt iu-
riſdictio. Ale. in d. l. hi autem Mart. Laud.
in tract. de Crim. læſæ Maieſt. q. 7. Boer.
in d. tract. de ſeditioſis q. 7. in prin. Carr.
63 in d. prax. crim. n. 97. Tamen in hoc cri-
mine ſeditionis, licet appellatio admitta-
tur, non tñ eſt retardanda executio, vt ex-
preſsè voluit Decian. in d. c. 19. nu. 5. ex
ſupra deductis.
64 Sextum ſpeciale erit, quod, & ſi ſolus
conatus, ſolus tractatus, ſola ordinatio
non puniatur etiam in atrociſſimis, vt
pluries in præcedentibus demonſtraui-
65 mus; niſi ſit proceſſum ad aliquem actū
ordinatum de præſenti ad ipſum factum
ſecundum Bald. in l. non ideò minus. q. 6.
C. de accuſat. ſequutum per Salic. in l. is
qui cum telo. nu. 6. C. ad l. Corn. de ſicar.
per tex. in l. aut facta. §. euentus ff. de pœ-
nis, & latè Felin. in Tract. de conatu. in fi.
66 verſ. vlt. ſcias, poſit. ꝑ poſt. cit. de appellat.
& vt alibi diximus omnibus legibus vo-
lentibus conatum puniri eſſe derogatum
per contrariam conſuetudinem, quod
qui lerbt. Specul. quoq; placuit in tit. de
accuſat. §. 1. verſ quod ſi in 1. actu fuerit.
67 Fatetur in crimine læſæ Maieſtatis, & in
crimine expugnationis patriæ, ſimplex
conatus ſuffi. it ad pœnam ordinariam,
vel euentus ſpectandus eſt, ſecundū Ang.
& Caſtr. in l. 1. §. fin. ff. quod quiſque iur.
& Felin. in d. Tract. verſ. & ideo dicit
Bart.
68 Et ratio, quia delicto conſumato ſerò
pararetur vindicta. ſic Alex. & Iaſ. in d. §.
fin. Laud. in d. trac. de crimine læſæ Maie-
ſtatis, q. 19. & Fel. in loco antedicto, verſ.
69 5. fallit. cum verſ. ſeq. qui vti commmunē
tradidere etiam in ſimoniæ, & veneficio.
70 Veruntamen iſthæc reſtringenda fore
arbitramur vnà cum Boer. in d. tract. de
ſeditioſis. q. 7. nu. 42. quando conatus pro-
71 ceſſit ad aliquem actum proximum, ſicu-
ti voluit Bald. in conſ. 24. vol. 3. & Vital.
de ſeditioſis. verſ. vt dixi perueniendo ad
actum. ex quo non ipſa turba, ſed factum
in turba puniendum venit. l. prætor. ff. vi
bonorum rapt. l. metum. poſt principiū.
ff. quod met. cau. dixit Bald. in conſ. 130.
vol. v.
72 Quæ quidē in hac noſtri indultus ma-
teria admittenda exiſtimamus, ſi ponde-
rabimus verba eiuſdem Indultus, Dum
inquit, officiales, qui mouent ſeditionem
populorum, ex quibus videtur concludi
officiales mouentes ſeditionem populo-
rum excludi ab huius indultus beneficio
etiam ſi non fuerit conſumata, ſed dum-
taxat attentata ſeditio.
73 Octauo, & poſtremo illud erit aduertē-
dum, quod huius delicti ſeditionis graui-
tas etiam colligitur ex pœnis impoſitis
74 ne contra ſupradictos ſeditioſos, etenim
grauiſſimam inhibet pœnam Imperator
contra ſeditioſos attenta eorum qualitate, &
dignitate perſonæ, vt Accurſ. firmat in
ſcholio finali. præcitati tex. in d. l. 2. C. de
ſeditioſis, & diſſerit latè Boer. in q. 4. & 7.
75 nu. 28. cum ſeq. & nu. 38. vnde furca ſuſpē-
dendos, aut beſtiis ſubiiciēdos, vel in in-
ſulam deportandos decreuit iure conſul-
tus in l. ſi quis aliquid. §. 5. ff. de pœnis. l.
3. §. Item ſi quis author. ff. ad l. Corn. de
ſicar.
76 Hanc concluſionem interpretabimur,
ſi ex ſeditione homicidia ſequuta fue-
rint. ad tex. in l. quoniam multa facino-
ra. C. ad l. Iul. de vi publ. Decian. qui
pluribus comprobat in d. cap. 19. ſub tit.
de ſeditioſis. num. 16. cum ſeq.
77 Quod ſi homicidia ſequuta non fue-
rint, ad huc pœna l. Corneliæ tales puni-
endos eſſe concludimus ex præceden-
tibus, ac æquitatis ratio ſuadet ne s mi-
tiores,

tiores, & ab eâ diſſentire, vt prompto-
78 res ſimus ad liberandum, quàm ad con-
demnãdum. l. Ariann. ff. de act. & oblig.
79 & vt pœnæ potius demoliantur, quã exa-
ſperentur. l. præſes, & l. ſi de interpreta-
tione. ff. de pœnis.
80 Quamuis, ſi de authore ſeditionis pu-
niendo pertractaretur à primęua ſenten
tia non recedendum affirmaremus, cũ ex
81 pediat hos reipublicæ ſeditionum con-
citatores, ac factionum Duces occidere.
d. l. conſtitutiones. ff. de appell. d. l. 3. §. itẽ
82 ſi quis author. ff. de ſicar. Ideoq; autho-
res magis puniendi ſunt. c. latores. 2. q. 1.
Faber in d. l. 1. & 2. C. de ſedit. Boer. in d.
83 quæſt. 7. nu. 38., vt multis craſſantibus
opus ſit exemplo. d. l. aut facta. §. fin. & l.
capitalium. §. famoſos. ff. de pœnis. l. 1. ff.
ad l. Iul. repet. & cõmunem eſſe teſtatur
Clar. in §. fin. q. 68. verſ. ſeditionis auth.
& latius deducit Boe. in præmonita q. 4.
84 Id tamen erit verum præcitatam con-
cluſionem interpretandam, quando tra
ctatus præcederet ſeditionem, ſecus ſi ſe
ditio accidentaliter interuenerit, Nam
tunc mitius puniendos ſeditionis autho-
res conſuluere Iaſ. in conſ. 167. incip. in
iſtis inquiſitionib. vol. 4. & Dec. in conſ.
256. incip. in cauſa inquiſitionis, & dixit
Grammat. in voto 19. nu. 1.
85 Hinc fit, vt ſi non in exitium Reipubli
cæ ſed fiat, pœna ordinaria non ſit quis
puniendus. arg. tex. initio ſi quis ingenuã.
§. in ciuilibus. ff. de capt. & poſt l. reuer.
86 Dec. d. c. 19. nu. 23. Sicut ſi quis per laſci-
uiam accurrerit ad rumorem nil aliud
faciens. Ang. in d. l. 1. C. de ſedit. vbi Sal.
ſic tenet Capic. in deciſ. 130. nu. 6. quem
87 diluit Decius in loco præcitato, nu. 39.
vel ſi quis committens aliquid delictum
incidenter ſeditioni, ac tumultui occa-
ſionem dederit, vt edocuit Bald. in l. 1. §.
fin. in fin. ff. de iuſt. & iure cum aliis con-
geſtis per Hyp. in l. 1. §. diuus nu. 2. ff. ad l.
Corn. de ſicar. & in l. 1. C. eo. in ſingul. 17.
& 247. Carrer. in d. num. 97. verſ. tem-
pora autem prædicta ac Gramm. in voto
19. num. 1. cum ſeq. & in aliis quàm plu-
ribus caſibus per Decianum recenſitis
loco præcitato à nu. 39. cum ſeq.

88 Quibus annectimus hoc ſeditionis cri
89 men non eſſe punibile, ſi inuehitur con-
tra tirannum, etenim quando congrega-
tiones tendunt principaliter ad bonum
publicum, vt ciuitas rectè, & quietè gu-
bernetur, licitum eſt in vnum ſe congre-
90 gare ſecundum Bart. in tract. de Guelfis,
& Ghibell. in 3. q. principali. Hinc tra-
didit Bald. in l. 2. §. deinde cum eſſet. ff. de
orig. iuris, Quod plebei poſſunt ſibi face-
re legem de per ſe, & magnates de per ſe,
vnde Guelphi poſſunt habere ſtatuta de
per ſe, & Ghibellini ſtatuta de per ſe, vt
91 idem Bald. conſuluit in conſ. 59. num. 1.
incip. licet elegãter. in principio, vol. 1.
92 Et ideò volentes deponere tirannum
poſſunt iure licito id facere, duobus ta-
men concurrentibus, primò ſi habendo
recurſum ad ſuperiorem non poſſet tirã-
93 nus deponi ſine magna difficultate, ſecũ
dò quod ipſi id faciant propter vtilitatẽ
publicam, quibus quidem concurren-
tibus tales ſeditioſi non puniuntur, nec
incident in pœnam. l. 1. C. de ſeditioſ. ſe-
cundum Bart. in præmemorato loco, &
94 in Tract. de tirannide. & in l. decernimus
vbi Doct. C. de ſacroſ. eccl. & proſequi-
tur latè Boer. in d. tract. de ſeditioſis.
95 quæſt. 5. num. 5. cum ſeq. A quo plura ad
ſeditionis materiam excerpi poſſent.
Verum cum noſtri ſit inſtituti huius
indultus materiam iuri conformem red-
dere, ac rationi æquare naturali, pro
inde vlterius progredi nobis minimè vi-
ſum eſt, cum ſatis eſſe credamus, de-
96 licti huius grauitatem per ſuperius ad-
ducta indicaſſe, quam pro huius caſus ab
hoc regali indultu excluſione eſſe metho
dicè proponimus.

S V M M A R I V M.

1 *Falſitas multifariam committi po-
teſt.*
2 *Falſum committi poteſt circa ſcriptu-
ras, circa monetas, & circa teſtes.*
3 *Falſitas committi poteſt ſcribendo, lo-
quendo, & tacendo.*
4 *Falſitas circa teſtes tractatur in præ-
ſenti capite.*

Fal-

5 *Falſitas circa teſtes grauiſſimum crimen eſt.*
6 *Falſitatis crimen ab hoc indultu excluditur propter eius immanitatem.*
7 *Falſidicus teſtis tribus perſonis obnoxius eſt, Deo, Iudici, & parti.*
8 *Falſitas eſt veritatis immutatio.*
9 *Deus eſt via, veritas, & vita.*
10 *Teſtis ſubticens veritatem num excludatur ab indultu. num. 14. & n. 20.*
11 *Subticens veritatem num falſum committat.*
12 *Subticens veritatem num peccet mortaliter, & num de falſo puniendus ſit.*
13 *Num diſtet, quod teſtis iuret dicere veritatem, vel iuret plenam dicere veritatem.*
15 *Teſtis ſubticens veritatem num ſit falſidicus teſtis propriè.*
16 *Lex municipalis de qua falſitate intelligenda propria, vel impropria.*
17 *Statutum debet intelligi in caſu vero, & non in cau ficto.*
18 *Indultus iſte propriè eſt intelligendus.*
19 *Indultus materia latiſſimam debet recipere interpretationem.*
21 *Indultus huius verba ponderantur.*
22 *Indultus iſte requirit, quod teſtis falſum dicat ad alicuius offenſam.*
23 *Indultus iſte plura requirit, vt teſtis falſidicus excludatur ab hoc indultu.*
24 *Teſtis debet dicere falſum concluſiuè, & doloſè.*
25 *In criminalibus probationes debent eſſe luce clariores, nu. 26.*
27 *Poſſibili veritate in eſſe poſita nulla ſequitur neceſſaria falſitas.*
28 *Qualibet coniectura ſufficit ad excludendam falſitatem.*
29 *Qualibet iuſta cauſa, licet colorata excuſat quem à dolo.*
30 *Qualibet iuſta cauſa excuſat quem à pœna.*
31 *Rumor num ſit iuſta cauſa excuſandi quem à pœna.*
32 *Opinio vulgi num excuſet quem à pœna.*
33 *Dolus requiritur in falſi crimine.*
34 *Falſi pœna quæ ſit.*
35 *Teſtis falſus num puniendus, ſi dolus abeſt.*
36 *Indultus num excludat teſtem falſum, ſi abeſt dolus, & ſi falſitas non eſt probata.*
37 *Indultus iſte requirit, quod teſtis falſum dicat in cauſa, in qua ingeritur pœna mortis naturalis.*
38 *Tex. in l. 1. §. præterea ff ad l. Corn. de ſicar. duo requirit.*
39 *Iudicium debet eſſe publicum, in quo teſtis dicat falſum teſtimonium.*
40 *Iudicium debet eſſe capitale.*
41 *Tex. in d. §. præterea num ceſſet ſi iuditium in quo teſtis dicit falſum teſtimonium non ſit publicum, vel capitale.*
42 *Tex in l. 1. §. 1. ff. ad l. Corn. de ſicar. recenſetur.*
43 *Tex. in d. §. præterea num procedat, ſi condemnatio ſecuta fuerit, vel non.*
44 *Tertium requiſitum Indultus eſt, quod teſtis dicat falſum teſtimonium in cauſa capitali ad alicuius offenſam.*
45 *Num differat, quod teſtis dicat falſum contra fiſcum, vel contra reum.*
46 *Teſtis falſus ad fiſci fauorem num pœna l. Cornel. vel periurij puniendus ſit.*
47 *Includens vnum caſum videtur alios excludere.*
48 *Teſtis falſum deponens in alicuius defenſionem minus peccat, quàm ſi ad alterius offenſam.*
49 *Huius indultus conditor qua ratione motus ſit hunc caſum excludere, diſcutitur.*
50 *Teſtis falſum deponens quando puniatur.*
51 *Teſtis falſum deponens circa extrinſeca, non autem circa ſubſtantialia num incidat in l. Corn. de ſicariis, vel pœna ſtellionatus. nu. 51.*
52 *Delictum non dēt remanere impunitū.*
53 *Indultus iſte num ſit noua diſpoſitio.*
54 *Indultus iſte num comprehendat mandantes.*

55 Statu-

55 Statuta perſonalia non comprebendũt mandantes.
56 Statuta non nituntur interpretatione.
57 Faciens dicitur propriè principalis, mã dans verò acceſſorius.
58 Mandatum num dicatur eſſe principium, & cauſa delicti, quod quomodo intelligatur num. 59.
60 Aportans literas continentes homicidium qua pœna puniatur, ſi ſequatur homicidium, & de ratione, nu. 61.
61 Qui damni cauſam dat ipſe dediſſe videtur.
62 Ratio huius partis quæ ſit diſſeritur.

Qui teſtimonium falſum in cã inqua ingeratur pœna mortis naturalis ad alicuius offenſam dicunt, aut ab alio dici curant, & mandant.

LIMITATIO XII.

CAPVT XXXIX.

DE falſi crimine cum ſit hoc cap. agendum, illud multifariam cõ
1 micti poſſe ſcriptum reperimus, nempè cir-
2 ca inſtrumẽta, & ſcripturas, circa monetas, & circa teſtes, vt edocuit Clarus. in §. falſum. in principio. verſ. ſciendũ eſt.
3 Quod dictum alio modo reaſſumpſere Doctores. Falſi nẽpe crimen patrari poſſe, ſcribendo, loquendo, & tacendo. Hoſt. in sũma in tit. de falſis §. qualiter cõmictatur. Marſ. in Rubr. de falſis. col. 3. verſ. mò recenſet. Boſſ. in eo. tit. de falſis. n. 632.
Sed quoniam viſum erat ſupra de falſi crimine circa monetas. in cap. 23. & circa ſcripturas etiam pertractatum fuit in
4 c. pręcedenti, ſequebatur nunc tractandũ eſſe de reliquo falſi genere, quod circa teſtes. & ſic in loquendo conſtitutum eſt.
5 Ea ratione, quia non minus graue prę dictis omnibus à iure exiſtimatur, vt prę ter alios aduertit Clarus in præcitato
6 loco in principio, ideò ab huius edicti munificentia omni iure ſecluditur ab Inuictiſſimo Rege noſtro propter eius immanitatem.
7 Ob quam dixit S. P. in c. 1. extrà. de crim. falſi. Falſidicum teſtem tribus perſonis eſſe obnoxium, nempè Deo, iudici
8 & Parti, & iuſtè quidem, cum falſitas ſit veritatis immutatio, ſecundum Azon. in ſumma iu tit. de fal. annotatur per Boſſ. in eod. tit. de falſis num. mihi. 55. vbi plures in hoc congerit, & pro inde, Deo priore loco teſtis falſidicus ſit obnoxius, nã cũ
9 Deus ſit via veritas, & vita nõ ſuffert veritatis immutationem per quem fieri, ac proferri, propterea delictũ hoc falſi legib. ſemper ex oſum ſic grauiter puniri mandatum eſt, ac per hunc Indultum penitus ab eius beneficio ſegregatum.
10 Pro cuius intellectu, ac abundantiori interpretatione illud diſceptandum proponimus, num ſi quis veritatem taceat
11 ab hoc indultu excludatur? Hic. n. nulli dubiũ eſt, quin falſum cõmictere dicatur, cũ ſit tex. apert' in d. c. 1. extrà. de cri. fal.
12 Quò circa iuris interpretes dixerunt, talem nedum mortaliter peccare, ſed ẽt de falſo puniri, ſicut ſi falſum diceret, vt firmauit Bart. in l. præſcriptione. in fine per illũ tex. C. ſi contra ius, vel vtil. publ. Bald. in cap. fraternitatis. in fine. extrà. de teſtibus, Felin. in cap. 1. colum. 1. de teſtibus, cog. Viuius in deciſ. 389. nu. 5.
13 Verumtamen, quamuis poſſit ex mente gloſæ in verſ. plenam, & in verſ. maram. tex. in c. cum dilecti. verſ. quia verò, & verſ. cum ſecundum. extrà. de accuſat. diſtingui, num ſi teſtis dixerit iuro dicere veritatem, vel ſi iuret plenam dicere veritatem. De cuius gloſę dicti veritate habetur per Bal. in d. c. fraternitatis, per Abb. in d. c. 1. per But. & Imol. in d. c. ſuper literis, & plenè diſſerit Boſſ. in præcitato
14 tit. nu. 138. cum ſeq. Nihilhominus in hac indultus materia teſtem veritatem ſubticentem, licet falſidicum minimè excludendum eſſe arbitramur ex infraſcriptis.
15 Tũ q̃a is nõ eſt verè falſidicus, ſed venit punien-

punienduſ tanquam falſus, vt dixit Bart.
in l. ea quæ, nume. 1. ff. de contrah. empt.
idem Bart. & alij in d. l. præſcript. Hyp. in
rubr. ad l. Corn. de falſis. numero 6. & 9.
16 & ſic impropriè teſtis falſus dicitur,
vnde ſequitur, quod ſicut lex munici-
palis decernens quem incidere in ali-
quod. l. Corneliæ de falſis caput intel-
ligenda eſt de vera falſitate, & non im-
propria, vt edocuit Bart. in l. quid ſit
falſum. numer. 1. & 2. ff. ad l. Corn. de
falſ. Alex. in conſil. 73. incip. non puto.
num. 5. col. 3. vol. 1. Cæpolla in conſil. 22.
incip. in Chriſti nomine. col. 4. num. 12.
& conſil. 24. incip. in Chriſti nomine, vi-
17 ſa accuſatione. col. 2. Idque ex eò, quia ſta-
tutum debet intelligi in caſu vero, & nō
in caſu ficto. l. qui ad certum. ff. locati. l. 3.
§. hæc verba. ff. quod quiſque iuris. Doct.
in l. ſi is qui pro emptore. ff. de vſucap.
eodemque modo hæc noſtra indulgen-
tia propriè erit interpretanda.
18 Cum quoque, vt eiuſdem materia la-
tiſſimam reciperet interpretationem,
cum à Principis defluat beneficio, ad ſę-
pius admonitum tex. in l. fin. ff. de conſt.
Principum.
19 Quod quidem ſopitum eſt per for-
malia verba huius indultus, dum inquit,
20 qui teſtimonium falſum dicunt ad ali-
cuius offenſam; at qui tacet non loqui-
21 tur, neque dicit, ergò non eſt ſub hac
indultus parte excluſiua comprehen-
dendus.
22 Secundo ab indulto requiritur, quòd
quis dicat falſum in cauſa ad alicuius of-
fenſam, at in tacente veritatem non cō-
ſideratur alicuius offenſa, ergò conclu-
dendum eſt, hunc indultum dumtaxat
illum teſtem excludere, qui teſtimoniū
falſum dicat ad alicuius offenſam, non
autem qui veritatem ſubticeat.
23 Sed rurſus aduertendū putamus plu-
ra requiri, vt teſtis falſidicus ab huius ge
neralis indultus decreto excludatur.
24 Primò, quod quis teſtimonium falſum
dicat concluſiuè, & doloſè, diximus cō-
25 cluſiuè, quia in criminalibus probatio-
nes debent eſſe luce meridiana clario-
26 res l. ſciant cuncti. C. de probat. maximè
in hac falſi materia, ſecundum Accurſ.
in verſ. niſi ſpecialiter contrarium pro-
betur tex. in l. iuris gentium. §. quòd fe-
rè. ff. de pact. Dec. in conſil. 101. incip.
pro tenui facultate. col. 1. & meminit
Boſſ. in d. tit. de falſis. numero 49. & 50.
Ideoq; probatio debet eſſe neceſſariò
concludens, nam data poſſibili veritate
27 ineſſe poſita nulla ſequeretur neceſſaria
falſitas, ſecundum Bal. doctrinam in c. 1.
§. notandum. de natura feudi, dixit Alex.
in l. quid tamen. §. ſi arbitrer. ff. de rece-
ptis arbit. & Iaſ. latè in d. l. iuris gentium.
§. quòd ferè. num. 10. ff. de pactis.
28 Inde quælibet coniectura, quæ deli-
ctum excluderet ad tex. in l. meritò. ff.
pro ſoc. ſufficeret ad excludendum quē
à falſo, ſi pro ſe aliquam habeat præſum-
ptionem. Bald. in l. fin. col. 12. circa me-
dium. C. de edicto Diui Adr. toll. recen-
ſuit Boſſ. loco præcitato. num. 134.
29 Nam ſicut quælibet iuſta cauſa, & ſi
minus colorata excuſat quem à dolo. l.
igitur. ff. de liber. cau. l. ſed ſi lege. §. ſci-
re. ff. de petitione hæred. Iaſ. in l. qui iu-
raſſe. num. 5. ff. de iure iur. Dec. in conſil.
418. nu. 13. l. plagij. C. ad l. Flan. de plag.
Gomeſ. in lib. 2. variarum reſolut. c. 6. tit.
30 de contractu mutu. nume. 2. circa finem.
verſic. nec obſtat tex. Dec. in conſil. 37.
col. 4. ita quælibet iuſta cauſa excuſat
quem à pęna. l. ſi vehenda. ff. ad l. Rhod.
de iactu. l. contra maiores. C. de inoffic.
teſtamento.
31 Inter quas priore loco erit tumor po
puli, is erit iuſta cauſa excuſandi quem
à pęna. l. fin. vbi Bart. cęterique ſcriben-
tes. ff. de hæred. inſt.
32 Erit, & ſecundo opinio vulgi. l. licet.
ff. ad Maced. l. quis ſit fugitiuus. §. apud
Labeonem. ff. de ædil. edicto, conſultus
reſpondit D. Anna Genitor. in allega-
tione 58. incip. in cauſa Magnifici Lucę
Grilli. num. 17. cum ſeq.
33 Diximus ſecundo doloſè, nam vt quis
falſi crimine puniatur requiritur dolus.
l. 1. §. præterea. ff. ad l. Corn. de ſicar. Pœ-
34 naque capitis venit puniendus, tex. in
argumentum in l. 1. §. fin. ff. ad l. Iul. pe-
cul. c. hæc imago. 33. q. 5. cap. ſicut. vbi

Bald. per illum tex. extrà. de teſtib. §.
55 Reuerēdiſſimus, in auth. de ſanct. Epiſc.
glo. in cap. 1. 2. q. 3. in c. nihilhominus. 3.
q. 9. & in c. nemo perirorum. 11. q. 3. vo-
luit Bald. in l. data opera. col. 10. C. qui
accuſ. non poſſ. in c. 1. col. 9. verſi. item
quod falſo. de pace tenen. idem in cap.
1. §. iniuria. de pace iur. firm. in c. 1. col.
12. de pace conſt. idem in l. præsbiteri.
column. 2. verſi. extrà, quia materia. C. de
Epiſc. & cler. & in d. c. ſicut. vbi Felin. in
tertio preſuppoſito. de teſtib. & Ioannes
de Anan. in d. cap. 1. ſub nume. 4. extrà.
de crim. falſi, cum alijs coaceruatis per
55 Felinum in præcitato loco, & adductis
per Marſil. in d. §. prærerea. num. 3. cum
ſeq. quod ſi dolus non interuenit teſtis
non punitur. Bald. in l. 2. §. quod obſer-
uari. not. 3. C. de iuramento calum. ſe-
quitur Anchar. in c. 2. eod. tit. in 6. Felin.
in c. 1. in fine. extrà. de litis conteſta-
tione, alioſquè congerit idem Marſ. in lo
co nuper allegato. num. 13.

36 Ex quibus inferimus, quod cum re-
quiratur probatio concludens in teſti-
monio falſo, & dolus, ſicut non eſſet quis
puniendus de falſo, ſi non eſſet probata
falſitas, vel probata, ſed quod ab ea ab-
ſit dolus, ita concludimus talem ab hoc
Principis indultu non eſſe excludēdum.

37 Secundò principaliter requiritur ab
hoc textu, quod teſtis falſum dicat in
cauſa, in qua ingeratur pęna mortis na-
turalis, qualitas quidem à citato §. præ-
terea deſumpta, in quo Martianus Iure
conſultus inquit, prærerea tenetur, qui
hominis necandi cauſa venenum confe-
cerit, quiuè teſtimonium dolo malo di-
xerit, quo quis publico iudicio rei capi-
talis damnaretur, quiuè magiſtratus, iu-
dexuè quæſtionis ſub capitalem cauſam
pecuniam acceperit, vt publica lege
reus fieret. Ex hoc igitur tex. liquidò
conſtat teſtem falſum maiori pæna ple-
ctendum, ſi in iudicio publico rei capi-
talis illud proferat.

38 Verum vt tex. is plenam recipiat in-
terpertrarionem, admonemus Accurſiū
ibi dixiſſe, quod vt præcitato tex. locus
ſit, duo requiruntur.

39 Primo quod iudicium, in quo quis te-
ſtimonium falſum dicat publicum ſit, &
40 Secundo quod ſit capitale, quod ſi
non eſſet publicum, vel capitale tunc
41 ceſſat tex. in d. §. prætcrea, & punietur in
pęna l. Corneliæ de falſis, vt eſt tex. in l.
42 1. §. 1. ff. ad l. Corn. de falſ. quo in loco
idem Martianus inquit, pæna. l. Corne-
liæ irrogatur ei, qui in falſas teſtationes
faciendas, teſtimoniauè falſa, inuicem
dicenda dolo malo coierit. quam ſen-
tētiā ſequta eſt glo. in verſic. & periuros.
tex. in cap. Rex debet. 23. quæſt. 5. vbi
Archid. & dixit Henrich. Boich. in cap.
1. in 2. diſtin. de crim. falſi. Guido Papa
in conſil. 89. incip. circa merita. numer.
1. vbi quid, ſi teſtis falſum deponat in
cauſa ciuili, vſquè ad numerum quar-
tum.

43 Præmiſſam autem concluſionem duo
bus modis intelligendam eſſe aduerti-
mus.

Primo, quod ea procedat ſiuè ſecuta
fuerit condemnatio. contra illum, con-
tra quem falſum quis depoſuit, ſiuè non,
quia ſatis erit; quod reus ſit pęna capi-
tali, ac iudicio publico vexatus, & idest
quod de tex. in d. §. prætcrea deducitur,
dum loquitur per verbum damnaretur,
& non dicit damnatus fuerit, & ſic ver-
ba adaptantur ad ſenſum præmonitum,
quem tradidit gloſ. in verſic. falſidicus.
præcitati tex. in c. 1. de crim. falſi, iuxta
cuius doctrinam ſic deciſum eſſe teſta-
tur in Grationopolitano prætorio. Gui-
do Papa in deciſ. 44.

44 Secundo quod tex. iſte intelligatur,
eritquè tertium huius indultus requiſi-
tum, quando teſtis dicit falſum teſtimo-
nium in cauſa capitali contra reum, ſe-
cus verò ſi ad fiſci fauorem, & ſic quan-
45 do ad alicuius offenſam, ſic Hyp. in d. §.
prætcrea num. 6. ſubdens hos caſus mul-
tum inter ſe diſtare, nam quando con-
tra fiſcum quis falſum deponit nihil au-
fert fiſco realiter, ſed quando contra reū
46 accuſatum aufert, eidem vitam, mirum
igitur non erit, ſi hoc poſtremo caſu is
pęna l. Corneliæ de ſicarijs veniat pu-
niendus, quæ quidem ratio cum in pri-

mieuo

meno caſu non poſſit conſiderari opera-
bitur talem teſtem falſum non pęna. l.
Corneliæ puniendum, ſed pęna periurij
vt ex verbis tex. in d. §. prætetea recol-
ligitur.
47 In quo dum inſcriptum eſt teſtem fal-
ſum tunc pęna. l. Corneliæ de ſicarijs, &
ſic pęna capitali feriẽdum, cum quis pu-
blico iudicio damnaretur caſum hunc in
cludendo, videtur alios excludere. arg.
tex. in l. cum prætor. ff. de iudic. l. cum ma
ritus. C. de procutat. cum ſimilibus.
48 Cui quidem ſententiæ aſſentijt Boſſ.
in d. tit. de falſis. num. 138. vbi voluit te-
ſtem falſum deponentem in alicuius de-
fenſionem minus peccare, quàm ſi ad al-
terius offenſam, ad quod expẽdit Bald.
in conſil. 515. incip. quidam fuit interfe-
ctus. in fine. vol. 5.
49 Ex quibus credimus motum eſſe hu-
ius edicti legiſlatorem in ſtatuendo, il-
lum teſtem falſum ab eiuſdem benefi-
cio arceri, qui teſtimonium falſum dicat
in cauſa, in qua ingeratur pęna ſangui-
nis, & ad alicuius offenſam.
50 Hoc autem intetpetrandum eſſe ar-
bitramur, ſi teſtis deponeret falſum in
ſubſtantia, in quantitate diſcreta, in qua-
litate, in ſitu, & alijs de quibus per Bald.
in l. data opera. num. 20. per totum. vbi
de materia falſitatis circa teſtes. C. qui
accuſ. non poſſ. & ſic circa ſubſtantialia,
ſecus verò ſi circa extrinſeca, nam tunc,
51 quia nõ in crimen l. Corn. de falſis inci-
52 dit, ne delictum remaneat impunitum.
contra text. in l. ita vulneratus. ff. ad l.
Aquil. l. congruit. ff. de offic. Conſ. caſti-
gabitur pęna ſtellionatus. Bald. in l. ſi ex
falſis. in fine. C. de tranſact. Butric. in l.
Lucius. ff. de his qui not. infam. Alex. in
conſi. 88 incip. quando omne datum. nu.
19. vol. 5. Marſil. in conſ. 70. incip. ſcien-
tiarum. num. 10. & 11. Clarus in §. falſum.
col. 4. verſ. ſed quid ſi teſtis. fol. mihi 9.
Hæc autem ponderaſſe ſufficiat pro
primæ partis huius enodatione.
53 Reliquum eſt, vt alteram partem ex-
plicemus, dum ſubdit, aut ab alio dici
curant, & mandãt, quem quidem caſum
lex videtur, abhorrere, cum indultus
hic ſit quædam noua diſpoſitio indul-
54 gentialis, in qua non viderentur com-
prehendi mandantes, tum quia ſtatura
55 perſonalia non comprehendunt man-
56 dantes, cum quoque quia non debent
niri interpetratiua diſpoſitione. l. nõ ſo-
lum. §. iniuriarum. ff. de iniur. cum alijs
per nos congeſtis ſupra in c. 32. nu. 54.
57 Annectimus, quod ex iuris cẽſura po-
terat fundari, facientem dici propriè
principalem, mandantem verò acceſſo-
58 rium l. ſi quis id quod §. fin. ff. de iuriſd.
omn. iud. nam licet mandatum ſemper
interpetretur eſſe principium, & cauſa
59 delicti, tñ ex quo videtur eſſe principi-
um remotum occaſione & extrinſecum,
cum proximum, & intrinſecum ſceleris
principium inſit ipſi facienti, vt ſubtili-
ter annotauit Bald. in d. l. data opera
num. 52. videretur dicendum, mandan-
tem non eſſe compræhendendum, vt er-
gò hę difficultates euitarentur, ideò a-
pertè decreuit hic noſter indultus, man-
dantem comprehendi, vt ſe conformem
reddat diſpoſitioni tex. in d. §. præterea.
60 Et poterit non ineleganti exemplo
comprobari, quod ſi quis ſciẽter aſpor-
tauerit alicui literas continentes homi-
cidium, quarum vigore homicidium ſe-
quatur, puniendus erit pæna l. Corne-
lię de ſicarijs, ac ſi ipſe homicidium pa-
traſſet. ſm̃ Cynum in l. non ideò minus
C. de accuſ. Bart. in l. 1. §. incidit. ff. ad
Turpill. Bald. in l. 1. §. ne autem, col. 5.
C. de caduc. coll. edocuit Hyp. in d. §.
61 præterea. num. 4. & 5. & ratio eſt, quia
is dedit cauſam homicidio, cum is qui
damni cauſam dat ipſe dediſſe videa-
tur. l. qui occidit. ff. ad l. Aquil. l. nihil.
ff. ad l. Corn. de ſi car. l. 1. §. deieciſſe. ff.
62 de vi & vi arm. l. ante penul. §. fin. ff. vi
bonorum raptorum. eadem ergò ratio
poterit in hac indultus determinatione
aſſignari, quod ideò ab eiuſdem benefi-
cio ſecluſit mandantes & curantes teſti-
monium falſum ab alio dici, quia is vi-
detur teſtimonium teſtaſſe falſum, &
ob id ita ſtatutum.

SVMMARIVM.

1 *PLures occaſiones delinquendi recenſentur.*

2 *Subditi non poſſunt impedire executionẽ ſententiæ.*

3 *Sententiæ iniuſtæ num exequi debeant.*

4 *Subditi non debent inquirere, num ſententia iuſta ſit, vel iniuſta.*

5 *Præſumitur pro ſententia.*

6 *Impediens executiones reorum, vel impediri faciens, vbi de mortis, aut mutilationis membrorum pœna agitur excluditur ab hoc indultu.*

7 *Impediens iudicis iuriſdictionem in ciuilibus num puniendus.*

8 *Quid autem in criminalibus.*

9 *Omnes debent legi obedire.*

10 *Natura multas euomit mutationes.*

11 *Tex. in §. arripiãt. in auth. vt omnes obed. iudic. num loquatur in criminalibus.*

12 *Iudicis arbitrium num ſubſit, quando deficit ſpecificum nomen delicti.*

13 *Iudicis præcepto non obtemperans num puniendus de iure canonico.*

14 *Iudici non obediens arbitrariè puniendus.*

15 *Ratio affertur, quarè hic indultus excludat caſum in præſenti parte deductum.*

16 *Exhimens quem à manibus familiæ num dicatur impedire executionem, & reſiſtere.*

17 *Exhimens quem à manibus familiæ num dicatur turbare Principis iuriſdictionem.*

18 *Is num dicatur habere maiorem poteſtatem poteſtate iudicis.*

19 *Quis dolo malo faciens, quod populo Romano non obtemperetur num crimen læſæ Maieſtatis incurrat.*

20 *Alia ratio huius partis excluſiua ponderatur.*

21 *Verba illa, executiones reorum, in hoc indultu adiecta num intelligenda in cõdemnato ex cauſa criminali. & nu. 38. & 39.*

22 *Executio non adaptatur, niſi lata ſententia.*

23 *Priuatio præſupponit habitum.*

24 *Indultus iſte eſt intelligendus iuxta iuris diſpoſitionem.*

25 *Legiſlator præſumitur ſe conformare iuris diſpoſitioni.*

26 *Eminens reum confeſſum, & in vinculis coniectum num crimine perduellionis pertingatur.*

27 *Indultus iſte num intelligendus in impediente executionem reorum qui confeſſi, conuicti, vel condemnati fuerint.*

28 *Præcedens intellectus eſt interpetrandus in carceratis pro capitali crimine.*

29 *Num quid requiratur, quod exemptus fuerit carceratus pro crimine læſæ Maieſtatis.*

30 *Is ſi non fuerit reus læſæ Maieſtatis num capite plectendus ſit, vel qua pœna. nu. 31. & 32.*

33 *Iudicis arbitrio pœna num ſit huic inferenda, diſcutitur.*

34 *Conſiderandum in hac materia num ſit, an exemptus ſit iuſtè, vel iniuſtè detemptus.*

35 *Eximens carceratum num incurrat in crimen læſæ Maieſtatis.*

36 *Reum læſæ Maieſtatis non facit comminatio, ſed opera.*

37 *Reus criminis læſæ Maieſtatis tunc quis erit, ſi quis exhimendo offenderet, vel minueret Imperium publicum.*

40 *Author plura intendit tractare circa exemptionem carcerati pro ciuilibus.*

41 *Exemptionis materia in duas diuiditur partes per authorem, nempè, in ciuilibus, & in criminalibus.*

42 *In exemptione in criminalibus ſub diſtinguitur in tria capita num. 43. 44. 45.*

46 *Eximens carceratum à carceribus, ſi fuerit confeſſus, vel damnatus num crimine læſæ Maieſtatis veniat puniendus, & num. 48.*

47 *Confeſſus dicitur ſpe iudicatus.*

49 *Eximens quem detemptum ſub fida cuſtodia iuſſu iudicis num ſubijciatur præcedenti concluſioni.*

50 *Num diſtent inter ſe tenere quem in carcere, vel in cuſtodia.*

51 *Cuſtodia ad publicos ſpectat magiſtratus.*

52 *Carcer, & cuſtodia æquiparantur.*

53 *Diſpoſitio loquens de eximente carceratum à carceribus num procedat in eximente*

mente detemptum ſub fida cuſtodia.

54 Detemptus ſub fida cuſtodia num dicatur carceratus.

55 Eximens carceratum num euadat pœnã, ſi exemptus reuertatur ad carceres, nu. 58.

56 Pænitentia num operetur ante delictum conſumatum.

57 Quid autem delicto conſumato.

59 Eximens carceratum à manibus familiæ num comprehendatur ſub præcedenti concluſione.

60 Eximens carceratum non ab imperatore ſed ab alijs iudicibus qua pæna plectendus, differitur, & num. 61.

62 Deciani authoritas per authorem approbatur.

63 Vxor eximens maritum à manibus familiæ, vel à carceratibus qua pæna veniat punienda.

64 Conſanguineus, vel amicus eximens carceratum pendente appellatione num delinquat.

65 Iudici num liceat appellatione interpoſita ſententiã non reiterabilem, nec retractabilem exequi, & num. 66.

67 Appellatione pendente tollitur iudicis iuriſditio.

68 Iudex exequens ſententiam irretractabilem appellatione interpoſita num puniendus.

69 Paria ſunt occidere innocentem, vel occidere confugientem ad tuſtam iuris defenſionem.

70 Conſanguinitas, vel affinitas num excuſet eximentes.

71 Conſanguineus receptans bannitum miniori pæna punietur, & num. 72.

73 Cardinales eximentes condemnatos, vel confeſſos num delinquant.

74 Cardinales habent ex conſuetudine priuilegium liberandi cõdemnatos ad mortem.

75 Officialis donans condemnatos ad mortem Cardinalibus non tenetur in ſindicatu.

76 Eximens carceratum pro alio delicto, quam læſæ Maieſtatis qua pæna puniendus.

77 Eripiens carceratum non conuictum, nec confeſſum, ſed accuſatum dumtaxat qua pæna plectendus, diſtinguitur.

78 Eximens carceratum cum armis tenetur nè l. iulia de vi publica, & ſi ſine armis tenetur l. iulia de vi priuata, numero 79.

80 Eximens carceratum Iudicis authoritate nedum eſt puniendus, verum comendandus.

81 Eximens iniuſtè carceratum non eſt puniendus.

82 Reſiſtere num liceat quando quis eſt iniuſtè carceratus.

83 Quid autem dicendum in impediente executionem reorum condemnatorum.

84 Cuſtos carcerum ſoluens carceratum à carceribus, qua pæna puniendus.

85 Offendens in carceribus detemptum num incidat in crimen læſæ Maieſtatis. numero 89.

86 Carcer dicitur locus ſanctus.

87 Carcerati ſubſunt ſub protectione carcerantis.

88 Offendens in carceribus detemptum dicitur offendere Maieſtatem carcerantis.

90 Occidens carceratum conuictum, vel cõdemnatum ad mortem num ſit reus læſæ Maieſtatis.

91 Eximens carceratum à manibus familiæ qua pæna veniat puniendus, diſtinguitur. num. 92. 93. & 94.

95 Capiens de iudicis mandato poteſtatem non habentis num teneatur.

96 Capiens quem de iudicis mandato poteſtatem habentis num teneatur, diſtinguitur.

97 Omnis violentia alicui illata quando ſpeciali pæna non punitur habet locum pæna. l. iulia de vi publica, aut priuata.

98 Eripiens ex mandato Iudicis poteſtatem habentis contra ius num teneatur

99 Caſus dubius, num quis capiatur Iudicis mandato nec nè, declaratur per diſtinctionem.

100 Eripiens nũ teneatur eadem pæna, qua punietur ereptus, ſi publicam habet poteſtatem.

101 Receptator. vel fautor qua pæna puniẽdus, remiſſiuè.

102 Capiens latrones num puniendus.

103 La-

Digitized by Google

103 *Latrones reſiſtentes poſſunt impunè occidi, quod quomodo intelligendum ſub num.104.*

105 *Latro, quando cauſæ non ſunt notoriæ, vel manifeſtæ num capi poſſit, à non habente poteſtatem.*

106 *Ipſemet carceratus ſi auſugiat à manibus familiæ qua pœna puniendus.*

107 *Eripiens innocentem à manibus familiæ num puniendus.*

108 *Quis non tenetur diuinare.*

109 *Num credendum ſit capientibus dicentibus habere poteſtatem, quod quomodo intelligendum, ſub num. 111.*

110 *Non omnes eulogia ex bona fide ſcribere compertum eſt.*

112 *Eximens carceratos quibus ex cauſis, excuſandus remiſſiuè.*

113 *Oppreſſorum expedit eſſe vltores, ac præcipuos defenſores.*

114 *Eximens carceratum per debito ciuili à manibus familiæ, vel à carceribus qua pœna puniendus.*

115 *Eximens quem à carcere, vel quem à manibus familiæ num paria ſint.*

116 *Caſus præfatus puniendus erit dupliciter, criminaliter, & ciuiliter.*

117 *Eximens carceratum pro debito ciuili num incidat in crimen læſæ Maieſtatis diſſeritur etiam in num. ſeq.*

119 *Eximens carceratum incidit in crimínem læſæ Maieſtatis in caſibus à iure expreſſis.*

120 *Eximens raptorem num incurrat in crimen læſæ Maieſtatis.*

121 *Eximens Magicæ artis profeſſorem nũ puniatur crimine læſæ Maieſtatis.*

122 *Eximens carceratum per debito ciuili tenebitur ac ſi per eo fideiuſſiſſet.*

123 *Eximens carceratum pro debito num tenetur in caſu, quo is non eſſet verè debitor.*

124 *Quid ſi notoriè conſtaret talem non eſſe ritè carceratum, vel iniuſtè carceratum.*

125 *Eximens num tenẽtur ſi exemptus rediret ad carceres.*

126 *Eximens quem pro debito ciuili carceratum num teneatur criminaliter.*

127 *Prædicta num procedant in cuſtode carcerum.*

128 *Cuſtos carcerũ num teneatur ſi carceratus auſugerit cum ſotio cuſtodis carcerum.*

129 *Receptans, vel occultans debitorem num teneatur diſcutitur num. 130. cum ſequentibus.*

132 *Vi eximens num teneatur ad debitum.*

133 *Tit. ff. nequis eum, qui in ius voc. non ier. num procedat in occultante, vel receptante.*

134 *Creditori qua actione ſuccurrendum erit in caſu debitoris exempti num. ſequentibus 135. & 136.*

137 *Salic. & Iaſ. laudantur reiecta Baldi doctrina.*

Quiuè executiones reorum, vbi de mortis, aut mutilationis membrorum pœna agitur impediunt, vel impediri faciunt.

AMPLIATIO XIII.

CAPVT XXXX.

1 CVM plurimorum alij
quidẽ literas ſacras,
alij priuilegia, alij
pragmaticas formas,
alij præcepta Iudicũ,
quidam alias ex alijs
adinuenientes occa-
ſiones ſibi peragant peccandi, vt inquit
Imperator in auth. vt obedientes iudi-
2 cibus in princ. Cumquè ſubditi nequeãt
impedire, quod ſententia per iudican-
tem lata executioni mandetur, vt etiam
3 iniuſtas exequi de iure teneantur. c. pa-
ſtoralis. §. pen. extrà. de offic. deleg. vbi
4 Innoc. cap. 1. vbi glo. magna. extrà. de
offic. ordinar. Subditorum quippe non
eſt inquirere, an ſententia iuſta, vel in-
5 iuſta ſit, ſecundum Innoc. ibidem. ex
quo pro ſententia præſumitur. c. in præ-
ſentia. extrà. de renunc. l. herennius. §.
caia.

Digitized by Google

caſu. ff. de euict. annotat Innoc. in c. cum
in iure. extrà. de offic. deleg. And. in c.
1. nume. 15. de contr. inter vaſſ. & alt. de
benef. & in conſt. poſt mundi machinã.
in princip. recitatus per Lucam à Pen-
na in l. quoties. numer. 5. verſic. ſubditi
enim. C. de exact. lib. 10.

6 Ideò hoc in loco ſubnectitur vltima
limitatio ad hunc Regalem indultum, vt
ab eius beneficio excludatur is, qui exe-
cutiones reorum, vbi de mortis, aut mu-
tilationis membrorum pęna agitur, im-
pediunt, vel ab alijs impediri faciunt, cũ
negari minimè poſſit, quin graue, &
atrox delictum committatur; quod qui-
dem ex infrà dicendis dilucidè perpen-
detur.

7 Etenim certi iuris eſt, quod impediẽs
Iudicis iuriſdictionẽ, ceu Iudicum pręce-
pta tranſgrediens, ſi ſumus in ciuili-
bus eiuſdem iudicis arbitrio relinquitur
puniendus, vt eſt tex. in l. 1. C. de his qui
latron. vel alijs crim. reos occultant, toto
tit. ff. ne quis eum, qui ius voc. non
ierit. & eſt tota rubr. de eo per quem fa-
ctum erit. Eos enim qui ſecum alieni cri-
minis reos occultando eum, eamuè ſo-
ciarunt par ipſos, & reos pęna expectat,
inquit Imp. in d. l. 1. ſubdens, latrones
quiſq; ſciens ſuſceperit, & eos offerre iu-
dicibus ſuperſederit ſupplicio corpora-
li, aut diſpendio facultatum pro quali-
tate perſonæ, & iudicis æſtimatione ple
ctetur.

8. Idemq; ad hoc certum eſt in crimina-
libus eſſe ſancitum, tota rubr. vt omnes
obedientes iudicibus prouinciarum, &
in pecuniarijs, & in criminalibus cauſis.
Neceſſe eſt, inquit Imp. in loco nuper
9 allegato, quod omnes obediant legi, &
ſuccumbentes iuſtitię ſanctioni hono-
rent eam, & per omnia habeant ſortem,
non ſolum in ſemetipſos reſpicięntes, ſed
etiam in futuras ſucceſſiones, nihil enim
in ſemetipſo manet, ſed currit natura
10 ſemper multas euomens mutationes,
quas neque pręuidere facilè eſt, neque
prædicere, ſolummodo Deo, & Impera-
tore ſequente Deum hæc gubernare me
diocriter, & manſuetè valente; hæc Im-
perator in §. arripiant. præcitatæ rubr.
vt omnes obed. iudicib.

11 In quo, quamuis non liqueant pęnę
criminales expreſſim, tamen ſat erit ge-
nericè decretum eſſe, vt impediens iu-
dicis iuriſdictionem in criminalibus iu-
12 dicis arbitrio puniatur. Quo fit, vt de-
ficiente iuris diſpoſitione certa, ac pę-
nali non deficiat iudicis arbitrium, cui li
cebit talem ſaltim punire pęna ſtellio-
natus, quæ ſemper ſubeſt, vbi ſpecificum
delicti nomen non ſugerit. l. 3. in princ. ff.
de crim. ſtell. quod placuit Bart. in l. 1. §.
13 is videtur. nume. 6. ff. ſi quis ius dic. non
obtemper. eſtq; à iure Canonico ample-
xatum. cæterum eo iure permictitur iu-
dicum pręceptis non obtemperantem
puniri, vt eſt tex. in cap. 1. & c. ſanè. el 2.
extrà. de offic. deleg. Boſſ. in tit. de ca-
ptura reorum. num. 18.

14 Ex his concluſiuè arguimus, ſi verum
iudici non obedientem iudicis arbitrio
eſſe feriendum, quantò magis impediẽs
15 reorum executionem puniendus erit, &
ob id in hac indulgentia nequaquam cõ
16 prehenditur hic caſus, vti delictum gra-
ue, & ſcelus magnum. Etenim qui à fa-
miliæ manibus quem aufert, vel eximit,
nedum impedit executionem, verum re-
17 ſiſtit; ſecundum Bald. in l. fin. in fine. C.
de exhib. reis, Turbatq; Principis maie-
ſtatem, ac iuriſdictionem. Bart. in l. 1. §. 1.
in fine. ff. ſi quis ius dic. non obtemper.
18 Boſſ. in tit. de captura reorum. nume. 16.
& 19. vbi plures cumulat. Immò maio-
rem ſibi arrogat poteſtatem, quam ma-
giſtratus habeat, qui reum in carcere
detinebat, vt cõſiderat Decianus in lib.
19 7. cap. 11. ſub tit. de eximente carcera-
tum. nume. 1. fol. mihi 120. à tergo. Inde
is, cuius dolo malo factum erit, quòd
Rex exteræ nationis Populo Romano
minus obtemperet inter lęſæ Maieſtatis
reos habetur. l. cuiuſq; dolo malo. §. cu-
iuſuè dolo malo. ff. ad l. Iul. Maieſt. ratio
20 autem ea eſt, quare impediens executio
nem reorum ab indultus beneficio ex-
cludatur.

21 Qua de re, vt ad rem deueniamus,
ponderandũ ſuademus, quod dum tex.
hic

Digitized by Google

hic inquit, executiones reorum, videa-
tur hic tex. intelligi de impediente exe-
cutionem reorum, & ſic condemnato
ex cauſa criminali; vt demonſtrat ver-
bum illud, reorum, & 2. quod præceſſo-
rit ſententia, dum ait executiones reo-
22 rum, quæ quidem executio, cum non
poſſit adaptari, niſi poſt ſententiam pr̨e
23 ſupponit eſſe iudicatum, vt priuatio pr̨e
ſupponat habitum. l. decem. ff. de verb.
oblig. l. eius, qui in prouincia. ff. ſi cert.
pet. l. manumiſſiones. ff. de inſt. & iure.
24 Inde aduertimus hunc pr̨eſentem in-
dultus caſum non ſic ſimpliciter eſſe in-
telligendum, ſed iuxta iuris diſpoſitio-
nem, de qua in d. l. cuinſuè dolo malo. §.
fin. verſic. item qui confeſſum. ff. ad l. Iul.
25 Maieſt. cui legiſlator conformem præ-
ſumitur ſe reddere. ad tex. in l. ſi duo. ff.
de acq poſſ cum ſimilibus. ita, vt Scæno-
26 la Iureconſultus dum voluit eum crimi-
ne perduellionis pertingi, qui confeſ-
ſum in iudicio reum, & propter hoc in
vincula coniectum emiſerit, prout ex-
planauit ibidem Bart. & in extrauag. ad
reprim. in verſic. tangit. in fine. Sequitur
Alex. in conſi. 35. incip. viſo themate. nu.
4. verſic. quandoq; punitur crimine læſæ
Maieſtatis. vol. 2. Iaſ. in l. 1. §. 1. col. fin. ff.
ſi quis ius dic. non obtemper. idem Iaſ.
poſt Aret. in §. p̨enales col. 17. verſic. ad-
uerte tamen. inſt. de action. & in l. exi-
mendi. §. 1 ff. nequis eum. qui in ius voc.
non ier. Boſſ. in tit. de captura reorum.
nu. 16. & in tit. de crim. læſæ Maieſtatis.
num. 61. Nellus in tract. de bannitis in 3.
parte ſecundi temporis. q. 29. cum alijs
congeſtis per Farin. in tit. de carceribus
& carceraris. q. 30. num. 101. cum ſeq. &
27 in q. 32 num. 1. cum ſeq. Sequitur hunc
indultum interpetrandum eſſe in impe-
diente executionem reorum, qui con-
feſſi, conuicti, vel condemnati fuerint,
ſecundum Bald. in l addictos. num. 4. in
fine, verſ. ſi autē aliquis. C. de Epiſc. aud.
præter c̨eteros per Farin. citatos in locis
præmonitis.

Hanc autem concluſionem vti veram
admictendam eſſe cenſemus, ſi carcera-
tus ſit pro crimine capitali, alias ſecus, ſe-
cundum Gomeſ. in lib. 3. variarum reſol.
in rubr. de crim. læſæ maieſt. num. 7. verſ.
3. limito, cum alijs per Farin. adductis
in d. q. 30. num. 102.

29 Secundo, quod carceratus ſit detem-
ptus pro crimine l̨eſæ Maieſtatis ſecun-
dum Accurſ. in verſ. reum tex. in d. l. cu-
iuſq; & ſi contraria opinio vti commu-
nior firmetur per Gomeſ. in præcitata
rubr. nu. 7. verſ. quod primo notabiliter
intellige., & amplexctur per Farin. in d.
30 q. 30. nu. 103. quod ſi reus non eſſet con-
demnatus, neq; confeſſus, vtiq; non eſſet
31 reus læſæ Maieſtatis, licet p̨ena capitali
plectendus eſſet, cum quiſq; ex agitato-
ribus .i. aurigis, ſeu ex quolibet alio ge-
nere hominum clandeſtinis ſupplicijs
et manifeſtum reum maleficæ artis op-
preſſerit, vltimum ſupplicium non eua-
det, ſicuti dixit Imper. Valentinus in l. fi.
C. de malef. & mathem. Bart. in d. l. 4. nu.
32 4. vel ea pæna, qua exemptus puniretur
ſupplicio nempè corporali, aut diſpen-
dio facultatum pro qualitate perſon̨e, &
iudicis æxtimatione. d. l. 1. C. de his qui
latron. vel alijs crimin. reos occul. l. quo-
cies. C. de exact. tribut. l. 10. dixit idem
Bart. in l. ſi quis. in fine ff ne quis eū, qui
in ius voc. non ierit. vel alijs p̨enis diuer-
ſimodè inferendis recenſitis per Farin.
33 in d. q. 32. nume. 62. cum ſequ. & ſi illam
inſequendam eſſe exiſtimemus, quod
iudicis arbitrio p̨ena ſit inferenda, vt di-
xit Bart. in l. 1. §. is videtur. in fine. nume-
ro 6. verſic. & ideò in caſibus. ff. ſi quis ius
dic. non obtemp. vbi Cagn. & ſic tenuit
Farin. loco nuper allegato. in quo qui-
dem caſu non erit habenda ratio, ſi exē-
ptus iuſtè ne, vel iniuſtè fuerit detem-
34 ptus, ſecundum Ang. in l. prima in prin-
cipio. ff. ne quis eum, qui in ius voc. non
ierit. Alexan. in præcitato conſil. 35. nu-
mero 4. verſic. in alijs autem caſibus.
vol. 2. & admonuit Decianus in d. lib. 7.
cap. 11. tit. de eximente carceratum.
num. 2.

35 Verum nos ad huc aduertimus, ꝙ quā
dicimus eximentē reum confeſſum cō-
uictum, vel cōdemnatū crimine l̨eſ̨e Ma-
ieſt. puniendum, nō tū dicendum incur-
riſſe

tiſſe crimen læſæ Maieſtatis,vel rebellio
36 nis , quia talem non facit comminatio,
ſed opera. ſecundum Boſſium inprælle-
gato titul. de crimine læſæ Maieſtatis.
num.62.
37 Et ſecundo,ſi quis eximeret, vt offen-
deret,vel minueret Imperium publicum
argum.l.eum qui.§.cum aliquis.ff.de in-
iur.& tex.in l.3.in fin.ff.ad l.Iuli.Maieſt.
cum alijs penſatis per Lucam in d.l.quo-
cies.nu.5.verſ.vel ſi eripiens.cum ſeq. &
diſſerit Decian.in d.lib.7.c.11.de eximẽ
te carceratum,nu 6. & 12.
38 Quæ quidem materia,vt ſuam habeat
interpretationem, quamuis hoc in loco
agatur de impediente executionẽ reo-
39 rum , & ſucceſſiuè in criminalibus , ta-
men ex verbo in tex. adiecto, reorum ,
cùm quoque ex reliquis eiuſdem verbis
ſequentibus , vbi de mortis, aut mutila-
40 tionis membrorum pœna agitur,Tamen
ad huc quædã pertractare decreuimus ,
quæ ad alteram exemptionis ſpeciem in
ciuilibus conſiſteutem actinent pro ma-
teriæ faciliori cognitione.
41 Propterea dum ſcire volumus , quonã
pacto eximens quem à manibus curiæ
carcerum , aut familiæ feriatur , & qua
pœna plectatur in duo diuidimus capita,
Nempe primo in criminalibus, & ſecun-
do in Ciuilibus.
42 Si quærimus in criminalibus , & tunc
43 ſubdiſtinguendum, aut loquimur in exì-
mente carceratum à carceribus , aut in
44 impediente executionem reorum extra
45 carceres conſtitutorum, aut,& 3.in exi-
mente carceratum à manibus familiæ.
Si primum proſequamur caſum ſub-
46 diſtinguendùm erit , quod aut eripuit
damnatum,vel ſaltim confeſſum,& pro-
pter hoc in vincula poſitum, qui dicitur
47 ſpe iudicatus , vt dixit gloſ.2. in l. ſi vi-
ctum. ff. de re iud. maximè ſi contra eũ
probatum erat. arg. tex. in l. fin.in fine.
ff.de bonis eorum, qui ante ſent.ſibi mor
tem conſciu. & tunc ſubdiſtinguendum,
48 Quod aut is condemnatus , confeſſus ,
vel conuictus erat pro crimine læſæ Ma-
ieſtatis, & tunc tenebitur l. Iulia Maie-
ſtatis d. l. cuiuſuẽ dolo malo. §.pen. ff.
ad l.Iul. Maieſt. quam concluſionem de
ſuper firmatam intelligendam eſſe ad-
monemus cum infraſcriptis declaratio-
nibus.
49 Primò, vt ea intelligatur nedum in
carceribus conſtitutis , verum quoque
50 in detẽptis ſub fida cuſtodia iuſſu tamen
iudicis, nam quamuis aliud ſit tenere in
carcere,aliud in cuſtodia,vt dixit Acurſ.
in ſcholio finali.tex.in l.fin. C. de curioſ.
lib.12. vbi Bart. notatur in l. ſi vt certo.
§. cuſtodiam. vbi Bart. & Bald. ff. Com-
mod.in l.ſi pecuniam.§..ſed ſi accepit.ff.
de conditione ob cauſ.Felin.in cap.cum
contingat.num.12. extrà.de foro comp.
51 Tamen ex quo cuſtodia ad publicos ma-
giſtratus ſpectat.l.ſuccurritur.ff. ex qui-
bus cau. maior.l.vinculorum.ff.de verb.
& rerum ſignific. & l. milites agrum. §.
penul.ff.de milit. teſt.& ex quo æquipe-
52 rantur carcer, & cuſtodia.l. ſi quis poſt
accuſationem.ff. de teſtamentis. l. 1. C.
de priu. carc. l. 1. C. de cohort. lib. 12.
tradidit Decianus in tit. de priuato car-
53 cere,num. 18.cap. 10.lib.7. Ideò conclu-
dimus, diſpoſitionem loquentem in exi-
mente carceratum à carceribus ſuum
54 quoque vindicare locum in eximente
quem iuſſu iudicis detemptum ſub fida
cuſtodia , cum is quoque carceratus di-
catur, qui eſt ſub fida cuſtodia , vt tenu-
it Fulg. in conſ. 176. incip. Iacobus ge-
ſtor.num.1.ſicq; dixit Decianus in præci
tato cap.11.num.13.
55 Secundò eadem concluſio erit intelli-
genda,vt procedat, quamuis carceratus
56 exemptus reuertatur ad carceres , ete-
nim quamuis ante delictum conſumatũ
pœnitentia operetur , vt pœnitens non
poſſit puniri. ad tradita per Marſil. in l.
iş qui cum telo.num.24. C.ad l.Corn.de
ſicar. per Menoch. in tract. de arbitr.
iud.lib.2. caſu 360. num.9. cum ſequen.
Centuria 4. cum alijs allegatis per
Farin. in d. tit. de carceribus, & carcer.
57 quæſt. 31. num. 65. delicto tamen con-
ſumato ſecus erit per id , quod in ſimi-
li, ſcripſit Bart. in l. qui ea mente. ff.
de furt. Angel. de Malef. in verbo ,
& veſtem cœleſtem , num. 38. cum

aliis recenſitis per Farin. in d loco num.
58 66. ob quæ ſic concluſiuè edocuit in carcerato reuertente, ex quo reſpectu eximentis delictum eſt conſumatum.
59 Tertiò præmiſſa concluſio procedit nedum quando quis eximit quem à carceribus, verum etiam ſi quis eximat à manibus familiæ. Bart. in d. l. 4. num. 3. ff. ad l. Iul. Maieſt. in extrauag. ad reprimendum. in gloſ. in verſ. tangatur. edocuit idem Farinac. in d. quæſt. 32. num. 1. cum ſeq.
60 Quartò eadem concluſio intelligatur procedere in eximente carceratū ab Imperatore, ſecus ſi ab aliis iudicibus, ſecundum Fabrum in d. §. pœnales. verſ. item aduerſus eum. poſt num. 7. inſt. de action. vbi Iaſ. ſub num. 107. Caſſ. in conſ. Burg. rub. des iuſtices. num. 58. fol. 16. & fol. 77. num. 34. Gomeſ. in præcitato tit. de crimine lęſæ Maieſtatis num. 7. verſ. 2. limito. Fabius à Monteleone in ſua praxi arbitr. in 4. parte, nu. 3023. fol. mihi 315. Burſ. in conſ. 216. num. 5. verſ. quod etiā
61 intelligitur. vol. 2. Farin. in d. quæſt. 30. num. 104. licet Iaſ. in præcitato loco ſatis dubitet de Fabri doctr. in d. §. pœnales, & aduertunt Decian. in. c. 21. de eximente carceratum, num. 8. fol. mihi 121. & Farin. qui quamuis ſuum non proferat in hoc iudicium, Decianus tū ſuam prodiit ſententiam contra Fabrum vna cum Iaſ. in l. ſ. ſatis videtur. num. 16. cum
62 ſeq. ff. ſi quis ius dic. non obtempera. A qua non diſſentimus ob generalitatem tex. in d. l. cuiuſuè dolo malo. §. penult.
63 Hæc eadem concluſio ſic ampliata limitatur, Primò vt non procedat in vxore eximente maritum ſuum carceratum à carceribus mutatis veſtibus induſtria, & calliditate maxima, vel à manibus familiæ, nam excuſabitur, ita, vt extra ordinarè punienda erit attento intenſo amore erga maritum. Argumento tex. in l. liber homo. la 2. ff. ad l. aquil. & in l. ſi is qui puteum. §. ſi tutoris. ff. quod vi, aut clam. Flor. in d. §. liber homo. Paris de ſind. verſ. anſi plures. colum. final. Palat. Rui. in repet. c. per veſtras. extra. de donat. inter uir. & vxor. in rubri. 8. colum. 3. cum ſeq. num. fol. 30. Gommeſius, in lib. 3. variarum reſolut. cap. 11. tit. de captura reorum. num. 12. relatus per Farin. in d. quæſt. 30. num. 118. verſ. limita 1. Clarus in pract. quæſt. 29. verſ. quæro etiam. in fine recenſitus per eundem Farin. in quæſt, 32. num. 79. verſ. limita 3. fol. mihi 333. à tergo.
64 Secundo eadem concluſio limitatur, vt ſuum non obtineat locum in conſanguineo, vel amico eximente condemna-
65 tum, vel carceratum pendēte appellatione interpoſita à condemnatione iuxta tex. in l. non tantum. ff. de appel. quo quidem caſu ſi iudex vellet ſententiam non reiterabilem, nec retractabilem exequi licebit conſanguineo, vel amico reſiſtere iudici de facto, & impedire executio-
66 nem impunè. Felin. latè in c. ſi quando. circà principiū. extrà. de officio deleg. Iaſ. in d. §. pœnales. nu. 108. minus enim punietur, vt dixit Lucas à Penna in l. quoties. num. 8. C. de. exact. trib. lib. 10. diſſerit Boſſ. in d. tit. de captura. num. 15. cum
67 ſeq. tum, quia appellatione interpoſita ſublata eſt iudicis iuriſdictio, vt dixit Accurſ. in verſ. tranſactione. tex. præcitati in cap. ſi quando. vbi Innoc. relatus per Bald. in d. l. addictos. n. 2. C. de epiſc. aud. Idem In l. ab executione. C. quorum appell. non recipi. in l. vt vim. in princ. col. 2. ff. de iuſtitia, & iure, & in l. facultas. per illum tex. C. de iure fiſci. lib. 10. Ang. in l. 2. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alieni iuris, &
68 in §. pœnales. num. 22. inſtit. de action. quod ſi iudex appellatione interpoſita
69 vellet exequi non poſſet, immò puniretur capitaliter, cum paria ſint occidere Innocentem, vel occidere eum, qui confugit ad iuſtam iuris defenſionem. l. lege Iulia. §. fin. ff. ad l. Iul. repet. Bald. in d. l. addictos. num. 1. in 1. col. verſ. ſed ſi eſſet
70 appellatum, Cùm quoque, quia conſanguinitas, vel affinitas excuſare faciunt eximentes ad inſtar conſanguinei rece-
71 ptantis bannitum, qui mitiori pœna punietur. per tex. in l. 2. ff. de recept. allegatum per Lucam in d. l. quoties. num. 8. gloſ. in verſic. receptauerit. in cap. fœlicis.

ſelicis. vbi Ioannes Monacus ſub num.
3. de Pœnis.in 6.Felin.in c. literas. num.
20 extrà.de præſump. Gomeſ. in lib. 3.va
riarum reſol. in tit. de homicidio. num.
30. verſ. item adde. Menoch. in lib. 2. de
arbitr. iud.caſu.348.nu.12. Centuria.4.
cum aliis congeſtis per Farin.in d. q.30.
num.95.96.97.98.99.100.ſub tit.de car-
ceribus, & carceratis, quamuis ab hac
72 opinione diſſentiat Auriga noſter And.
in c.1.§. receptatoribus, nu. 28. de pace
iuramento firm.

73 Tertiò limitatur hæc concluſio in Car
dinalibus eximentibus carceratum con-
feſſum, vel condemnatum. His enim ex
74 conſuetudine conceſſum eſt priuilegium
eximendi, & condemnatum à morte li-
berandi, dum ad mortem ducitur. idem
Salic.in d.l.addictos, in fine Manfred. in
tract. de cardin. c. 8. in 18. priu. refert
Clarus in Pract. §.fin.q.30.verſ. item ad-
de.Farin.in d.tit.de carceribur, & carcer.
75 quæſt.28.nu.48. Adeò, vt officiales donā
tes Cardinali illum, qui ducebāt ad mor
tem non tenentur in ſindicatu. ſecundum
Parid. de Puteo in tract. de ſindicatu.
verum. de quibus officiales non tene-
antur.num. 253. verſ. item non tenentur
officiales.fol.mihi 103.in paruis. Si uerò
carceratus quis non eſt pro crimine læſæ
76 Maieſtatis, ſed pro alio delicto, licet cri
minis læſæ Maieſtatis reus nō efficiatur,
capite ad huc puniendus erit, vt ſuperius
ſub num.42. cum ſeq. annotauimus. Hæc
quò ad confeſſum, vel conuictum.

77 Modò ſupponamus in eximente car-
ceratum non confeſſum, nec conuictum,
ſed accuſatum dumtaxat qua pœna quis
erit feriendus? & tunc ex mente Lucæ in
d.l.quoties, num. 1. verſ. aut ſolum accu-
ſatum.C. de exact. lib. 10. ſic erit diſtin-
guendum.

Aut quis eripuit talem carceratum
cum armis, aut ſine armis.

78 Primo Caſu tenebitur.l. Iulia de vi pu
blica.l.lege Iulia.ff.de vi publ.

79 Secūdo verò caſu tenebitur l. Iulia de
vi priuata.l.legis Iuliæ.ff.de vi priuā. Hāc
autem concluſionem limitabimus non
procedere,

80 Primo in eximente iudicis authorita-
te, quo caſu quis ne dum non erit punien
dus, verum comendandus erit.cap. dein-
de.26.diſt.cap.non inferenda, & cap.for-
titudo. 23.q.4.tradidit Bald. in d l. ad-
dictos.num.3.C.de epiſc.aud.And.in d.§.
recepratoribus. De pace iur.firm.& in c.
1. verſic. & bona committentium crimē
læſæ Moieſtatis, nu. 74. verſ.ſi verò eſſet
priuilegium. quæ ſint regal. Idem Lucas
in l. prohibitum. num. 4. C. de iure fiſci
lib. 10.

81 Secundo quis non erit puniendus ſi
exemerit carceratum iniuſtè detemptū
82 nam cum hoc iudicium ſimile ſit violen-
tię latronum, licebit vnicuiq; reſiſtere
niſi cum aliqua grauis turbatio timere-
tur, & ſic propter ſcandalum vitandum.
Diuus Thomas.in 2.2.quæſt.69.art.4.Lu-
cas in d.l.quoties.num.2.vbi plura effun
dit.de quo meminit. Decian.in d.cap.11.
num. 14. & 15. Couarr. in lib. 1. variar.
reſol. cap. 2. num. 7. cum ſeq Hæc quò
ad primum caput.

83 Deſcendamus quæſo ad ſecundum ca-
put principale, quid in impediente exe-
cutionem reorum, & ſic condemnatorū,
in quo quidem caſu diſtinguendum pu-
tamus modo, quo ſuperius in præceden-
ti capite deduximus ſequendo ſemitas
tex.in d. l. cuiuſuè dolo malo. §. penult.
num reus ſit condemnatus, aut verò ſo-
lum accuſatus, & num pro crimine læ-
ſe Maieſtatis, aut verò pro alio delicto,
pro vt elicitur ne dum ex ſuprà diſcuſſis,
verum quoque ex Luca in d. l. quoties.
num.5.

84 Quibus quidem ſubnectimus, quid in
cuſtode carcerum, qui captiuum è car-
cere ſoluit? Pro cuius reſolutione breui-
bus dicimus, quod ſi dolo malo tunc ha-
bet locum tex.in d.l.cuiuſuè dolo. Si ve-
rò culpa, vel nimia miſericordia tunc
punietur iuxta diſpoſitionem tex. in l. ſi
hominem, in principio.ff.mand.vt latius
edocuit Lucas in d.l. quoties. num.3.

85 Sed quod in offendente detemptum in
carceribus? & in hac quæſt. adhuc re-
86 ſolutiuè dicendum, Quod cum carcer
dicatur locus ſanctus, & carcerati,

Tt 2 ſubſint

ſubſint ſub protectione carcerantis, ideò
offendit maieſtatem carcerantis, & in-
87 currit crimen læſæ Maieſtatis, ſi tñ fue-
88 rit detemptus Principis mandato. l. vl-
89 tima. vbi notatur. C. de cuſtod. reorum
tradit Bart. in l. in laqueum ff. de acq.
rerum domin. & in l. 3. §. fin. ff. ad l. Corn.
de ſicar. & in l. legis Iuliæ. ff. ad l. Iul. de
vi priu.

90 Quæ concluſio multò fortius procc-
dit in occidente carceratum conuictum,
condemnatumq; ad mortẽ, vt inquit Bal.
in l. libertas ff. de ſtatu hom. Ang. de mal.
in verſ. fama publica nu. 58. Hyp. in ſin-
gul. 150. Boer. in deciſ. 215. nu. 23. exor-
nat Dec. in d. c. 11. lib. 7. de eximẽte car-
ceratum. nu. 10 fol. mihi, 121.

91 Tertius caſus principalis eſt in eximẽ
te carceratum à manibus familiæ, & in
92 hoc quidem caſu ſecundum Lucam in d.
l. quoties. nu. 6. verſ. ſi autem capitur ſic
93 diſtinguendum, quod aut quis capitur ab
alio, & certum eſt de mandato iudicis,
94 aut certum eſt quod non de iudicis man-
dato, aut verò ſumus in dubio.

Primo Caſu iterum ſubdiſtinguendũ
erit, quod aut quis capitur de iudicis mã
95 dato poteſtatẽ non habentis, aut de mã-
dato iudicis imperium, & iuriſdictionem
habentis.

96 Primo Caſu quis non tenetur. l. 2. & 3.
§. 1. ff. ne quis eum, qui in ius voc. nõ ier.

97 Secundo verò caſu, ſi mandatum eſt
ſecundum ius, & tunc, aut in diminutio-
nem Imperij, vel vt per ſuam ereptionem
fatigat vendicare, & tunc tenetur. l. Iu-
lia Maieſtatis d. l. 4. Aut non contra Im-
perium publicũ, & tunc, aut cum armis,
aut ſine armis, vt ſuperius traditum eſt,
in eripiente quem ex carcere publi-
co.

98 Idquè ex eo, quia omnis violentia
alicui illata, ſi ſpeciali pœna criminis
non punitur l. ſi quis non dicam rapere,
& in l. raptores. C. de epiſ. & cler. & in l.
1. C. de raptu virg. cum ſimilibus. ſub-
iacebit, vel l. Iuliæ de vi publica, aut de
vi priuata. l. hoc iure. ff. de regul. iur.
l. quicum vno, §. qui filium. ff. de re mi-
lit.

99 Secundus Caſus erit, quando certum
ſit, quod contra ius, & tunc eripiens nul
la pœna tenebitur, d. l. 1. 2. 3. & 4. in fin. ff.
ne quis eum, qui in ius voc. non ier. l. eos.
& l. quoniam. C. de appell. §. quoniam. in
auth. vt nulli iudic. cap. inquiſitioni. ex-
trà. de ſent. excomm. cum cæteris per Lu
cam adductis in d. l. quoties. nu. 6. verſ. 2.
100 Caſu, de quibus latè diſſerit Farin. in d.
quæſt. 32. num. 1. & 91.

101 Tertio caſu quando eſt dubium, num
quis capiatur de iudicis mãdato, nec nè,
& tunc adhuc ſubdiſtinguendum erit,
quod aut quis capitur per eos, qui ad hoc
publicam habent poteſtatem, & tunc ea-
102 dem pœna punitur eripiens, qua punie-
tur ereptus, de quo per Farin. in d. q. 30.
num. 92. A quo etiam habebitur qua pœ
na puniendus erit receptator, vel fautor.
ſub num. 97. Aut verò capitur per eos, qui
capiendi non habent poteſtatem, & tunc
aut capitur is, qui poteſt impunè capi,
vt latrones. l. 1. & 2. C. de his, qui latr.
occid. aliiq; per Lucam recenſiti loco an
dicto. num. 7. & tunc ſi cauſæ præmiſſæ
ſunt notoriæ, quis non erit puniendus,
103 & ratio eſt, nam latrones reſiſtentes ſi
poſſunt impunè occidi. l. furem. ff. ad l.
Corn. de ſicar. l. 3. C. de his qui ad eccl.
confug. cum ſimilibus. vbi Bart. dixit
Boſſius in tit. de captura, num. 11. & 12.
allegans Florianum in l. quemadmo-
dum. §. magiſtratus, & in l. ſi ſerutus.
ff. ad l. Aquil. Imolã in l. ex cõſenſu. §. ſi.
colum. penultima. ff. de appell. in actu
104 capturæ, ſecus uerò poſtquam eſt captus
nam tunc occidens tenebitur l. Cornelia
de ſicariis, committitq; crimen læſæ Ma
ieſtatis Bart. in l. 3. §. transfugas. ff. ad l.
Corn. de ſicar. & in d. l. 4. nu. 4. Felin.
in c. cum iuramento, extrà. de Homicid.
& in c. quæ in eccleſiarum. colum. 2. ex-
trà de conſtit. citat eos Boſſ. in d. tit. de
captura. nu. 14. & in tit. de crimin. læſæ
105 Maieſtatis, nu. 64. ergo multò magis poſ-
ſunt eripi. Quod ſi non eſſet manifeſtum,
vel notoriũ ſecus eſſe arbitrat Lucas in
præcitato loco motus per tex. in cap. 1.
de officio ſacri. & in capitul. 1. de offic.
Vicar.

Hanc

Digitized by Google

106 Hanc autem concluſionem intelliga-
mus procedere etiam in ipſomet carce-
rato ſe eximente à manibus familiæ, per
diſcuſſa per Boſſium in præcitato tit. de
captura, num. 19. cum ſequen. vbi hunc
fugientem puniendum eſſe teſtatur, ſed
mitius, adductus ab Accurſ. authoritate
in l. ſuccurritur, ff. ex quib. cau. maior. &
Aog. cæterorumquè interpretum, in l. 1.
ff. de effract.

107 His autem ſubnectendum non abs re
eſſe putamus, quod præter hos caſus de-
ſuper conſideratos ſi fingamus aliquem
innocentem captum eſſe, túc decidimus
licitè, & impunè eripi poſſe, nec eripien-
tem puniri, Immò ſi non eriperet pecca-
ret, c. non inferenda, 23. quæſt. 3. l prohi-
bitum, vbi Lucas, C. de iure fiſci, lib. 10.
Hi enim excuſandi ſunt, quamuis appa-
108 ritores, vel ſeruientes, vel birroarij ha-
buerint à Præſide mandatum de capien-
do, cum quis non teneatur diuioare, l. ſi
109 putator, ff. ad leg. Aquil. Nec teneatur
quis credere capientibus dicentibus ha-
bere poteſtatem capiendi, quia non om-
110 nes eulogia ex bona fide ſcribere com-
pertum eſt, l. Diuus, el ſecundo, ff. de cu-
ſtod. & exhib. reorum.

111 Quod ſano modo intelligendum, niſi
conſtaret alias, vel niſi ſint capientes ad
illud officium ſpecialiter deputati, in his
enim caſibus iuſta non ineſt eximenti-
bus excuſatio, argum. tex. in l. 2. §. ſi pu-
blicanus, ff. vi bonorum rapt. notauit
Speculat. in tit. de citatione, §. ſequitur,
verſic. vtrum, Innocentius in cap. cum
contingat, in glo. incipiente, l. leſt ex iu-
ſta, extrà. de offic. de leg. cum alijs à Lu-
ca citatis in ſæpius monital. quoties. nu-
mero 7. circa medium. A quo delicto
112 plures affert excuſationes Marianus in
tractatu de citatione, in 34 articulo prin
cipali, & Decian. in dicto libro 7. cap. 11.
numero 9. cum ſequenti. fol. mihi 121.
113 Excuſabuntur ergò hi, qui innocentes
eximunt, cum expediat nos talium op-
preſſorum eſſe vltores, ac præcipuos de-
fenſores, cap. ſcire vos, 23. quæſt. 8. notat
Innocentius in cap. ſi verò, el primo, in
gloſa, extrà. de ſent. excomm.

Reliquum eſt, vt ad ſecundum caput
114 principale deueniamus, quid in eximen-
te carceratum pro debito ciuili à mani-
bus familiæ, vel à carceribus? in quo ca-
115 ſu illud priore loco ſupponimus, quòd
paria ſunt, quod quis eximat à carcere,
vel è manibus familiæ, ad hoc tamen, vt
caſus expreſſi in eximente à carceribus
vindicet ſibi locum in eximente à mani-
bus familiæ, vt tradidit Bart. in dicta l. 4.
num. 3. ff. ad leg. Iuliam Maieſt. in l. legis
Iuliæ, ff de vi priu. ſequitur Iaſ. in dicto
§. pœnales, num. 106. meminit Decianus
loco nuper allegato, num. 7. & 12.

116 Quo quidem ſuppoſito ſi quæramus
num puniendus ſit, & tunc dicendum,
quòd ſic, duobus modis, criminaliter, &
ciuiliter, vt tradit Boſſ. in tit. de carcera-
tis, num. 17. relatus per Farin. in d. q 30.
117 num. 112. Criminaliter cum is incurrat
nedum in crimen, ſed in crimen læſæ Ma-
ieſtatis, vti placuit Baldo in dicta l. addi-
ctos, num. 4. quem refert Iaſ. in d. §. pœna-
les, num. 104. quos meminit Decianus
118 in d. cap. 11. num. 3. cuius Baldi dictum
à Iaſ. non admictitur, & per Dec. repro-
batur, qui fatentur hunc incidere in cri-
men, non læſæ Maieſtatis, ſed pœna arbi-
traria caſtigandum per diſcuſſa per Ale-
xandrum in d. conſil. 35. num. 4. in fine,
volum. 2. cum alijs relatis per Menoch.
in tract. de arbit. iud. lib. 2. caſu 301. poſt
num. 16. cent. 4. & per Maſcard. in tract.
de probat. libro 1. concluſione 266. nu-
mero 16. differit Farin. in d. q. 30. num.
119 112. & 114.

Quæ quidem concluſio itidem corro-
boratur ex eo, nam eximentes incurrunt
in crimen læſæ Maieſtatis in caſibus in
iure expreſſis, vt in dicta l. cuiuſuè dolo
120 malo. Ac in cæteris ſecus erit conclu-
dẽdum, quòd quidem videmus ſtatutum
in eximente raptorem, qui non in cri-
men læſæ Maieſtatis incidit, inde puni-
tur pœna decem librarum auri, d. §. arri-
piant, & §. ſi. in auth. vt omnes obed. iud.
conſuluit Decianus in conſ. 35. num. 41.
121 volum. 2.

Idem & ſecundo liquidò conſtat in exi-
mente Magicæ artis profeſſorem, qui nõ

punitur

punitur crimine lęſæ Maieſtatis,ſed pœ-
na in l.fin. C.de maleficis, & Mathemat.
inſcripta. Quarè ſequitur rationabiliter
reprehenſum eſſe Baldum à Deciano lo-
co præmonito, vbi ſub num.4. hanc ante
ſtatutam concluſionem pluribus iuris ar
gumentis comprobat.
122 Si verò loquimur quò ad ſecundum
caput pœnam ciuilem inſpiciens, dicen-
dum eximentem carceratum pro debito
ciuili teneri eo modo, ac ſi in omnem ca-
ſum pro eo fideiuſſiſſet, per tex. in l. fin.
C.de oper. lib. in l.quoties, vbi Andr. de
Barulo, Ioan. de Platea, Lucas à Penna,
cæteriquè C.de exact. trib. lib.10. tradi-
dit Bald. in dicta l.addictos, relatus per
Iaſ.in præcitato § pœnales, numero 102.
Hippolytus in ſing.ſuo 137. Cœpolla la-
tè in conſil. 14. incip. In Chriſti nomine,
col.2. Boer.in deciſ.217.num.13. Decia-
nus in dicto c.11.num.3. Farin.in d.q 30.
num.107.
123 Hanc autem concluſionem ſic firma-
tam, ampliabimus procedere etiã quod
exemptus non eſſet verè debitor, cùm
lex reſpuat probationem, quod talis non
ſit debitor, Ang.in l.ſed eximendi,§.item
ſi quis, in fine, ff.ne quis eum, qui in ius
voc.non ier. vbi Burrig.Salic.Fulgoſius,
& alij, Hippolytus in ſua Pract. §. attin-
gam, nům 48.& in rubrica de fideiuſſ.nu-
mero 150. verſic. ſed contra prædicta,
cum cæteris per Farin.congeſtis ſub prę-
citata q.30. num.109. vbi ſub num.110.
124 ſublimitat prædicta non admitti, quan-
do notoriè conſtaret carceratum non eſ-
ſe ritè carceratum, vel iniuſtè carcera-
tum, ad quę plures allegat, & faciunt trã-
dita per eundem in quęſt.32.num.8.cum
ſequen.
125 Ampliatur ſecundò, vt procedat prin-
cipalis concluſio, etiam quod exemptus
rediret ad carceres, quia adhuc tenetur
d.l quoties, vbi glo.& Doct. C.de exact.
tribur. lib. 10. eſtquè communis opinio,
vt ex relatis per Farin. in d.q.30.nu.111.
excerpſit idem Farin.
126 Ampliatur tertiò, vt is etiam pœna
criminali puniatur, ſicuti ex pluribus col
legit Farin.in eodemmet loco, ſub nume-
ro 112. cum ſeq. de cuius veritate latè
differit D.de Franchis in dec.442.
127 Ampliatur poſtremò, vt talis conclu-
ſio procedat etiam in cuſtode carcerum,
vt diffusè demonſtrauit more ſolito Fa-
rin.in q.31.per totũ, & in ſpecie à nu.70.
128 cum ſeq. Niſi tamen alter cuſtos carce-
ris ſocius aufugiſſet cum carcerato, hoc
enim caſu non tenebitur cuſtos carcerũ,
ex quo iuſtè fidem ſocio habuiſſe cenſe-
tur, l.fin. vbi Bart.& ad eum addentes la-
tè, ff de cuſtod. & exhib.reorum, & in d.l.
cuiuſuè dolo malo, diſpunxit Farin.in d.
q.31.num.53.cum ſeq.
129 Eandem autem concluſionem limita-
bimus non procedere in receptante, vel
occultante bannitum, vel debitorem, ne
capiatur, vt videtur velle Baldus in l.fin.
C.de oper.libe.cuius meminit Iaſ.in d.§.
pœnales, num 103. & recenſuere adden-
tes ad Bart.in d.l.cuiuſuè dolo malo, li-
tera B.per tex.in dicta l.quoties, & in l.3.
130 C.de aſſeſſor. Cuius contrarium videtur
amplexari antumãs neminem teneri ad
131 debitum, niſi vi eximat, tum per tex.in l.
pen.§.1.ff.ne quis eum qui in ius voc.non
ier. Cum quoque, ne titulus præcitatus
132 ſuperfluus eſſe iudicaretur. At his non
obſtantibus contra Bal. tenet Iaſ.in d.§.
pœnales, nu. 103. vbi affirmat receptan-
tem, vel occultantem debitorẽ teneri ad
debiti ſatisfactionem diſcrepans etiam
133 in actione, qua ſcilicet is teneatũ. Etenim
ſi Bal.inquit in occultante, vel receptan-
te non eſſe locum tit. ne quis eum qui in
ius voc. ex quo in occultante non conſi-
deratur vis, Nihilominus controuerti
134 non poteſt, quin ſubſit dolus, quo caſu
creditori ſuccurrẽdum eſt, vt edocet Iaſ.
actione in factũ, vel ex edicto, ff. ne quis
eum, qui in ius voc.non ier.propter eiuſ-
dem tituli generalitatem, iuxta tamen
terminos tex.in l.ſed eximendi, in princ.
& §.prætor ait, ff.eod.tit. vel ex edicto de
135 eo, per quem factũ erit. vel ex tit.ff.ſi quis
iudici non obtemp.Cuius præceptum in
occultantem directum, ne impediat exe-
cutionem, ſi per ipſum fuerit contem-
ptum, poterit per iudicem procedi ad
136 multa remedia, de quibus per Doct.in d.l.
vbi

vbi Bart. ſub num. 1. ff. ſi quis iudici non
137 obtemp. ex quibus conſequitur reiecta Baldi doctrina rectè ſentiſſe Iaſ. in d. §. pœnales, ac iure optimo contrarium voluiſſe Salic. in d. l. fin. C. de oper. lib.

Hæc breuiter ſcripſiſſe in præſenti materia ſufficiat, ad vlteriora proinde progrediamur.

SVMMARIVM.

1 *INdultus iſte regulatur à caſibus ſub eo comprehenſis, & ab eo excluſis.*

2 *Verbum relatiuum, quos, ſtat declaratiuè in hac parte.*

3 *Verbum, quos, num ſtet reſtrictiuè in præſenti parte.*

4 *Indultus iſte num declaret, & reſtringat.*

5 *Indultus iſte per verbum, quos, videtur ſingulatim ſe referre per veram relationem ad ſingulos caſus huius indultus cum omnibus ſuis qualitatibus, & num. 6*

7 *Relatio limitata limitatum produceret effectum.*

8 *Limitata cauſa limitatum producit effectum.*

9 *Relatio ad ſtatutum num intelligatur cum omnibus eius qualitatibus, & de ratione, num. 10.*

11 *Verbum, quos, eſt relatiuum eiuſdem ſubſtantiæ, eiuſdem corporis, eiuſdem indiuidui.*

12 *Sub relatiuo, quos, ab hoc indultu adhibito num comprehendantur caſus omnes ab eo relati, num. 17. & num. 25.*

13 *Dictio, omnis, eſt ſignum vniuerſale.*

14 *Dictio, omnis, eſt ſignum omnium comprehenſiuum.*

15 *Dictio, omnis, eſt nomen collectiuum.*

16 *Dictio, omnis, eſt aliquando diſtributiuum.*

18 *Qui omne dicit, nihil excludit, & excipit, vbi num præterita comprehendantur ſub negatiua vniuerſali.*

19 *Ab vniuerſali negatiua nihil penitus excipi poterit.*

20 *Negatiua vniuerſalis aliquando recipit determinationem.*

21 *Caſus huius indultus num comprehendantur intellectualiter.*

22 *Dictio, omnis, aliquando ponitur intellectualiter, aliquando naturaliter, quandoquè dubitanter.*

23 *Indultus iſte num de ſui proprietate comprehendat omnes perſonas.*

24 *Indultus iſte num comprehendat omnes eius caſus ſigillatim in hac parte.*

26 *Dictio, ſingulos, num deſignet caſus ſingulari modo, & ſigillatim.*

27 *Dictio, ſingulos, tanquam diſtributiua diſtribuit rem ipſam cuilibet inſolidum, & ſeparatim.*

28 *Vniuerſitas num comprehendatur ſub hoc indultu.*

29 *Huius l. indulgentialis mens, & voluntas declaratur.*

Quos omnes, & ſingulos præſentis decreti beneficio gaudere nolumus.

CAPVT XXXXI.

FVit ſuperius latè in hoc noſtro generali indultu de caſibus in eo cõprehenſis, & ab eo excluſis pertractatum, à quibus ad demonſtrandum, quòd eiuſdem in-
1 dultus diſpoſitio determinari debeat, & ab eis regulari, Ideò hoc in loco ſcriptũ eſt his verbis, Quos omnes, & ſingulos præſentis decreti beneficio gaudere nolumus, & ſic decretum per verbum relatiuum, quos.

2 Ex quo conſequitur, quòd tale relatiuum nedum ſtet declaratiuè, ex quo vnicuiquè ex caſibus antecedentibus competit, & ſubijcitur, arg. notatorum per Cyn. & Bart. in l. 1. C. de ſumma Trin. & Fide Cath. hic ſub num. 1. ille verò etiam ſub num. 1. & in l. omnes populi, num. 1
3 ff. de iuſt. & iu. verum etiam vt ſtet reſtrictiuè,

ctiuè,l.ea tamen adiectio. vbi Bart.ff.de
leg.3. idem Bart. latè in l.qui tibi, ff.de
auro,& argen.leg. & in l.à filio, §.1.ff.de
alim.& cibar.leg. Iaſ.tam in dicta l.om-
nes populi,num.19. ff.de iuſtitia,& iure,
quàm in §.omnium,in gl.in verſ.omnium,
4 inſtit.de act. Declarat igitur,& reſtringit
caſus, quos noluit ſub indultu compre-
hendi.

5 Vnde dum vſus eſt relatiuo, quos, vi-
detur velle ſingulatim ſe referre ad om-
nes per veram relationem, Rimin.Iun.in
l.qui ſe patris,num.92.C.vnde liber.Dec.
in conſ.261. incip. Superioribus diebus,
num.1. Pariſ.in conſ.17. incip. Circa te-
ſtamentum, num.37. volum.3. & ad ſin-
6 gulos quoſquè caſus per indultum ſanci-
tos cum omnibus eorum qualitatibus,
l.aſſe toto, ff.de hæred. inſtit.l.ſi quis ita
ſcripſero,ff.de cód.& demonſt. cum alijs
congeſtis per Dec.in conſ.47. incip. Pro
viribus meis, num.2. vbi addentes latè
D. Anna pater in allegat.35. Bertazz.in
conſ.222.incip.Sententia, nu.4. Ex quo
7 relatio fit ſimpliciter, nam ſi limitatim
ea fieret, tunc limitata relatio iudicare-
tur,& proinde limitatum produceret ef-
fectum, cùm limitata cauſa limitatum
8 producat effectum, l.in agris, ff.de acq.
rerum dom.l.cancellauerat,ff.de his,quę
in teſt.delentur.

9 Ex his infertur, quòd relatio, quæ fit
ad ſtatutum, intelligitur facta cum om-
nibus eius qualitatibus, vt edocuit Bart.
in l.1.§.fin. ff.ſi fam. furtum feciſſe dica-
tur. Idem in l.1. ff.de recep.arbitr. in l.
qui ſeruum, §.fin.verſic.ſed quæro, teſta-
10 tor. ff. de leg.2. Cum videatur referre
qualitates, arg. tex. in l.ſcribit quintus,
§.fin. ff.de auro, & arg.leg. Caſtr.in con-
ſilio 253.incip. Viſis,& ponderatis dictis
ordinamentis,col.7.verſ.his viſis,vol.1.
& Pariſ.in conſ.9. incip. tex.in l.ſi quan-
do,num.16.volum.3. & ratio eſt,quia eſt
11 relatiuum eiuſdem ſubſtantiæ, eiuſdem
corporis, eiuſdem indiuidui, ſecundum
Iaſ.in l.vinum,num.1.ff.ſi cert.per.

12 Itaquè concludendum putamus,caſus
omnes in hac generali indulgentia rela-
tos comprehendendos eſſe ſub hoc rela-
tiuo, quos omnes,& ſingulos, ita vt ij eo
modo interpretãdi ſint, quo deſuper hu-
ius indultus conditores decreuerunt,
omneſq; autem comprehendi diximus,
nullumquè excludi, cum ſanxerint adhi-
13 bendo dictionem,omnes, quæ eſt ſignum
vniuerſale, c.diſpendia, vbi Archid. ple-
nè.extrà.de reſcr.Bart.in l.quod Nerua.
q.2.ff.dep. & in l.1.§.nunciatio. num.21.
ff.de noui ope.nunciatione, & eſt ſignum
14 omnium comprehenſiuum, l.ſi ſeruitus,
ff.de ſeruit.vrb.præd.l.damni.§.emptor.
ff.de damno inf. l.ſi cui omnes, in princ.
ff.de legat.1. c.ſi Romanorum, 19.diſt.
15 eſtquè nomen collectiuum, Bart.in l.mo-
ſchis, num.2. ff.de iure fiſci. Ac deniquè
16 aliquando diſtributiuum, l.hoc articulo,
vbi Doct.ff.de hæred.inſtit. & propterea
17 ſuboritur, omnes caſus deſuper per indul
tum enarratos ſub verbis, quos omnes,
& ſingulos eſſe comprehenſos, cùm qui
18 omne dicit, nihil excludat, nihilquè ex-
cipiat,l.à procuratore, C.mand.l.cum
prætor,ff.de iudic.l.Iulianus, ff.de leg.3.
l.in fraudem,ff.de milit.teſt l.cum pater,
§.fin.ff.de leg.2. l.maritus, C.de procur.
glo. in cap. ſolitæ, extrà. de maioritate,
& obedientia, cap.2. vbi Hoſtien.de ob-
ſeruantia ieiun. dixit Speculat. in titulo
de ſindico,verſic.quod ſi aliquo,& in tit.
de depoſ.§.10. verſic. item pone, vbi an-
notauit.

Regulam pręmiſſam intelligi,vt com-
prehendantur etiam præterita, maxime
19 ſi ſumus in vniuerſali negatiua, à qua
nihil penitus excipi poteſt, l. legitimos,
§. an ergò, ff.de legit.tut. licet verum
20 ſit, quòd aliquando recipiat determina-
tionem,l.ſed ſi compromiſſum, in fi.ff.de
recep.arbitr.

21 Comprehendentur ergò omnes caſus
deſuper expreſſi ſaltim intellectualiter,
nam vt inquit Baldus in cap.non omnis,
in primordio ipſius cap.extrà.de conſtit.
22 Hæc dictio, omnis, ponitur aliquando
intellectualiter, aliquando naturaliter,
quandoquè dubitanter, quò fit, vt intel-
lectualiter hac in parte deſumpta com-
prehendat omnes caſus ab indultu ſeclu-
23 ſos, ſicut comprehenderet ex ſua pro-
prietate

prietate omnes perſonas, vt conſuluit Pariſ. in conſ. 22. incipiente, Licet circa,
24 num. 79 vol. 2. Et comprehendet omnes
25 caſus ſingulari modo, ac ſigillatim ex natura dictionis, ſingulos, in hoc loco per indultum adiectæ, vt quod reliquum erat explanemus.

26 Cuius quidem ea eſt natura, vt expreſſio per talem terminum explicata ſingulari modo, ac ſigillatim deſignata ſit, in cuius argumentum expendimus tex. in l. quod ſi nolit, §. ſi venditori, verſic. item ſi plures, ff. de ædil. edicto, l. 1. §. 1. ff. quod falſo tut. l. ſi quæ in partes, ff. de regulis iuris, l. & an eandem, §. actiones, ff. de exceptione rei iud. l. huiuſmodi, §. 1. ff. de legar. 1. l. præſenti. C. de his, qui ad eccl. confug.

27 Et ratio, quia dictio, ſinguli, tanquam diſtributiua diſtribuit rem ipſam cuilibet inſolidum, & ſeparatim, dicta l. huiuſmodi. §. 1. ff. de leg. 1. l. non diſtinguemus, §. cum in plures, ff. de recep. arb. l. hoc articulo, ff. de hæred. inſtit. vbi Bartolus, l. poteſt. & l. ſequen. ff. de vulgar. & pup. l. in ſingulis, ff. ad legem Falcidiam, Baldus in conſ. 461. lib. 1. Tiraq. de retr. conſ. §. 31. glo. vnica, numero 12. dec. Auin. 66. num. 5.

28 Quibus quidem ſic ſtantibus inferimus, quòd ſi caſus aliqui ex prænarratis per indultum poſſunt in vniuerſitate conſiderari, ea adhuc comprehendetur, cùm ſub dictione, ſingulos, per hunc indultum adhibita, de iure vniuerſitates comprehenduntur, ſingulæquè ipſarum perſonæ, vt in cap. in generali, in principio, vbi not. de elect. in ſexto, & voluit apertè Baldus in cap. cum omnes, nu. 16. extrà de conſtit.

29 Et propterea hic indultus expreſſit, Quos omnes, & ſingulos preſentis decreti beneficio gaudere nolumus. quaſi ſingulos, omneſquè caſus ſingulariter, & ſpeciali modo deſignatos ſub breui horum verborum compendio comprehendi voluerint huius indulgentiæ conditores, arg. tex. in l. ſi ſeruus ſeruum, §. & ſi puerum, ff. ad leg. Aquil.

SVMMARIVM.

1 *OFficiales in eorum officijs delinquentes ab indultu excludūtur.*
2 *Dictio, ſicut, aliquando ſimilitudinariè ponitur.*
3 *Dictio, ſicut, num ſit ad præcedentia relatiua.*
4 *Verba huius edicti in medio appoſita, ſicut ad præcedentes, ita ad ſequentes porrigitur.*
5 *Princeps officiales conſtituit, vt ſubditorum iura cognoſcat, ac tueatur.*
6 *Officiales in officio delinquentes num officio, ac dignitate veniant priuandi.*
7 *Ii num quoque priuentur ſalario officij.*
8 *Sed num ipſo iure priuandi ſint, an verò requiratur ſententia, remiſſiuè.*
9 *Officialis in officio delinquens grauius peccat.*
10 *Officialis delinquens in officio num ſub indultu Principis de iure communi comprehendatur.*
11 *Tex in l mancipia. C. de ſeruis fugitiuis diſcutitur.*
12 *Officialis quando dicatur delinquere in officio, regula traditur.*

Sicut neque eos, qui dum officiales eſſent in eorum officijs deliquerint.

LIMITATIO XIIII.

CAPVT XXXXII.

ENumerauit caſus Princeps noſter Inuictiſſimus, in quibus voluit reos ab huius edicti munificentia coercere ſub breui verborũ compendio in præcedenti capite decernens his formalibus verbis,

Vn Quos

Quos omnes, & ſingulos huius decreti beneficio gaudere nolumus, de quorum interpretatione breuibus, ſed non fortaſsè inutiliter in ſuperiori diſſeruimus.

1 Prædictis ſubnectit modo alios quoq; caſus proximis quidem non abſimiles, in quibus excluſiuum quoq; ſtatuit hoc præſens edictum, quod in eos indicitur, qui dum officiales eſſent in eorum officijs deliquerunt.

Caſus quidem præcedentibus continuatiuus, vt liquidò deſcendit ex natura dictionis ſicut, quæ licet ſimilitudinariè
2 aliquando ponatur, l. ſicuti, ff. de recep. arb. l. pen. ff. de fundo inſtructo, inſtrumētoq; leg. l. mortuo, ff. de fideiuſſor. de quo differit glo. in c. cū ex ore. extrà. de priuil. in c. examinata, extrà. de confir. vtil. vel inutil. c. Abbate ſanè, extrà. de verb. ſign.
3 tamen facit relationem ad præcedentia, c. parrochianos, extrà. de ſent. excomm. Anchar. in conſ. 370. incip. Ante omnia, Rom. in conſ. 328. incip. Omnipotentis Dei, num 7. & Dec. in conſ. 527. incip. In ciuitate, num. 11. verſic. ſecundo reſpondetur.

4 Adeò, vt verba edicti excluſiua paulò ante prænarrata, cùm ſint in medio appoſita, ſicut ad præcedentes caſus referuntur, pari modo ad ſubſequentes trahuntur, porriguntarquè, c. inquiſitioni, extrà. de appell. cum ſimilibus.

His ergò ſic præhabitis hunc caſum diſcutiamus.

Itaquè & hunc ipſum quoquè dicimus
5 dignum eſſe excluſione, ſi quidem ſi Princeps officiales conſtituit, vt ſubditorum iura cognoſcat, tueatur, ac ius vnicuiq; tribuat, iuſtitiamq; adminiſtret, delicta puniat, ratio non patitur tales in officio delinquentes ſingulari vindictā proſe-
6 quendos inultos remanere, etenim certi iuris eſt, officiales in officio delinquētes officio, dignitateq; priuādos, l. ſi aliquid, C. de ſuſcept. & arch. libro 10. l. iudices, C. de dignit. lib. 12. l. 2. C. de palat. ſacrarum largit. lib. 11. l. ordinariorum, C. de cohortal. lib. 12. l. iudices, C. de annon. & trib. lib. 10. In quibus Io. de Platea l. fin. C. ad l. Iul. repet. glo. in l. 2. §. miles, ff. de his, qui not. infam. Baldus in l. mancipia, C. de ſer. fug. idē in l. reum. C. de procur. Dec. in c. vt noſtrum, nu. 4. extrà. de app. Capic. in deciſ. 121. num. 17. cum ſequen. Franc. Marcus in deciſ. Delphin. 390. num. 2. & dec. 654. volum. 1. & 712. vol. 2. Cappell. Tholoſ. in dec. 370. vbi Aufrer.

7 Quinimmò nedum priuabitur officio, verū & ſalario officij, d. l. ordinariorum, vbi Ioan. de Platea C. de cohort. lib. 12. Franc. Marcus in dec. 648. num. 1. verſ. & iſto caſu, p. 1. cū alijs per Farin. adductis in tit. de delictis, & pœnis, q. 19. num. 42. cum ſeq. vbi ſub num. 45. diſputatur, num
8 ipſo iure quis incurrat in officij priuationem, an verò requiratur ſententia, de quo per Capic. in d. dec. 121. à nu. 21. cum ſeq. & meminit etiam idem Farin. in tit. de carceribus, & carceratis, q. 32. nu. 18.

9 Et ratio, quia delinquēdo grauius peccat, arg. l. presbyteri, C. de Epiſc. & cler. c. ſicut dignum, extrà. de homic. c. viliſſimus, 1. q. 1. Laur. in deciſ. Auin. 120. nu. 2.

10 Ex his igitur non abs re deſcendit iuſtè, & rationabiliter ab hoc Principis edicto tales officiales in officio delinquētes excludi, quod de iure cōmuni adhuc ſancitū erat, vt eſt tex. iuncta glo. in d. l. mancipia, C. de ſer. fug. illa verba ponderando, ſi ſolicitudine defenſoris non fuerit requiſitus, & reuocatus idē defenſor duo vicaria mancipia exigatur, nec beneficio principali, nec venditione in eius perſona iam de cætero valituris, &c. exponit Accurſ. beneficio principali. i. Principis, quo pœna ſibi remictatur, ſicq; videtur talis concluſio per hunc tex. probari, ſicuti eum ad hoc expendit Paris de Puteo in tract. de ſindicatu, in ver. an ſi poteſtas condēnauit, nu. 21. de quo meminit Dec. in lib. 3. ſub tit. abol. qñ imped. accuſat. num. 14. Plaza in epit. delict. c. 38. nu. 3. lib. 1. tit. de inquiſitione, q. 6. num. 56.

11 Aduertendum tamen erit, Decianum dixiſſe in præcitato loco, quòd tex. in d. l. ſi mancipia per Paridem allegatus nullo pacto probet, verum iuncta gloſæ declaratione poterit concludi tex. illum probare, quamuis ſat ſis à iuris interpretibus ſic affirmari.

Reli-

12 Reliquum eſt tandem vt demonſtremus, quando dicatur quem in officio delinquere, idquè vt huius noſtri indultus interpretatio iuridica tradatur. Pro cuius ſolutione ſic breuiter erit reſpondendum, ꝙ tunc quis dicitur in officio delinquere, vbicunquè quis fauore, colore, calore, authoritate, prætextu, vel contemplatione officij delinquit, ſic ex Gugliel. de Cuneo in l. nulli, C. quorum appel. non recip. ex Bald. in l. 2. in fi. vbi Salic. C. vbi de ration. agi opor. & ex Patidis dictis in d. tract. de ſindic. locis per Farin. ſignatis edocuit idem Farin. in d. tit. de delictis, & pœnis, q. 19. num. 44.

Hæc ergo annotauimus pro huius partis enodatione, in qua materia diffusè pertractauit Carauita in ritu 49. incip. Item quod curia ipſa, ad quem lectorem delegamus.

SVMMARIVM.

1 Falſi crimen committi poteſt ſcribendo, loquendo, & tacendo.
2 Falſitas committitur per publicam perſonam, & per priuatam.
3 Indultus iſte hoc loco pertractat de falſi crimine per Notarios vti publicas perſonas patrato.
4 Præſens pars indultus conſtituta eſt in falſitate commiſſa in inſtrumentis, aut publicis ſcripturis.
5 Falſi crimen in inſtrumento, aut publicis ſcripturis non à Notario, ſed ab alio commiſſum num excludatur ab hoc indultu.
6 Odia ſunt reſtringenda.
7 Indultus iſte num loquatur de perſona Notarij falſum committente tantum, an verò de alio.
8 Inſtrumentum dum non cantat, nec nos cantabimus.
9 Aduocati dicunt, quando quis non eſt nominatus in inſtrumento, inſtrumentum non loquitur de te.
10 Inſtrumentum num comprehendat hæredem, ſi de eo nulla ſit mentio in inſtrumento.
11 Indultus huius præſens pars duo copulatiuè requirit, & numeris ſeq. 12. & 13.
14 Notarius committens falſum non in inſtrumentis, vel publicis ſcripturis num excludatur ab huius indultus beneficio.
15 Falſum committens in ſcriptura priuata num puniendus, ac ſi patraſſet in publica ſcriptura. & nu. 17. & 19.
16 Num importet, quòd falſitas committatur in ſcriptura publica, vel priuata.
18 Tex. in l. 1. §. qui rationibus, ff. ad legem Cornel. de falſ. cum concordantibus quomodo intelligendus.
20 Verba huius indultus ſunt propriè intelligenda.
21 Falſitas apta ad nocendum in ſcriptura priuata commiſſa non punienda.
22 Falſitas apta ad nocendum num faciat indicium.
23 Falſitas num requiratur, quòd ſit apta ad nocendum habitu, & potentia.
24 In ſcriptura priuata trino teſte ſignata num requiratur, quòd falſitas ſit apta ad nocendum.
25 Scriptura priuata trino teſte ſignata num ſit priuata, an publica.
26 Scriptura priuata trino teſte ſignata habet ſubſtantiam, & formam.
27 Notarius committens falſum in inſtrumentis publicis nullis, & inualidis num excludendus ab huius edicti munificentia, & num. 34. & 36.
28 Falſum commiſſum in inſtrumentis nullis, & inualidis num pœna falſi, an ſtellionatus puniendum.
29 Inſtrumentum nullum non dicitur inſtrumentum.
30 Condemnatum dicimus ritè condemnatum.
31 Bonorum poſſeſſio nulla non dicitur bonorum poſſeſſio.
32 Bannitus non dicitur qui ritè, & rectè non eſt bannitus.
33 Contumax nulliter num dici poſſit contumax.
35 Voluntas, & propoſitum diſtinguunt delicta.
37 Actuarius falſificans acta num ab hoc

induliu veniat excludendus, nu. 40. & 42.
38 *Actuarius num dicatur publica perſona.*
39 *Acta num dicantur inſtrumenta.*
41 *In materia odioſa ſtricta eſt facienda interpretatio.*
43 *Notarius committens falſum, vt ab hoc edicto excludatur, requiritur quod dilucidis probationibus conſtet.*
44 *Ratio delicti excluſiua ſemper attendenda.*
45 *Error in dubio potius præſumitur, quàm falſitas.*
46 *Dolus ceſſat, vbi non conſtat de falſitate.*
47 *Dolus eſt de eſſe falſitatis.*

Neque Notarios, qui falſitatem aliquam in inſtrumentis, aut publicis ſcripturis commiſerunt, quos pariter ab huius edicti indulgentia excluſos eſſe declaramus.

LIMITATIO XV.

CAPVT XXXXIII.

DIximus ſupra in capite xxxviij. falſi crimen cômitti poſſe ſcriben-
1 do, loquendo, & tacendo, & quoniam idipſum patrari poteſt per
perſonam priuatam,
2 & per publicam perſonam, putà per Notarios, viſumquè ſit in præcedentibus de quàmplurimis falſitatum ſpeciebus, ſequebatur adhuc decernere circa falſi cri-
3 men per publicas perſonas contractum, meritò itaquè prædictis caſibus ab hoc noſtro indultu excluſis ſubnectitur hic quoquè caſus ſub prænarratis verbis.
4 Ex quibus dignoſcitur hanc partem præſentis indultus in ea falſitate conſtitutam, quæ in inſtrumentis, aut publicis ſcripturis committitur.
5 Igitur dum iſthæc indulgentia loquitur de ſcripturis publicis, & de Notario cômittente falſum in eis, ſequitur, quòd ſi quis fortaſsè, qui non eſſet Notarius commiſiſſet falſitatem in inſtrumentis, aut publicis ſcripturis, non eſſet ab huius edicti decreto ſecluſus, ſed in eo comprehenſus, quia cum hæc indulgentiæ pars ſit prohibitiua, & beneficij excluſiua, erit reſtringenda in quantum poteſt,
6 ſtrictèquè interpretanda, ex quo odia ſunt reſtringenda, cap. odia. de regulis iuris, in ſexto, l. cum quidam, ff. de liber. & poſthum. cum alijs per Carau. congeſtis in ritu 234. num. 4. verſic. intelligentamen.
7 Secundò hic noſter indultus loquitur de perſona Notarij, & ſic de certa perſona, extrà quam non licet loqui, cum hæc l. noſtra indultus de alia perſona vltra Notarium nequaquam loquatur, nec penitus cantet, vnde nec nobis licebit ali-
8 ter cantare, dum enim inſtrumétum non cantat, nec nos cantabimus, inquit Baldus in cap. venerabilem, extrà. de elect. & dum non loquitur de perſona priuata, ſed de Notario, ad indultum non exten-
9 ditur, Cum dicant aduocati, quando quis non eſt nominatus in inſtrumento, inſtrumentum non loquitur de te, vt inquit idem Baldus in l. ad probationem, la prima, num. 1. C. de probat. recenſitus per Boer. in dec. 321. in princ.
10 Quæ concluſio (vt obiter aliquid ciuilis materiæ attingamus) non procedit in hærede, de quo quamuis in inſtrumento nulla ſit facta mentio, tamen quia ſem-
11 per intelligitur, ſicut præſumitur cogitatum comprehendetur in inſtrumento, l. ſi pactum, ff. de probat. voluit Bart. in l. 1. nu. 1. & 2. ff. quorum legat. Caſſan. in conſuet. Burg. rubr. 11 §. 6. verſ. quæro, nunquid actio. fol. mihi 1428.
12 Ex quibus liquidò deſcendit, quod ex quo hic indultus loquitur de Notario falſitatem committente in inſtrumentis, aut ſcripturis publicis duo copulatiuè requirantur.

Primo

13 Primò quod perſona falſum commi-
tens ſint notarius,&
14 Secundò quod commictatur io inſtru
mentis, aut ſcripturis publicis, idq; ex
lectura eiuſdem indultus, qui vnica, &
indiuidua oratione definit.
Ideò aduertimus, Quod ſi notarius
commicteret falſitatem nõ in inſtrumẽ
15 tis, aut ſcripturis publicis, ſed in ſcriptu
ris priuatis non comprehenderetur ſub
hac parte edicti excluſiua, quia quam-
uis cõmictens falſum in ſcriptura priua-
ta punitur, ac ſi commicteret in ſcriptu-
ra publica. l. titio. In principio. ff. ad mu
nicip. l. pen. vbi glo. C. de falſ. l. fin. vbi
glo. & Bald. C. de fide inſt. idem Bald.
io rubr. C. de fide inſtrum. num. 36. cum
ſeq. Salic. in l. 1. col. 4. verſic. 2. caſu. C.
de ſepulcr. viol. Ang. in l. qui veluti. C.
de falſ. Alex. in conſ. 77. incip. in cauſa
accuſationis. volum. 1. Marian. ſenior
in conſ. 63. incip. io præſenti. nu. 1. cum
ſeq. colum. fin. verſi. bis non obſtantibus.
volum. 1. Doctiſſimus Menoch. lib. 2. de
16 arbitr. ind. Cent. 4. Caſu. 306. num. 32.
cum nihil referat, an quis falſitatẽ faciat
in inſtrumento publico, vel priuato, ſcri-
ptura publica, vel priuata. ſecundum
Bal. in l. ſi quis decurio. C. de falſ. Angel.
de malef. in verſ. falſario. num. 2. cum
duobus ſequen. Foller. in ſua praxi. §.
item, ꝙ commiſit falſitatem. n. 42. Frãci-
ſcus Marcus in deciſ. 671. & in deciſ. 702.
17 & deciſ. 739. vol. 1. pœna tamen non ordi
naria, ſed extraordinaria. Cyn. in l. 1.
C. de ſep. viol. Dec. in cap. tua nos. extrà.
18 de iureiuran. & ſic intelligendi ſunt tex.
dicentes puniendum eſſe falſificantem
ſcripturas priuatas; vt eſt tex. in l. 1. §.
qui rationibus. ff. ad l. Corn. de falſ. l. ſi
quis decurio. l. qui veluti, & l. damus. C.
19 eod. tit. ſaltim pœna ſtellionatus, vt vo-
luit Salic. in l. 1. col. penul. C. de ſepulc.
viol. Anchar. in conſ. 24. iocip. in Chri-
ſti nomine, viſo. num. 6. cum ſeq. colum.
3. Socin. in conſil. 104. incip. poſt reddi-
tũm. in fine, volum. 1. & in conſ. 63. iocip.
in præſenti conſultatione, vol. 1. annota-
20 uit Boſſ. in tit. de falſis. num. 8 1. cum ſeq.
tamen contrarium eſt in hac Indultus
materia aſſeuerandum, vt verba eiuſdẽ
propriè intelligantur.
21 Quam quidem concluſionem multò
magis affirmandam fore ſuademus, ſi
falſitas in ſcriptura priuata commiſſa
non eſſet quoquo modo apta ad nocen-
dum, vt edocuit gloſa communiter ap-
22 probata in d. l. damus. C. de falſ. vbi Bar.
inquit, quod ſaltim debet facere inditiũ
23 d. §. qui rationibus. apta ad nocendum
habitu tamen, & potentia, Bart. in l. ſi
quis legatum. col. 2. ff. de falſ. Bald. in l.
ſi falſos. C. de falſ. Socc. in d. conſ. 104.
col 1. vol. 1.
24 Eandem autem concluſionem limita-
mus non procedere in ſcriptura priuata
trino teſte ſignata, in qua licet pondere-
tur falſitas ſi eſt apta ad nocendum; vt
dixit Accurſ. in d. l. damus, & in l. compa
rationes. C. de fide inſtrum. Caſtr. in l. fin.
25 in fine. C. de fide inſtrum. Tamen quia
ea non eſt ſcriptura priuata, ſed publi-
ca. l. ſcripturas. C. qui pot. in pign. hab.
expreſsè Accurſ. in Scholio 2. d. l. damus.
quò ad enim ipſos ſcriptura habet ſub-
26 ſtantiam, & formam. Clarus in §. falſum.
num. 44. Ideò concludimus, notarium fal
ſum commictentem in ſcriptura priua-
ta trino tamen teſte ſignata ſub huius In
dultus diſpoſitione comprehendendum.
27 Secundò principaliter admonemus,
quod is notarius commictens falſum in
inſtrumentis non debet gaudere huius
edicti munificentia ſi commictat in in-
ſtrumentis validis, ac omni ſollemnita-
te vallatis, nam ſi nullum, & inualidum
28 foret, quia falſitas in eo commiſſa non fa
cit quem in falſi crimen incidere, ſed in
aliud crimen ſaltim ſtellionatus. §. item
l. Corne. inſtit. de publ. iudic. gloſ. penul.
in cap. quantò, extrà. de iureiuran. Cyn.
& Bart. cæteriq; in d. l. 1. C. de ſepul. viol.
Ioan. Andr. in Mercur. ſub tit. de crim.
falſi, & in Reg. non eſt ſine culpa. *idem*
Bart. in l. ſi quis legatum. *Imol. in* l. is
qui. ff. eod. titu. de falſ. voluit Afflict. in
deciſ. 21. num. 12. verſ. 2. Gramm. voto
25. num. 12. in deciſ. 27. num. 4. cum
29 ſeq. & in deciſ. 74. num. 2. inſtrumentum
enim nullum non dicitur inſtrumentum,
ſicuti

ſicut condemnatum dicimus ritè con-
demnatum.l.4.§.condemnatum,ff. de re
30 iud. Gramm.in d.deciſ. 27.num.4.& bo-
31 norum poſſeſſio nulla non dicitur bono-
32 rum poſſeſſio l. non putauit. §. non quæ-
uis. ff. de bonorum poſſeſſione contra
tabul. neque dicitur bannitus, qui non
ritè, & rectè eſt bannitus, vt dicit Bart.
& poſt eum Alexand. in d.§.condemna-
tum. Curt. Sen. in conſil. 60. incip. pro
33 aperienda veritate.colum.8.Dec.in cap.
prudentiam. de offic. deleg. inde contu-
max nulliter non poteſt dici contumax.
idem Dec. in cap. appellationibus. ex-
trà. de appellat. Gramm. in deciſ.29.nu.
1.& 2.

34 Quamuis verò non defuerint; qui
contrarium dixerint ea ratione ducti,
quod licet deficiat ſolemnitas inſtru-
menti intrinſeca, tamen reſpectu nota-
rij perfecta eſt falſitas, cum voluntas, &
propoſitum faciant maleficium l. diuus.
35 ff.ad l. Corn. deſicar. diſpunxit Alber.in
2. parte ſtatutorum. quæſt. 147. incip.
36 item quæro tres quæſtiones.ſed his non
obſtantibus primæuam ſententiam inſe-
quendam eſſe prorſus affirmamus,quam
interpretandam eſſe ſuademus,ſi inſtru-
mẽtum eſſet nullum alio reſpectu,quàm
falſitatis. ſecundum Bald. in l.iubemus.
C.de teſt.Alex.in conſi.73.num.6.incip.
non puto hunc notariũ. vol. 1. eo.vol. 1.
& in conſi. 74. incip. viſo teſtamento.
37 Hæc eadem huius indultus diſpoſitio
adhuc intelligenda erit in actuario fal-
ſificante acta, nam ſicut notarius dici-
tur pblica perſona, parimodo actuarius
publica arbitranda erit perſona ex idẽ-
ptitate rationis, & ſecundo ſi falſitas
committitur in inſtrumento magis igi-
tur idem erit concludendum, cum teſti-
38 monium, ideſt teſtium dicta, quæ con-
ſtant de actis adhuc dicantur inſtrumẽ-
ta, argumento tex.in l. emancipatio. C.
de fide inſtrum. voluit Bart. in l. inſtru-
menta. colum. 7. C. de iure fiſci. lib. 10.
de quo meminit Gramm.in d.deciſi.27.
num.1. Hæc ſunt,quæ poſſent in hoc ca-
39 ſu iudicis animum applicare pro exten-
ſione huius indultus quò ad actuarium.

40 Quamuis reorum partes aliud ſentien-
tes poſſent conſiderare, Hoc in loco agi
41 de pœnalibus, & ſic de materia odioſa,
vnde in ea ſi comprehenderetur actua-
rius fierit extenſio quod eſt contra re-
gulam, quod in materia odioſa ſtricta
ſit facienda interpretatio. argumento.
tex in l.ſi præſes. & l.ſi de interpretatio-
ne.ff.de pœnis.dixit Cyn.in l.1.C. quæ ſit
longa conſuetud. glo. in cap. 1. de tem-
por. ordin. in 6. Alexand. in conſi. 113.
incip. viſo inſtrumento. circa finem. vo-
lum. 2. Ioannes de Anan. in conſil. 27.
42 incip.viſo caſu. Rom.in conſ.337.incip.
quo ad primum, annotauit Gramm. in
43 deciſi.74.num. 8. Tamen ſi caſus euene-
rit iudicis arbitrio religioſi relinquimus
cogitandum.

Poſtremo hanc edicti huius deciſio-
nem intelligendam eſſe concludimus,
neceſſarium fore ad finem, vt Notarius
falſum committens à præſentis edicti
beneficio excludatur falſitatem diluci-
dis probationibus conſtare, Nam ſi eſſe-
mus in dubio caſus dubius non exclu-
deret quem ab hac Principis Indulgen-
tia. Idque duplici ratione.

44 Quarum prima ſit ratio delicti exclu-
ſiua ad tex.in l. meritò.ff.pro ſocio, cum
in dubio potius præſumatur error, quã
falſitas. Bart. in l. quocies.§.1.ff. de hæ-
red. inſtit. idem in l.ſi librarius.vbi Dec.
ff.de regul.iur. Anchar. in conſ. 287.in-
cip.tria principaliter.colum.1.Cuman.
in conſ.135.incip. ad primam.Alexand.
in conſ.40.incip. habita ſuper contentis.
col.final. volum.1. & in conſ.27.incip.in
45 cauſa & lite. volum. 2. & Dec. in conſil.
175. incip. in cauſa falſitatis.

46 Et ſecunda ratio erit,quia ſi non con-
ſtat liquidò de falſitate ceſſat dolus, At
dolus eſt de eſſentia falſitatis, cum ea
47 non committatur abſque dolo.l.non exẽ-
plum.C.de falſis. Cyn. in l. ſi quis decu-
rio. C. de falſ. not. in l. 1. ff. quemad.
teſt.aper. in cap.cum Ioannes Hæremi-
ta. extrà.de fide inſtrum.conſuluit Bald.
in conſil.33.incip. licet ille, qui ſcribit.
volum.3. Gramm. in deciſ. 60.num. 60.
& Boſſ. in tit. dè falſis. num. 56. Ideò
casus

caſus deſuper conſtitutus hiſce duabus fulctus rationibus alacri animo recipiendus erit.

SVMMARIVM.

1 DAmnati ad triremes ſunt exclusi ab huius indultus beneficio.
2 Damnati ad triremes quorũ loco ſubrogati ſunt.
3 Condemnatio ad triremes ſucceſſit in locum damnationis in metallum.
4 Metalli pœna ab vſu receſſa.
5 Condemnatio ad triremes num ſubrogata in locum deportationis.
6 Decapitatio num loco damnationis in metallum ſucceſſerit.
7 Deportatio in regno ob multitudinem inſularum fuit, & eſt in vſu.
8 Damnatio ad triremes ſucceſſit in locum damnationis in metallum.
9 Damnatio in metallum num differat à damnatione in opus metalli.
10 Damnatus ad metalli opus num poſſit à Iudice reuocari poſt 10. annos ob infirmitatem.
11 Damnati in metallum ſi aufugiunt num ſubiaceant temporis duplicationi.
12 Damnati ad triremes ſi efficiuntur infirmi num liberentur dando vnum ſeruum.
13 Tempus num duplicabitur damnatis ad triremes, ſi aufugiunt.
14 Damnatis ad triremes num duplicabitur tempus, ſi tempeſtate maris liberarentur.
15 Princeps facilis eſſe debet in concedendo gratiam, qui nutu Dei liberatus eſt.
16 Damnatu ad triremes num efficiatur ſeruus pœnæ.
17 Damnatus ad triremes num amictat ea, quæ ſunt iuris ciuilis.
18 Actiones ſunt iuris ciuilis, quod quomodo intelligendum. nu. 20.
19 Damnatus ad triremes num poſſit agere in iuditio, & num 21.

Damnatos verò ad triremes in ipſis ſeruientes præſentis Gratiæ beneficio gaudere nolumus, donec à nobis maturius intellecto claſſis noſtræ ſtato aliud ordinarum fuerit.

LIMITATIO XVI.

CAPVT XXXXIIII.

1 QVamuis hoc in loco liquidò cõſtet de clara Regis noſtri Inuictiſſimi voluntate excluſiua gratiæ præſentis beneficio quò ad damnatos ad Triremes, ipſiſquè actum ſeruientes, adeò, vt nil adnotandũ eſſe cenſeamus, tamen ne vt p̃ſens quoq; caput intactũ p̃ tranſeamus, breuib. illud explicare conamus.

2 Quorum loco condẽnati ad triremes ſubrogati ſint.

3 Et breuibus controuertendũ nullo pacto eſſe arbitramur, quin concludatur, condemnationem ad triremes in locum damnationis in metallum ſuceſſiſſe, de
4 qua metalli pęna, quæ hodiè abvſu receſſit, loquit̃ tex. in l. ſi quis aliquid. §. qui viui. ff. de Pęnis. ſic lo. de Imol. in l. 2. ff. de public. iudic. p̃ Capic. recenſitus in deciſ 153. n. 3. & 4. vbi latè. Gram. in deciſ. 32. n. 4. & 5. Carer. in Pract. ſua crim. § homicidium. § circa. 4 & vltimũ. verſ. 1. q̃ro, q̃ pęna erit imponẽda. n. 8. & 9. fol. mihi 252. Mant. in l. tranſigere. poſt. n. 5. C. de trãſact. cũ aliis, per Farin. congeſtis ſub
5 tit de delictis, & pęnis. q. 19. n. 14. vbi de cõi ſicq; vid, conẽ cludere d. Præſes de Frãchis in deciſ. 240. n. 8. poſt Capic. in deciſ. 153. & ſi ad huc non defuerint qui deportationis loco eã ſubrogatam fuiſſe autumarũt, vt dixit Clarus in prac. crim. q. 67. verſ. deportatio etiã, & verſ. itẽ dãnatio ad metallũ. & q. 70. verſ. frequens
eſt

eſt & hodie, & Rom. in ſuo ſingulari 568.
relatus per Auguſt. ad Ang. de maleſ. in
6 verbo, falſario. poſt n. 48. & Ang. de Pe-
ruſio in l. 1. §. legis Cornel. nu. 1. ff. ad l.
Corn. de ſicar. voluit loco damnationis
ad metallũ ceſſiſſe pœnam decapitatio-
nis, non autẽ damnationis ad metallum,
7 de cuius veritate diſſerit idem Farin. lo-
co præmonito, de qua per nos non erit
vlterius quærendũ, cum ob inſularũ cir-
cunſtantium multitudinẽ in hac parte-
nopea ditione deportationis pęna in vſu
fuerit, & ſit, vt teſt. Capic. in dec. 153.
n. 2. licet aliis in locis non admiſſi dixe-
8 rit Comenſ. in conſ. 95. in fine, & Cla
rus loco nuper allegato.

Quicquid tñ ſit illud ſatis aptè nos ſua-
det, vt affirmemus, quod cõdemnatio ad
triremes ſucceſſerit in locũ damnatio-
nis in metallum, vt ſupra fundauimus,
non autem in locum damnationis in me-
9 talli opus; ſatis enim differt damnatio
in metallũ à damnatione in opus metal-
li, vt ſatis apertè dignoſcitur ex tex. in
l. aut damnum. §. metalla, in l. quidam.
in l. aut damna. §. inter eos, d. l. ſi quis
aliquid. §. qui viui. ff. de pœnis.

10 Ex his conſequitur, vt aduertamus,
quod ſicut damnatus ad metalli opus
poſſet reuocari per ipſum iudicem poſt
x. annos, ſi infirmitas ſuperueniat alio
11 tamen conſanguineo ſubrogato, l. in me-
tallum. ff. eod. tit. de pœn. & 2. ſicut dã-
nati in metallũ ſi fugiunt ſubiacent tem
12 poris duplicationi. d. l. aut damnum.
§. quiſquis. ff. de pœnis. eodem modo dã-
nati ad triremes ſi efficiuntur infirmi,
vel debiles dando vnum ſeruum liberan-
tur, & ſi à triremibus, earumq; ſeruitio
aufugiunt duplicabitur tempus, ſic Boſſ.
13 in tit. de executione ſententiæ, nu. 22. cũ
ſequen.

14 Hæc autem ſuum minimè vindicabũt
locum, ſi damnati ad triremes, & ſuper
triremibus exiſtentes liberarentur tem-
peſtate maris, triremibus fortaſſè ſub-
15 merſis, vel ruptis, nam tunc, cum Princi-
pes facilis eſſe debeat in concedendo il-
li gratiam, qui nutu Dei liberatus eſt nõ,
duplicabitur tempus, ſic Lucas à Penna
in l. 1. col. 7. verſ. ſed pone damnatus eſt
aliquis. in finè. C. de deſert. & ocul. eorũ
lib. 12. cuius meminit Dec. in l. fauora-
biliores. in fine. ff. de reg. iur. vbi ad eũ
addentes. ſequitur Alciat. in Tract. de
præſumpt. regul. 4. præſumpt. 44. nu. 6.
& dixit Boſſ. in præcitato tit. nu. 25.

16 At iterum aduertendum, quod aliqui
voluere damnatum ad triremes effici ſer
uum pœnæ. per tex. in l. ex facto. § ſi qs
17 rogatus. el 2. ff. ad trebell. & proinde di-
cunt amittere ea, quæ ſunt iuris ciuilis.
l. quidam. ff. de pęnis.

18 Quod ſi verum eſſet ſequeretur, quod
ex quo actiones ſunt iuris ciuilis. l. 2. §.
deinde ex his legib. ff. de orig. iur. & not.
19 in l. ex hoc iure. ff. de inſt. & iure, nõ poſ-
ſe agere in iuditio. l. is q reus ff. de publ.
iud. ſed contrarium affirmandum eſſe ſua
20 demus, ſi quidem certi iuris eſt, actiones
quò ad inuentionem eſſe de iure gentiũ,
quò verò ad ipſarum formulas eſſe, de
iure ciuili, vt communiter conueniunt
ſcribentes omnes in d. l. ex hoc iure. vo-
luit Faber in princ. inſtit. de action. nu.
8. & 9. Cõnan. in comment. iuris ciuilis.
lib. 1. c. 6. circa fi. Coraſ. in lib. 2. Miſcell.
21 iuris. c. 17. nu. 9. inde deſluet, Dãnatos ad
triremes poſſe agere in iudicio ex quo
retinent quæ ſunt iuris gentium. d. l. qui-
dam, ff. de pœnis, ſicquè in hoc articulo
ſentimus. Ex prædictis poſſet quæri,
num poſſit agi contra maritum dam-
natum ad triremes per vxorem ad repe-
titionem dotium uigore tex. in l. ſi con-
ſtante. ff. ſol. matr. in qua q. dicendum,
22 quod ſic, per tradita per Carroc. poſt hęc
ſcripta viſum in caſu 106. vbi ad partes
hunc diſputando articulum ſic ex pluri-
bus per ipſum adductis concludit, ad
quem nos remittimus. Et hæc breuiter
pro præſentis partis enodatione attigiſ-
ſe ſufficiat, de qua damnationis ad tri-
remes materia non inconcinnè pertra-
ctauit D. Præſes de Franchis ſemper re-
colendæ memoriæ in d. deciſ. 140.

SVMMARIVM.

1 F*Oriudicationis materia. Remiſſi-
uè.*

Cri-

Crimina verò in quibus eſt proceſſum ad ſententiã for iudicationis arbitrio dicti noſtri Proregis remictãtur.

CAPVT XXXXV.

ARbitrio ProRegis Illuſtriſſimi, & Excellẽtiſſimi remictũtur crimina, in quibus eſt ꝓceſſum ad ſententiam foriudicationis, cumquè huius partis ſenſus de ſe pateat, quicquam hoc in loco
1 pertractandi occaſio non erit, nam quæ de foriudicatione poſſemus huc afferre pertractauimus ſuper in c. 9. Ideò ad eã relegenda delegamus.

SVMMARIVM.

1 *LEX abhorret quem mictere ſalcem in meſſem alienam.*
2 *Eademmet Regis iuriſdictio num ex conceſſione translata ad Barones.*
3 *Hæc indulgentia num extendẽda ad vaſſallos Baronum, & num. 32. & num. 37. & 54.*
4 *Iuriſdictio Baronibus eſt infeudata.*
5 *Iuriſdictio num poſſit feudari, & infeudari, & num cadat ſub dominio directo, vel vtili.*
6 *Iuriſdictio attenta origine non poteſt vendi, & de ratione num. 7.*
8 *Vſurpatum eſt iuriſdictiones vendi tamquam hereditarium pecus, & ouile.*
9 *Ruſtici num poſſint emere dignitates, ac iuriſditiones.*
10 *Paradogiũ acquiritur ꝑ infeudationem.*
11 *Conceſſo caſtro num intelligatur conceſſa iuriſdictio, & territorium conexum.*
12 *Conceſſo caſtro num intelligatur conceſſa cognitio primarum & ſecundarum cauſarum ciuilium, & criminalium.*
13 *Conceſſo caſtro num veniat mærum, & mixtum imperium differitur, & num. 14. 15. cum ſequentib.*
16 *Simplici mentione iuriſditionis facta num veniat mærum, & mixtum imperium & num. 17.*
18 *Glo. in verſ. omnimodam tex. in clem. 1. de ſoro comp. melior de corpore iuris.*
19 *Iuriſdictio num tranſeat cum vniuerſitate quod quomodo intelligatur, ſub nu. 20.*
21 *Venditis prædijs particularibus caſtri num transferatur iuriſdictio adiecta clauſula vniuerſali cum omni iure.*
22 *Proprietas prædiorum nihil commune habet cum ipſa iuriſdictione.*
23 *Prædia addita feudo num cedant feudo, vt feudo.*
24 *Iuriſdictio acquiſita, & vnita feudo num efficitur vnum corpus cum feudo.*
25 *Iuriſdictio cenſetur adhærere caſtro tanquam capiti, & digniori, & vti acceſſorium principali.*
26 *Quid autem in dubio num cenſeatur adhærere caſtro, & num 27.*
28 *iuriſdictio feudi num præſumatur feudalis, & num. 29.*
30 *Iuriſdictio conceſſa præſumitur nè conconceſſa perſonæ, an territorio.*
31 *Conceſſio facta per Reges prædeceſſores num cenſeatur facta iuriſdictionis, & in perſonas.*
33 *Baronibus huius regni fuit communicatum mærum imperium per Regem Alphonſum primum.*
34 *M. C. V. dicitur peſſundata ob conceſſionem mæri imperij conceſſi Baronibus.*
35 *Tempore Reginæ Ioannæ Secundæ mærum Imperium non erat Baronibus conceſſum.*
36 *Mærum imperium propbanatum, & eſt in commercio.*
38 *Vaſſallus Baronis num dicatur vaſſallus Regis.*
39 *Socius ſocij mei non dicitur ſocius meus.*
40 *Debitor debitoris mei nõ eſt debitor meus.*
41 *Num poſſim prohibere debitorem debitoris mei, quod ei minimè ſoluat.*
42 *Vaſſallus vaſſalli mei non eſt vaſſallus meus, regulariter tamen, num. 43. & 52.*
44 *Vaſſallus vaſſalli mei num teneatur ſeruire mihi domino, & num. 62.*
45 *Contractus feudi num ſit perſonalis.*
46 *Domino quomodo ſuccurretur ſi voluerit ſibi præciſè ſeruitia exhiberi, & nu. 47.*
48 *Dominus nõ intelligitur extraneus donec debitor viuat, & de ratione, num. 49.*

Xx   50 Hæ-

50 *Hæres hæredis mei dicitur hæres meus.*
51 *Hæres hæredis num comprehendatur in contractibus, Priuilegijs vltimis voluntatibus, remiſſiuè.*
52 *Redditur ratio quarè vaſſallus vaſſalli mei non dicatur vaſſallus meus.*
53 *Sub nectitur ratio quare hæres hæredis mei dicitur hæres meus.*
55 *Rex noſter inuictiſſimus eſt monarca in regnis ſuis.*
56 *Rex noſter habet iura imperij.*
57 *Rex noſter ponit & deponit Duces, & comites quos velit.*
58 *Rex nr̃ potentiſſimus eſt l. viua in regno.*
59 *Rex eſt l. animata in regno.*
60 *Rex noſter eſt dñus perſonarum & n. 62.*
61 *Omnes homines huius regni ſunt in dominio ipſius Regis.*
63 *Num quis poſſit perſonam ſuam obligare ad aliquod ſeruitium perpetuò.*
64 *Vaſſalli Baronum num ſubiecti ſint ipſi Regi, ſicut demaniales.*
65 *Vaſſalli Baronum num teneantur adiuuare dominum contra Baronem, & quid contra alium Baronem. & num. 66.*
67 *Vaſſalli Baronum huius regni appellant ad M. C.*
68 *In conceeſſione que fit in hoc regno mari, miſtiq; Imperij reſeruatur ius appellādi.*
69 *Vaſſalli grauati à Baronibus num eximātur ab eorum iuriſditione.*
70 *Baro negligens adminiſtrare iuſtitiam nū priuetur iuriſdictione, & num teneatur ad intereſſe, & num. 71.*
72 *Iudex negligens adminiſtrare iuſtitiam nū teneatur in ſindicatu.*
73 *De negligentia iudicis ſcrupuloſa debet eſſe inquiſitio.*
74 *Ob Baronis negligentiam in adminiſtrando iuſtitiam num deuoluatur iuriſdictio ad ipſum Regem.*
75 *Domini tenentur ſubditos defendere, & non ipſos deglutire. num. 76.*
77 *Adminiſtratio Baroni negligenti facere iuſtitiam, num interdici poſſit.*
78 *Magna erit elemoſina apud Deum Pauperes defendere.*
79 *Ratio per authorem deducitur, quarè hæc indulgentia ad vaſſallos Baronum extendatur, &c.*

Declaramus etiam vaſſallos Baronum dicti noſtri Regni ab huius noſtræ indulgentiæ beneficio minimè eſſe excludendos.

CAPVT XXXXVI.

Væ verò hoc capite con
1 tinentur eius videntur
eſſe generis, vt cū Rex
noſter inuictiſſimus ſub
hac generali eius indul
gentia voluerit com-
prehendi debere etiam
Vaſſallos Baronum, videatur mictere
falcem in meſſem alienam, Quod quidē
lex non patum abhorret.
2 Etenim pro comperto ſtatuimus, ex
conceſſione per Regem noſtrum, eiuſque
quē prædeceſſores Baronibus huius Re-
gni facta translatam eſſe in eos eandem-
met eiuſdem Regis iuriſdictionem, vt
3 paulò inferius demonſtrabimus, itaquè
hæc lex indulgentiam continens non vi-
detur, nec debet ſe extendere ad vaſſal-
los Baronum, nè ad alienam iuriſdictio-
nem manus porrigat.
4 Nec dubitandum credimus quin ipſa
iuriſdictio Baronibus ſit infeudata, nam
5 ipſa iuriſdictio (quatenus tamen conſi-
deratur in patrimonio noſtro) poteſt
feudari, & infeudari, & cadere ſub do-
minio directo, vel vtili ſecundum Bald.
in cap. vno delegatorum. extrà. de offic.
6 deleg. Quamuis tamen attenta ſui ori-
gine, & effectu per ſe in ſe ipſa non poſ-
7 ſit vendi, ex quo nec in commercio, nec
in patrimonio conſideretur. l. 1. §. 1. & §.
8 hæ autem res. ff. de rerū diuiſione. Quod
quidem hodie aliter vſurpatum eſt, cum
iuriſdictiones vendantur tanquam hære
ditarium pecus, & ouile. Bald. in cap. 1.
9 de feudo Marchiæ. Eaſquè dignitates,
ac iuriſdictiones ruſtici poſſunt quoque
emere, vti proprium patrimonium ven-
ditoris, Bald. in c. 1. §. ex eadem. l. de lege
Corradi.

10 Corradi. Inde eſt, quod acquirunt Pa-
radogium 1. qualem,qualem nobilitatẽ.
And. in c.1.de feudo Marchiæ.c.1.num.
11 3.qui ſucceſſ.ten. Ex quibus conſequi-
tur, quod conceſſo Caſtro intelligatur
conceſſa iuriſdictio, & territorium con-
nexum tamen tempore conceſſionis ipſi
Caſtro.Bald.in cap. 1. de capit. qui cur.
vend. idem in l. monumenta in princ.C.
delegat.in l.cum multa.num.2.verſic.ex
his conclude. C. de bonis quæ lib. Bart.
in l.inter eos.num.1.ff. de acquir. rerum
dom. diſſerit diffusè D. Anna pater in
alleg.29.& Domin. meus Carolus Tap-
12 pia Reg. Conſil. meritiſſimus in ſua re-
pet. ſollemni ad tex. in l. fin. ff. de conſt.
Princ.cap.5. quò ad res.numer. 17.cum
ſeq.& abſq; difficultate veniet cognitio.
cauſarum ciuilium, & criminalium,pri-
marum, & ſecundarum cauſarum, ſi ex-
preſſè fuerit conceſſa, vt eſt conſtit. Re-
gni, ea, quæ ad decuſ. Dominus Præſes
de Franchis in deciſ. 192.num. 10.
13 Quin immò tradiderunt Doct.in l.fin.
ff.de conſt. Princ. quod conceſſo Caſtro
nedum cenſetur conceſſa iuriſdictio, &
territorium,verum etiam & merum, ac
mixtum imperium adherens caſtro, vel
rei conceſſæ.ſecundum Innoc.Ioannem
And. & Hoſt. in cap. ex literis.extrà. de
iure patr. And. in c. 1. verſic. traditioni-
bus.in fin.quid ſit inueſtit. Lucas à Pen-
na in l.1.col.pen.C.de priuil. ſcol.lib.11.
Alexandrin. in cap. 1. de capit. qui cur.
vend. cum alijs congeſtis per eundem
Annam patrem in alleg.52. nu.1.
14 Quod quidem axioma falſum eſt de
iure Regni, & de iure communi, ſiqui-
dem de iure Regni in conceſſione caſtri
non venit mærum,& mixtum imperium.
Andr. in cap. imperialem. §. præterea ſi
inter duos.col.pen.de prohib.feud. alie
15 natione. per Feder. Quando tamen ex-
ceptuantur, ſecus verò ſi non exceptua-
rentur, nam tunc tranſit mærũ, ac mix-
tum imperium ſecundum Purpur.in l. 1.
num. 161.ff. de iuriſd. omn. iud.Sapiam
in l.1.num.99. ff. de offic. eius cui mand.
eſt iuriſdictio. & Vallam in l. imperium.
num.27.ff.de iuriſd.omn.iud.& ſecundũ
Parid. de reintegratione feudi in loco
per Annam præmonito in d.allegatione
16 52.num.2. de cuius concluſionis verita-
te videto dictum D. Tapiam loco præ-
citato.num. 35. de iure verò communi
ſi in conceſſione ſimplex ſit facta men-
tio iuriſdictionis, tunc non de mæro, &
mixto imperio erit intelligenda, ſed de
ſimplici iuriſdictione.c.quanto.extrà.de
17 iudic. Niſi tamen ex qualitate rei con-
ceſſæ, vel ex verbis conceſſionis aliter
colligeretur, ſecundum gloſ. in verſic.
18 omnimodã.tex.in clem.1.de foro comp.
vbi Doct. quam meliorem eſſe de cor-
pore iuris dicit Iacob. in tract. feud. in
ver. cum mæro, & mixto imperio.col. 3.
verſic. quid autem. dixit Bald. in l. pla-
cet,nume. 10. & ſeq. C.de pedan. iudic.
diſſeruit Imola in d. clemen. 1. ſequitur
Affl.in d.conſt. quæ ad decuſ. in notabi-
lib.verſ. quid autem, ſi Baro. citatus per
19 D. Francum in deciſ.116.num.13.
Et propterea in alienatione caſtri trã-
ſit iuriſdictio cum vniuerſitate.c.ex lite-
ris.vbi Doct. de iure patron.Innoc.in c.
ad ſedem.extrà.de reſtit.ſpoliat.
20 Hoc autem tunc vti verum admicti-
mus, cum diſponitur de ipſo Caſtro in
ſe, vel de eius parte ſub nomine quotæ,
ſecus verò ſi de prædijs particularibus
Caſtri,tunc enim nulla iuriſdictio trans-
21 fertur, etiam ſi ſit adiecta clauſula vni-
uerſalis cum omni iure.Bart.in l.1.num.
16.verſic.ſecus.ff. de iuriſdict. omn. iud.
22 cum ea remaneãt ſub iuriſdict. vt prius,
ex quo nihil commune habet proprietas
prædiorum cum ipſa iuriſdict. Oldrad.
in conſil.176.incip.factum tale eſt.Bald.
in l.à procuratore,in princ. verſic. cont.
videtur.C. mandati.& in cap. 1.§.fin.per
illum tex.quib.mod.feud.amict.
23 Qua propter ſi prædia adduntur feu-
do non efficiuntur feudum, nec cedunt
feudo, vt feudo, nec vniuntur eidem in
eadem qualitate feudali eiuſdem feudi.
Felin.in c.5.not.6,extrà. de reſcriptis.
24 Secus autem affirmandum in ipſa iu-
riſdictione acquiſita, & vnita feudo per
vaſſallum,nam ea efficitur vnum corpus
25 cum Caſtro, veluti capiti rei feudalis,

cui qnidem capiti, & caſtro cenſetur ad-
hærere tanquam digniori, & vti acceſſo-
rium principali, ſecundum Bald. in c. ad
hoc. col. 2. extrà. de allod. edocuit latè
idem Bald. in c. 1. col. 3. cum ſequ. de ca-
pit. qui cur. vend. & diſcutit Capic. in de
26 ciſ. 27. nume. 35. & 36. & in dubio dicen-
dnm caſtro, & territorio adhærere ſecū-
27 dum Bart. in d. l. inter eos. in fine. ff. de
acquir. retnm dom. ſaltim materialiter,
& paſſiuè. Alex. in d. l. 1. numer. 32. ff. de
iuriſd. omn. iud.

28 Sed per hæc in dubio non præſume-
tur iuriſdictio feudalis in qnantum feu-
dum, hinc Baro non habet intentionem
29 fundatam, quòd iuriſdictio feudi feuda-
lis ſit, niſi probet. Alex. in conſi. 55. incip.
proſpettis his. num. 19. cum ſeq. vol. 4.
à quibus excipimus Regem ſecundum
Alex. in præcitato conſil.

30 Hæc autem iuriſdictio quandò eſt cō-
ceſſa præſumitur conceſſa perſonæ, & nō
terr. idem Alex. in conſil. 94. incip. viſis,
& ſæpiſſs recenſitis. num. 11. vol. 5.

31 Hiſquè proptere a conſequens eſt, vt
facta conceſſione feudorum per Regem
noſtrum, vel eius prædeceſſores cenſea-
tur facta conceſſio iuriſdictionis, mæri,
mixrique imperij etiam in perſonas.

32 Inde admonemus, quod hic noſter
indultus non debet ſuam porrigere mu-
nificentiam ad vaſſallos Baronum, tum
33 quia ex cōceſſione Baronibus facta fuit
ipſis per Regem Alphonſum Primum
communicatum mærum imperium, vt
tradidit Affl. in d. conſt. Regni, ea, quæ
ad deciſ. notabili 4. recenſitus per Do-
minum Francum in deciſ. 211. num. 6. &
in deciſ. 370. num. 8. & per Carauitam in
ritu M. C. 49. incip. item quod curia ipſa.
in 1, q. col. 2. num. 5. verſic. reſpondetur,
34 & tradidit idem Afflict. in conſt. contin-
git. in 3. notabili, vbi inquit Magnā Cu-
riam Vicariæ fuiſſe peſſundatam ob cō-
ceſſionem mæri imperij conceſſi Baro-
35 nibus cum cognitione primatum, & ſe-
cundarum cauſarum, quod quidem tem
pore Reginæ Ioannæ Secundæ penitus
non erat, vt ponderat idem Præſes de
Franchis in deciſ. 510. num. 4.

36 Et ideò dixit Petrus Belluga in ſpe-
culo Princip. in rubr. 22. tit. de iuriſd. &
vtroq; imperio. §. & quia quotidiana nu.
55. verſic. item aliquæ ciuitates. quod
mærum imperium fuit prophanatum, &
in commercio tam ex priuilegio, quàm
ex alijs.

37 Vnde ex hoc primo capite Rex con-
cedendo vaſſallis Baronum indulgen-
tiam videtur mictere falcem in alienam
iuriſdictionem.

38 Ex prædictis conſequitur, & aliud, quod
hic vaſſallus Baronis nō dicitur amplius
39 vaſſallus Regis; nam ſicut Socius ſocij
mei non dicitur ſocius meus. l. nam ſo-
40 cij. ff. pro ſocio, & ſicut debitor debito-
ris mei non eſt debitor meus. l. non ad-
uerſus. C. ſi certum pet. l. ob cauſas. ff. de
act. & oblig. l. ſi alius. §. nouimus. ff. quod
vi aut clam. l. qui liberis. §. hęc verba. ff. de
41 vulg. & pup. licet tamen poſſim prohi-
bere debitorem debitoris mei, quod ei
minimè ſoluat. l. 2. ff. ad l. Rhod. de iactu.
l. quædam. ff. de edendo dixit Affl. in c.
Imperialem. not. 12. num. 35. de prohib.
42 ſeud. alien. per Feder. eod. modo vaſſal-
lus vaſſalli mei non eſt vaſſallus meus. ad
tex. in l. Modeſtinus. ff. de verborum, &
rerum ſignifi. vbi ſic reaſſumpſit Accurſ.
in ſcholio. fin. l. licet. §. paternos. ff. eod.
tit. & inſcripſit idem Accurſ. in glo. fin.
tex. in l. Claudius Felix. ff. qui pot. in pi-
43 gn. hab. Guido Papa in deciſ. 551. nu 7.
regulariter tamen, nam quandoq; vaſ-
ſallus vaſſalli mei dicitur vaſſallus meus,
44 vt dixit And. in cap. Imperialem. §. illud
quoque. num. 62. & 63. de prohib. feudi
alien. per Feder. Et quia non eſt vaſſal-
lus meus, ideò vaſſallus vaſſalli mei non
45 tenetur ſeruire mihi Domino. Bart. in l.
ſi finita. §. ſi de vectigalibus. q. 1. ff. de dā-
no infecto, motus, quia contractus feu-
di eſt perſonalis quò ad perſonales præ-
ſtationes. arg. tex. in l. fin. ff. de contrah.
46 emptio. & tex. in cap. 1. §. ſoldata verò,
quis dicatur Dux, vel Marchio, verum
Bald in c. 1. §. rurſus. col. fin. de controu.
inueſt. voluit, quòd ſi dominus velit ſibi
præcisè ſeruitia exhiberi poterit compel
lere per ſubtractionem beneficij, ex re-
gula

47 gula tex. in §. adeò. inſtit. locati, vel po-
terit conſequi in ſubſidium tanquã con-
tra debitorem debitoris mei. iuxta no-
tata per gloſam, & Doct. in l. pro hære-
de. §. ſi quid tamen. ff. de acq. hæred.
48 Et ratio, quia Dominus, quamuis in
eum tanquam ad extraneum non tran-
ſeant iura feudi, non intelligitur extra-
49 neus donec debitor viuat, cum ſit eius
imago. l. cum notiſſimi. §. 1. C. de præſcrip.
30. annorum. adducitur in argumẽtum.
tex in d. l. ſi finita. §. ſi qua ſunt iura. ff. de
damno infec. & in l. 2. C. de iure aureo-
rum annul.
50 At ex eiuſdem Baldi, quam mox ſub-
iungemus ratione verior videtur Barto-
li ſententia, cum reddens rationem,
quare vaſſallus vaſſalli mei non dicatur
vaſſallus meus, & hæres hæredis mei di-
51 catur hæres meus. l. fin. vbi idem Bald. C.
de hæred. inſt. de qua regula diffuſè per
Peregr. in tract. de fideicomm. articulo
32. per totum, vbi num comprehenda-
tur in contractibus, priuilegijs, vltimis
voluntatibus, & in alia materia dixerit
in d. c. 1. §. rurſus, quod ideò vaſſallus vaſ-
52 ſalli mei non dicitur vaſſallus meus, quia
à me non habet cauſam primam, nec ſe-
cundam, arg. tex. in l. Neratius. §. 1. ff. de
ſeruo corrup. & l. ſi ædes. ff. de ſeru. vrb.
præd. ſed habet feudum ex quodam ſe-
parato contractu, ac ex propria proui-
dentia, cum nemo dicatur feudatarius
alterius, niſi feudum percipiat ex pro-
uidentia illius, ac ab eo beneficium re-
53 cognoſcat immediatè, at hæres hæredis
mei ideò eſt hæres meus, quia in talem
hæredem cum vniuerſitate tranſeunt
omnia iura hæreditaria ex cauſa primi
teſtatoris, inde eſt, quod hæres hæredis
mei eſt hæres meus.
Per hæc igitur concludi poſſe videtur
hanc indulgentiam quò ad vaſſallos Ba-
ronis, nec poſſe, nec debere extendi, cũ
non poſſint dici vaſſalli regis.
Quibus quoque annectimus, quod
54 Princeps inueſtiens quem de mero, &
mixto imperio cum regalibus priuet ſe
iuriſdictione, & emolumẽtis, prout plu-
res citãs edocuit Theſ. in dec. 132. nu. 2.

55 Verum contrarium affirmandum eſſe
ſuademus, ſi id deducemus à quo præ-
56 dicta facili modo diluuntur, quod Rex
noſter inuictiſſimus eſt Monarcha in Re
gnis ſuis, & præcipuè in hoc Regno, vt
colligitur ex proœm. conſt. habẽs iura im-
perij, vt tradidit Affl. in deciſ. 120. num.
6. & in deciſ. 299. num. 14. ponens, & de-
57 ponens Duces, & Comites, quos velit.
Bald. ſingulariter in conſil. 177. incip.
pridiè conſului. col. fin. in princip. vol. 3.
58 Gramm. in deciſ. 65. num. 63. eſtquè lex
viua in Regno. tex. in princ. in auth. de
conſulibus. notatur in l. & quia. vbi gloſ.
59 ff. de iuriſd. omn. iud. Bald. in conſil. 300.
incip. in Chriſti nomine. vol. 5. eſtquè l.
animata, & quaſi quidam corporalis De
us in Regno ſuo, vt dixit Bald. in cap.
imperialem. §. illud. col. fin. de prohib.
60 feudi alienatione per Feder. Eſtquè Do
minus perſonarum, cum omnes homi-
nes Regni huius ſint in dominio ipſius
61 Regis, vt eſt conſtit. Regni. incip. quia
frequenter. in fine.
62 Ex quo tex. Affl. inibi ſub num. 15. di-
xit, quod Rex eſt Dominus perſonarũ
63 habentium domiciliũ in Regno, ideòq;
nullus poteſt obligare perſonam ſuam
ad aliquod ſeruitium in perpetuum ſine
Regio aſſenſu, dixit idem Capic. in de-
ciſ. 118. num. 6. & num. 16. & annotauit
Vrſill. in add. ad Affl. deciſ. 265. nume.
38. cum ſeq.
64 Hinc voluit Affl. in d. deciſ. 265. nu.
107. verſic. trigeſimo, quod nedum vaſ-
ſalli demaniales ſunt Regi ſubiecti, ſed
etiam principaliter omnes vaſſalli Ba-
ronum ſunt ſubiecti domino Regi.
65 Ex quibus infert, quod vaſſalli Baro-
num principaliter tenentur adiuuare
Regem etiam contra Baronem domi-
num ſuum, & non adiuuare Baronem
contra Regem, ſed benè contra alium
Baronem. Specul. in tit. de feudis. §. quo-
niam. verſi. vaſſallus vaſſalli. glo. in conſt.
Regni. probationum defectum. And. in
1 c. imperialem. §. præterea ſi inter duos.
num. 61. & 62. de prohib. feudi alien. per
Federic. quamuis tamen non teneatur
66 ſeruire primo Domino, vt innuit And.
in

in c.vnico.num.16.de contr. inueſt.

67 Et propterea tribuitur facultas vaſſallis Baronum grauatis appellare ad M. C. Dominus Preſes de Franchis in deciſ.
68 529.num.1.& ratio,quia quamuis in Regno fiat conceſſio mæri, & mixti Imperij, tamen reſeruatur ius appellandi, vt dixit idem Dominus de Franchis.in deciſ. 510.num.14.

69 Iraque ſecundo vaſſalli grauati ab eorum Baronibus debent eximi ab eorū iuriſdictione,vt eſt tex.in l.1. C. ſi quacūq; præd.poteſt.l. ſi poſtulauerit. §. iubet. ff. ad l.iul.de adult. Ioannes Faber. in l. ob titiū.ff.de offic. proconſ.&leg.& in §.fin. inſtit. qui ſunt ſui, vel alieni iuris, & eſt conſt.Regni incip. ſi vaſſallus à dño diſſerit latè Gramm.in deciſ. 104.per totum.

70 Quin immò etiam ſi fuerit negligens in adminiſtranda iuſtitia, vel malitioſè differat cauſam agere adhuc Baro puniendus erit amiſſione iuriſdictionis. §. ſibi quoque in auth. de mandat. iudic. §.
71 ſi verò. in auth. vt differentes iudices. l. fi. C.de temp.appell.& ad intereſſe partis,vt in l.1.ff.de var. & extraord.cogn.

Inde concludendum, quod poſſunt
72 conueniri in ſindicatu, in quo debet eſſe ſcrupuloſa inquiſitio de negligentia iudicis, nec eſt admictenda. Ang. in l. ſi
73 ſeruus.ff.de leg.1.& deuoluetur iuriſdictio ad Regem noſtrum. arg. tex. in §. ſi quis autem.in auth.de Sanctiſs.Epiſc.vo
74 luit.Bald.in l.2.num.17. C. de Epiſc. audientia.in l.2. nu. 8.&9.C.vt lite pēd.in l. fin.num.3.verſic.ſed pone. C. de ſent. & interl.omn.iud.in l. fin.§. 1. C.de temp. appell.in c.1.in princ. & col.6. de miliste vaſſ. qui cont.eſt.dixit Cyn.in l.1. nume. 10.vbi de crim.agi oport.& diſſerit Affl. in d. c. imperialem.§. præterea ſi inter duos.à num.32. cum ſeq.de prohib.feudi alienatione.per Federic.

Et ratio huius concluſionis eſt, quia
75 Domini tenentur ipſorum ſubditos ab alienis iniurijs tueri, & defendere,& nō ipſos deglutire,ſecundum Bald.in c.1.§. Marchio.col.pen.verſic.extrà quæro,qui feudum dare poſſ. etiam ex offic.l.illicitas.§.ne potentiores.verſic.nec innocentibus. vbi Bald. ff. de offic. Præſ. Faber.
in §.fin.inſtit. de his qui ſunt ſui,vel alie-
77 ni iur. & poteſt interdici adminiſtrario, vt edocuit Bart.in l.1.q. 1. ff. de iure patron, Alber. in l. benè à Zenone. C. de quadr.preſcrip.Guido Papa in deciſ.62.

Et ideò magna erit elemoſina apud
78 Deum iſtos pauperes defendere ſecundum Bald. in d.§.ne potentiores.relatus per Gramm. in præcitata deciſ.104. numero 17.

Propterea ſi vaſſalli Baronum adhuc
79 dicuntur vaſſalli Regis inuictiſſimi, quò ad perſonas dilutis argumentis per nos deſuper ponderatis, mirum non erit, ſi Rex noſter inuictiſſimus huius generalis edicti beneficium ad hue vaſſallis Baronum impartitur mādans in eorum quoque beneficium extendi, quod quidem nullum Baronibus intuliſſe præiudicium ex iam infrà dicendis in ſequenti declaratione breuiter liquebit.

SVMMARIVM.

1 *Quarè Rex noſter elargitus eſt vaſſallis Baronum indulgentiam quò ad pœnam perſonalem.*
2 *Rex noſter quarè excludit vaſſallos Baronum quò ad pœnam pecuniariam.*
3 *Princeps quod ſuum eſt liberaliter conceditur,quod alienum eſt denegat ob præiudicium tertij.*

Exceptis tamen caſibus, in quibus de pęna pecuniaria tractari continget.

CAPVT XXXXVII.

1 IN præcedenti capite demonſtrauimus Regem noſtrum elargitum fuiſſe vaſſallis Baronum munificētiam huius indultus,ex quo dum agebatur de coerct.

dum agebatur de coerctione perſonali vaſſallorũ videbatur adhuc de eiuſdem
2 præiudicio pertractari, ceu domino perſonarum. At quando de pęna pecuniaria pertractatur excluſit vaſſallos Baronum, quia de Baronum præiudicio agebatur, iuſtum propterea non erat ſuum
3 beneficium in præiudicium tertij elargiri, cum Princeps, quod ſuum eſt liberaliter concedit, quod alienum eſt denegat, ſtante præiudicio tertij, ad tex. vulgatum in l. 2. §. ſi quis à Principe, & §. meritò. ff. ne quis in loco publ. cum alijs per nos adductis ſupra in c. 1. num. 12. & per totum, ideò hoc in loco excipiuntur caſus, in quibus de pęna pecuniaria Baronibus fortaſſè applicanda tractari continget.

SVMMARIVM.

1 *PRincipis inuictiſſimi liberalitas, ac munificentia enodatur in hac parte.*
2 *Indultus iſte non abolitio, ſed verè indulgentia dicitur. & num. 7. & 17.*
3 *Abolitio num differat ab ipſa indulgẽtia.*
4 *Abolitio non extinguit crimen, ſed iuſtitiam iudicij perimit.*
5 *Abolitio conceditur à Principe ob lætitiam publicam.*
6 *Indulgentia Principis non iudicium, ſed crimen extinguit.*
8 *Abolitio non extenditur ad delicta grauiſſima.*
9 *Indulgentia Principis omnia ferè delicta comprehendit, & num. 10.*
11 *Indulgentia num appellitanda, ſi ab ea grauia excluduntur delicta.*
12 *Voluntas finalis diſponẽtis eſt attẽdenda.*
13 *Indulgentia num reguletur ab ipſa abolitione.*
14 *Abolitio aliquando conceditur reſpectu accuſationis, quandoquè reſpectu proceſſus quandoquè reſpectu pænæ.*
15 *Indultus iſte num impartiatur abolitionem accuſationis tantum, an verò proceſſus quoque, & pænæ.*
16 *Indultus iſte non abolitio, ſed verè Principis eſt indulgentia.*
17 *Princeps num poſſit poſt ſententiam gratiam facere, & num. 18.*
19 *Contra gratiam Principis nihil poteſt opponi, quod eam habeat annullare.*
20 *Hoc Principis reſcriptũ, p quod mandatur proceſſus, ſcripturas, cæteraque annullari, ac deleri nullam pati poteſt oppoſitionem.*
21 *Dictio, penitus, habet præciſam naturam.*
22 *Dictio, penitus, idem importat, quod dictio ex toto, prorſus, vel omnino.*
23 *Dictio, penitus, idem importat, ac ipſo iure.*
24 *Dictio, penitus, eſt dictio excluſiua.*
25 *Delictorũ extinctio ipſo iure, ac de Principis plenitudine per hunc indicitur indultum.*

Statuentes in toto Regno prędicto, vt omnes, & ſingulos proceſſus, ſcripturas, condemnationes, acta, & quælibet alia, quæ in cauſis ſupra narratis facta fuiſſe reperiuntur (ſaluis tamen reſeruatis, vt ſupra.) Gratis deleant, & annullẽt, & eorum huiuſmodi nomina de albo tolli, & deleri faciant, ſicut, & nos authoritate noſtra Regia, ac de plenitudine poteſtatis, pręſentium tenore delemus, & annullamus, tollimuſque, ac penitus abolemus.

CAPVT XXXXVIII.

1 IN præſenti parte (lector amantiſſimè) verè reſidet huius edicti conceſſio, vt nedum ex eius omni parte dignoſcitur, verum quoquè ex ver-

verbo, ſtatuentes, præcipuè per condi-
tores adhibito; conſtarquè enim ex eo
Priucipis noſtri inuictiſſimi liberalitas,
ac munificentia, cui indulrus nomen tra
ditum eſt, dum apertè annullar, delet, de
albo tolli, ac deleri mandar omnes, &
ſingulos proceſſus, ſcripturas, condem-
nationes, acta, & quælibet alia, quæ in
cauſis ſupra narratis facta fuiſſe reperi-
2 rentur, ex quibus non abolitio, ſed verè
indulgentia dicatur, & ſit hic præſens
indultus.
3 Multum enim differr abolitio ab ipſa
Principis indulgentia, ſi quidem aboli-
4 tio non extinguit crimen, ſed tantum iu
ſtiam iudicis perimit, eaquè à Principe
5 conceditur ob aliquam publicam læti-
tiam, qua tranſacta idem accuſaror po-
terit infra rriginta dies de nouo accu-
ſare. l. ſi interueniente. ff. ad Turpill.
6 At principis indulgentia non iudiciū,
ſed crimen extinguir. Clarus in Pract.
crim. q. 59. verſ. ſcias etiam. Aug. ad add.
Ang. de malef. in verbo, & ad quærelam.
num. 79. Placha in epirome delictorum.
c. 38. num. 3. verſ. 2. intelligendum. Car-
rer. in pract. crim. in §. homicidij. verſic.
29. excuſatur. num. 9. & ſeq.
7 Hoc igitut in loco paret de criminis ex-
tinctione ſancitum, ergò non abolitio,
ſed indulgentia appellitenda erir.
8 Ex qua concluſione conſequitur an-
notandum, quod quia abolitio non ex-
tinguit erimen, ſed iuſtitiam iudicij, non
extenderetur de iure ad delicta grauiſ-
ſima, vt puta læſæ Maieſtatis, falſæ Mo-
netæ, falſi criminis, & ad alia ſuperius
per hanc generalem indulgentiam ex-
9 cepta, ſed in ipſa Principis indulgentia
omnia ferè comprehenderentur, ex quo
10 de criminum peremptione per eam agi
tur, vt aduertir Farin. in tit. de inquiſi-
tione. q. 6. nume. 61. & nos recenſuimus
ſupra in 6. q. nu. 2. per totum, niſi tamen
11 aliter à Principe fuiſſet in indulru ex-
preſſum, cum eo caſu ſtanre expreſſa ſta-
tueutis voluntate, ac diſpoſitione deli-
cta grauiſſima nequaquam eſſenr com-
prehenſa.
12 Sed non propterea negandum eſt, eā
verè Priucipis indulgentiam eſſe appel-
litandam, nam q̃nis non includerentur
ſub ea delicta, tn̄ grauiſſima, qa eſt attē-
deuda voluntas finalis diſponeutis, ad
13 tex. in l. fin. ff. de hæred. inſtit. & voluntas
ſtatuentis præcipua eſt ſuper criminum
extinctione, ſequitur, quòd verè dicatur
indulgentia, cum ea tam quò ad inſtiru-
tionem, quam quò ad effectum ab ipſa
abolitione reguletur. Quibus ſnperad-
dimus ea, quæ per nos fuerunt deſuper
14 conſcripta in 2. q. nume. 40. vbi diximus
abolirionem aliquando coucedi reſpe-
ctu accuſationis, quanduquè teſpectu
proceſſus, aliquando reſpectu pęnę, vt
ex Deciano in tir. abolitio quando impe
diat accuſationem, lib. 3. numer. 66. cum
ſeq. & Farin. ibidem edocuimus, qui la-
tius hoc declarant.
15 Vnde cum hic ſancitum ſit omnes, &
ſingulos proceſſus, ſcripturas, condem-
nationes, acta, & quælibet alia in cauſis
facta deleri, ac annullari, eorumquè no-
mina de albo tolli, ac deleri, rolli, ac po-
nitus aboleri, defluet, vt abolitio non
accuſationis à Rege noſtro impartita
ſit, ſed proceſſus, & pęnę, ita vt omnes
rei ab omni pęnę labe tuti, penituſquè
16 exempti ſint pro omni crimine ab hoc
tamen indultu minimè excepto, ex quo
non abolirio, ſed verè Principis indul-
gentia ſtatuenda ſit, & comprehendet
etiam coudemnatos.
17 Quod ponderamus, vt q. per Doct.
controuerſa, num Princeps poſſir poſt
ſententiam gratiam facere delinquenri-
bus, de qua diſſeruimus ſupra in cap. 9.
Sopita dilucidè iaceat, iuti quidem cō-
muni conſona per tex. in l. diui fratres.
ff. de pęnis. l. relegati. §. fin. ff. de interd.
& releg. de qua per Præſidem de Fran-
chis in deciſ. 370.
18 Maximè ſi de plenitudine poteſtatis
decernatur, ſicuti in caſu huius noſtri in-
dultus ſcriptum conſtar, quo quidem
caſu nullo pacto dubitandum erit, con-
tra quam nihil poreſt opponi, quod poſ-
19 ſit gratiam annullare. Collect. & poſt eū
Bald. in proęm. decret. col. 4. idem Bald.
in l. reſcripta. col. fin. C. de præcib. im-
per.

per. offer. Felin. in c. nonnulli. nume. 30.
& 51. extrà. de reſcr. Alex. in conſil. 92.
incip. perſpectis. num 35. 46. & 48. & in
conſil. 101. incip. perſpectis. num. 4. & in
conſil. 155. incip. videretur. nume. 3. vol.
6. cum alijs per Paris. congeſtis in conſ.
1. incip. Clemens Septimus. nume. 79. &
80. vol. 4.
20 Et ideò dum Rex noſter Inuictiſſimus
mandauit proceſſus, ſcripturas, acta, &
quælibet alia in cauſis facta deleri, an-
nullari, eorumq; nomina de albo tolli,
ac deleri, penituſquè aboleri de eius
plenitudine poteſtatis, facit vt contra
hanc munificentiam nihil poſſit oppo-
21 ni, cum ea debeat habere præciſam na-
turam, ſicuti importat dictio penitus, vt
tradidit Dec. in conſil. 137. incip. diligé-
ter. nu. 2 circa medium, & Pariſ. in conſ.
58. incip. obuenire. num. 11. vol. 1.
22 Quæ quidem dictio idem importat,
ac dictio ex toto, vel prorſus, vel omni-
no. c. 1. extrà. de ſuppl. neglig. prę. l. 1. C.
23 de gladiatoribus. libr. 11. Importatquè
idem, ac ipſo iure. l. ſi qui aduocatorum.
verſ. penitus arceantur. C. de poſtul. vbi
Fulg. Abb. in c. in quibuſdam. de pęnis.
in c. ad aures. extrà. de præſcript. & habe
tur in clem. fin. de procur. & per Alex.
in l. qui vſufructum. ff. de verb. oblig. & in
24 ſumma eſt dictio excluſiua. ſm̃ Abb. in
d. cap. 1. extrà. de ſuppl. neglig. prælat.
Qua de re fit, vt delictorum extinctio
25 ſit ipſo iure, ac de Principis plenitudi-
ne hoc in loco ſancita, ſicquè affirman-
dum eſſe arbitramur.

SVMMARIVM.

1 *PRO delictis non delatis, & ſi occultis per hunc indultum quis non eſt moleſtandus.*
2 *Abolitio non porrigitur ad accuſationes non dum inſtitutas.*
3 *Abolitio num cadat in delictis liquidis, & notorijs.*
4 *Delicta non delata, & occulta num comprehendantur ſub abolitione generali.*
5 *Ratio redditur per authorem quarè abolitio non porrigitur ad accuſationes non dum inſtitutas, & ad delicta liquida, & notoria.*
6 *Reipublicæ intereſt delicta puniri.*
7 *Ad optimum, & rectum ſpectat Principem delicta punire.*
8 *Non decet eos punire, quos non conſtat deliquiſſe.*
9' *Non entium nullæ ſunt partes.*
10 *Iſthæc num procedant in materia huius indultus.*
11 *Principis intentio in hoc indultu eſt crimina extinguere.*
12 *Delicta futura num comprehendantur ſub generali abolitione, & indulgentia.*
13 *Indulgentia non debet lædere vtilitatem publicam.*
14 *Occaſio delinquendi non debet dari.*
15 *Ante delictum commiſſum num poſſit remitti pœna.*
16 *Princeps num poſſit legitimare ſpurium antequàm concipiatur.*
17 *Reſcriptum dans remiſſionem pœnæ infligendæ num valeat.*
18 *Pœnitere, & velle delinq̃re sũt oppoſita.*
19 *Princeps, vel. l. pœnam remittens intelligitur pro delictis præteritis, vbi de ratione. num. 20.*
21 *Pœna delicti in futurum committendi quando valeat.*
22 *Id quod principaliter agitur attendendũ.*
23 *Dolus futurus num poſſit remitti.*
24 *Pœna delicti futuri, licet non poſſit tolli, num poſſit minui.*

Volentes etiam, & ita expreſsè mandantes quibuſcuncunque officialibus, & ius dicentibus, vt ſupra, vt pro quibuſcunquè delictis, vel criminibus ad huc non delatis, etiã ſi occulta eſsẽt (exceptis tamẽ ſuperius reſeruatis) ac eorum occaſione nullo modo in futurũ procedere, inquirere, aut alias moleſtare audeant.

CAPVT XXXXIX.

1 DEciditur hoc in loco
non eſſe in futurum
inquirendos, ac mo-
leſtandos reos pro
quibuscunque deli-
ctis, vel criminibus
adhuc non delatis,
etiam ſi occulta eſſent.
Quod quidem axioma videtur iuri
2 communi aduerſari, ſi quidem certi iu-
ris eſt, quod ſicuti abolitio non porrigi-
tur ad accuſationes nedũ inſtitutas, vt
3 enodauimus ſupra in c.8.num.5.& ſicuti
abolitio ſuum non porrigit effectum in
delictis liquidis, & notorijs. l. fin. C. de
abolit. & dixerunt Dec. in lib. 3. Aboli-
tio, quando imped. accuſ. ſub num. 23.
4 & Dec. in tit. de inquiſitione. q. 6. nume.
58. ex doctr. Ang. & Plachæ, eodem mo-
do ſub abolitione generali non compre
henduntur delicta non delata. & quę oc-
culta eſſent. l. 1. & 2. C. de gener. abolitio-
ne. Aug. ad Ang. de maleſ. in verſ. & ad
quærelam. num. 77. verſ. 4. dicta abolitio
Placha in epitome delictorum. c. 38. nu.
3. & 4. lib. 1. in tit. de abolition. Decian.
in præcitato tit. num. 25. vbi caſum hunc
ſibi indubitabilem eſſe voluit, & Farin.
ead. in q. 6. num 60.
5 Quorum caſuum rationes hic inſere-
re conati ſumus dicentes. quòd ideò abo
litio non porrigitur ad accuſationes
nondum inſtitutas, & ad delicta liquida,
& notoria, nam in hoc ſecundo caſu ſi
extenderetur ad delicta liquida, & noto
ria indulgentia eſſet facilis extinctio, &
delicta remanerent impunita contra
6 reipublicę vtilitatem, cuius cum interſit
delicta puniri. l. ita vulneratus. ff. ad l.
Aquil. l. congruit. ff. de offic. Præſid. ſe-
quitur, quòd ob id indultus hic non ex-
7 tenditur ad delicta liquida, & notoria,
ſed in priore caſu ſicut ad optimum, &
& rectum Principem ſpectat delicta pu-
8 nire, ita ad optimum eiuſdem regimen
conuenit, ac decet delinquentes, quos
in curia non conſtat deliquiſſe, nec in-
ter reorum nomen aſcriptos non punire
tanquam in rerum natura non exiſten-
tes, ideoque abolitio non extenditur ad
delicta occulta, & non dum delata, cum
non entium nullæ ſint partes. l. manumiſ
9 ſiones. ff. de iuſtitia, & iure. l. eius qui in
prouincia. ff. ſi cert. pet.
10 Hæc autem de iure communi proce-
dent ſuo marte ex prædictis, ſed in hac
noſtra Principis inuictiſſimi indulgentia
ſecus concludendum erit, nam non in
ſimplici abolitione, ſed in vera indul-
gentia ſubſiſtimus, ſicuti in pręcedenti
capite. num. 2. 7. & 17. ſuccinctè demon-
ſtrauimus, in qua, cum Principis inten-
tio ſit crimina extinguere, ſuum partu-
11 riet effectum, tam quò ad delicta liqui-
da, & notoria, quàm quò ad crimina nõ
delata, & occulta, in quibus maior viget
ratio, & propterea multò magis hæc no
ſtra conſideratio recipienda erit ſtante
aperta eiuſdem indultus deciſione.
12 Sed non in delictis futuris, reſpectu
quorum ſiuè ſit ſimplex abolitio, ſiuè
ſimplex, & vera indulgentia non com-
præhendentur ſub ea per tex. in l. ſi vnus.
§. illud. vbi omnes notant. ff. de pactis.
Bald. & Caſtr. in l. reſcripta. col. 2. verſic.
13 vlterius oppono. vbi Iaſ. ſub nume. 8. C.
de præcib. imper. offer. & ratio, tum quia
14 læderet vtilitatem publicam talis indul-
gentia, cum quoque, quia daretur occa-
ſio delinquendi contra tex. in l. conueni-
te. ff. de pactis dotal. ſic Decius in præ-
citato tit. num. 48. & Farin. in d. q. 6. nu-
mero 57.
15 Ex qua ratione inferebat Bald. in l.
eam, quam. col. 22. C. de fidcicom. quod
licet delicto commiſſo remicti poſſit pę
na, tamen ante delictum commiſſum nõ
poteſt, quia remicteretur pęna, & reatus,
16 & ob id inibi tradidit, quod Princeps nõ
poteſt legitimare ſpurium antequã con-
cipiatur, quia daretur occaſio patri de-
linquendi, & fornicandi.
17 Et propterea reſcriptum dans remiſ-
ſionem pęnę inſligendæ ſi impetretur
ante delictum commiſſum non valebit,
tum quia inuitat ad delinquendum, cum
quoque quia remiſſio ſit delinquenti,
ſed

18 ſed pęnitere, & velle delinquere ſunt
oppoſita, ergò.ſic Butr. & Salic. in l.ca-
19 ſtitati. C. de adulr. lex enim, vel Prin-
ceps quando pęnam remictit,intelligi-
20 tur pro delictis præteritis, & non futu-
tis, nè præſtetur occaſio delinquendi,
Bart. in l. cum lex. ff. de legib. Alber. in
tract.de ſtatutis. in vlt.parte.q.56.incip.
ſimilis quæſtio. Ang.in conſ.62.incip. ex
themate in 2.dubio, & dixit Salic.in l.2.
C.de gener.abolitione.

21 Hæc autem concluſio fallit, quando
remictitur tertio pęna delicti in futurũ
commictendi, pro quo ipſe alias tene-
retur. ſecundum Bald. in d.l. reſcripta.
num.5.& Aret.in d.l.3.num.4.in fine. &
22 ſequ. verſ.vnde ego videns.ff.de teſtam.
cum id attendatur, quod principaliter
agitur, non autem quod in conſequen-
tiam venit.l.ſi quis nec cauſam.ff. ſi cert.
pet.l.qui exceptionem.ff.de conditione
indeb.

23 Quibus poſtremò adiungimus, quod
ſicut dolus futurus verus non poſſit re-
micti, ſed præſumptus ſic, vt voluit Bal.
in l.1.in fine. C. de vſuſr. Ioannes Andr.
Butr. & Abb. in c.fraternitatis.extrà. de
teſtibus,eodem modo pęna delicti futu-
ri, licet non poſſit in totum tolli, nè de-
23 tur occaſio delinquendi, tamen poteſt
minui, vt per eundem Bald.in c. 1. §. in-
iuria. de pace iur. firm. diſſeruit Decia-
nus loco præcitato nu. 49. & hæc quoad
enucleationem præſentis capitis dixiſſe
ſufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſio intra ſex menſes à parte offenſa obtinenda etiam in delictis occultis & non dum delatis.*
2 *Remiſſio à parte offenſa requiritur in delictis, vbi partis remiſſio exigitur.*
3 *Præſens pars indultus intelligenda iuxta alteram eiuſdem indultus partem.*
4 *Dictio, modo, conditionem inducit.*
5 *Forma eſt adimplenda in forma ſpecifica.*
6 *Remiſſione partis deficiente num deficiat huius indultus beneficium.*

Modo in caſibus in quibus requiritur à parte offenſa legitimè remiſſio obtempta fuerit, vel illam in futurum in ſupra ſtatuto termino obtineri contingat.

CAPVT XXXXX.

DIctum fuit in præce-
denti capite delicta
ēt occulta, & non dũ
1 delata ſub hac gene-
rali indulgentia com-
prehendi demanda-
tum eſſe, modò tamē
(vt hoc ſequenti capite continetur) ob-
tempta ſit remiſſio à parte offenſa ſal-
tim intra ſex menſes ab hoc eodem met
indultu prout deſuper ſancitum erat in
c. 23.& 24. in illis tamen caſibus, in qui-
bus requiritur remiſſio.

2 Inde notandum cenſemus, ꝙ pręſens
pars de occultis delictis verba faciens
3 regulanda ſit iuxta ſancita ſupra in men-
tionato cap.8. Quod ſi ea deficeret, vti-
que non eſſet hic caſus comprehenſus
ſub hoc indultu,quod elicitur nèdum ex
deductis per nos in capit. præmonitis.
Verum quoque per dictionem, modo,
in hac parte per huius legis cõditorem
adhibitam.

Cuius natura ea eſt, vt conditionem
inducat ad notata per Bart. in l. quibus
diebus.§.fin.ff.de condit. & demonſtr. in
4 l.1.C.de falſa cau.adiecta leg.& per Ca-
noniſtas in cap.verum.de condit.appoſ.
& pro inde cum forma ſit adimplenda in
5 forma ſpecifica. l. męuius. & l. qui hęre-
di.ff.de condit. & demonſtr. ſequitur, ꝙ
deficiente remiſſ. deficiat adhuc indul-
6 tus huius beneficium ex defectu condit.

SVMMARIVM.

1 *HVc vſque pertractatum eſt de Principis indulgentia circa delicta, eorumque pœnas.*

Ad huc decernimus, & ordinamus quoſcunq; tam publici, quàm priuati delicti cauſa in carceribus detemptos ex ipſis carceribus illos relaxari debere.

CAPVT LI.

2 *In præſenti parte incipit pertractare circa res pecuniarias.*
3 *Detempti in carceribus tam ex publico quàm ex priuato debito relaxandi ſunt.*
4 *Dictio, ex, importat cauſam immediatam.*
5 *Carcerati pro debito num ſtatim ſint à carceribus relaxandi.*
6 *Captura non eſt ſolutio, ſed compulſio.*
7 *Carcer non ſoluit, ſed burſa.*
8 *Carcer num differat à ſeruientibus.*
9 *Seruientibus non datur facultas recedendi.*
10 *Interdictum delibero homine exhibendo quarè à iureconſulto propoſitum.*
11 *Libertas eſt inextimabilis.*
12 *Carcer eſt ſpeties torturæ.*
13 *Carcer ſub quæſtionis verbo num contineatur.*
14 *Carcer dicitur mala manſio, & de ratione num. ſequenti.*
15 *Immunditiès in carceribus reperitur.*
16 *Carcer eſt locus horribilis.*
17 *Corpus per carcerem affligitur.*
18 *Carcerati immenſorum cruciatuum ſupplicia luunt.*
19 *Carcer cruciatus dicitur.*
20 *Carcer eſt ſepultura viuorum, conſumatio bonorum, conſolatio inimicorum, & experientia amicorum.*
21 *Carcer non ad pænam, ſed ad cuſtodiam inuentus.*
22 *Carcer aliquando in pænam datur.*
23 *Carcer perpetuus morti æquiparatur.*
24 *Princeps inuictiſſimus quarè carceratos por debito excarcerari mandauit, exequitur.*
25 *Debitum publicum in præſenti materia dicitur, quod non reſpicit commodum burſale fiſci.*
26 *Carcerati pro debito fiſci ſi fuerint liquidi debitores non ſunt relaxandi.*
27 *Principis mos eſt in cuiuſque iniuriam beneficia nequaquam tribuere.*
28 *Præſens diſpoſitio num in creditorum præiuditium ſancita dicatur, & nu. 30.*
29 *In mora modici non eſt magnum damnum.*
31 *Ouidij poemata recenſentur.*
32 *Dilatio perpetua à Principe conceſſa graue partibus infert præiuditium.*

1 VIdimus hucuſquè de Regis inuictiſſimi indulgentia circa delicta, eorumquè pęnas abolendas, in quibus pluradem õſtrauimus, ex quibus eiuſdẽ Principis munificentia liquebat.

2 Reliquum erat, vt præterea ſuã exerceret liberalitatem quòad res, & bona, ſicquè circa res pecuniarias, mirum igitur non erit, ſi mandat ex carceribus re-
3 laxari quoſcunq; in carceribus detemptos tam ex cauſa publici debiti, quàm priuati.

Iſtudquè mandat inquiens ex ipſis
4 carceribus relaxari debere, adhibendo dictionem, ex, quæ dum importat cauſam immediatam. l. ex eo tempore. §. fin. ff. de procur. l. ſocium, qui in eo. ff. pro ſoc. l. ex incendio. ff. de incend. ruina, & naufr. Bart. in l. vnica. num. 1. C. ſi ſeruus exter. idem in l. non dubium. col. 2. C. de legib. Doct. in l. ex hoc iure. vbi Bald. Iaſ. & alij. ff. de iuſtitia, & iure. idem Iaſ. in l. ſi conſtante. num. 12. in fine. & nume. 14. ff. ſolut. matrimon. idem Bart. in l. prętor ait. §. quid de fructibus. in fine. ff. de Bon. auth. iudic. poſſid. & in l. cum filius hæres meus. numero ſecundo. ff. de leg. ſecundo. Dec. in l. qui iuriſdictio. ff. de iuriſdict. omn. iud. numero 23. & in conſ. 539. numero 9. & in conſil. 626. incip. ad dubium. numer. 3. & in conſil. 69. incip. in inclita. nnmero 3. & Pariſ. in cõſil. 20. incip. pro vera. numero 38. & ſequ. volum. ſecundo, & conſil. 47. numero. 85. vol. 3. & conſil. 9. numero 44. volum. 2. ope-

5 operatur, vt carcerati pro debito publi-
co, & priuato ſtatim debeant à carceri-
bus relaxari.
6 Et iuſtè quidem, nã ſiuè debitum ſit
publicum, ſiuè priuatum, ſicut captura
non eſt ſolutio, ſed compulſio, vt dixit
Bal. in l. 1. in fine. C. de iuris, & facti
ignor. recenſitus per dominum Præſi-
dem de Franchis. in deciſ. 200. num. 3.
7 ita carcer non ſoluit, ſed burſa, ſicuti
tradidit idem Bald. in c. dilectus. col. 2.
de appell. & Cardin. Alex. ibidem. col.
2. quorum meminit Hyp. de mars. in
rub. ff. de fideiuſſ. num. 379. verſ. pro
quo facit, & ob id Rex noſter à carceri-
bus relaxari iubet.
8 Carcer enim non multum diſtat à
9 ſeruientium ſpetie, quibus non datur fa-
10 cultas recedendi. l. 2. ff. de lib. hom.
exhib. ideòque iureconſultus inter-
dictum de libero homine exhibendo
11 propoſuit, ne homines liberi retinean-
tur à quoquam. l. 1. ff. eod. titulo. ratio-
ne tuendæ libertatis, quæ inextimabilis
12 eſt. l. libertas. ff. de reg. iur. cum alijs
per Carroc. adductis in caſu 86. num.
6. eſtquè ſpetics torturæ, cum quæſtio-
13 nis verbo ea, quam malam manſionem
dicunt, contineatur, Vlpianus in l. item
apud labeonem. §. quæſtionis verbo. vbi
Accurs. in verſ. dicunt. ff. de iniur.
idem in l. ſi hominem. ibi, ac propterea
14 vinctum, vel ad malam mãſionem exten
ſum. ff. depoſ. diciturquè mala manſio,
15 vt ex predictis tex. colligitur, ne dum
propter libertatis priuationem, & con-
uerſationis, & propter immunditiem,
quæ in carceribus reperitur, arg. tex. in
l. ſi quis in ea culpa. C. de cuſt. & exhib.
reorum. in illis verbis, quo dignus clau-
16 ſtris carceris, & cuſtodiæ ſqualore vi-
deatur. propter quæ Bald. in titulo de
carceribus c. 1. num. 2. verſ. nam car-
cer eſt. dixerit eſſe locum horribilem,
17 verum quoque, quia corpus affligi-
tur, vt dixit Ang. in conſilio 213. in-
cip. viſo præfato. relatus per addentes
ad Ang. de maleſ. in ver. qui iudex di-
18 ctum Caium. num. 4. litera. E. hi enim
qui diu priuati ſunt auræ communis
hauſtu, & lucis aſpectu immenſorum
cruciatuum ſupplicia luunt. inquit Im-
per. in l. omnes C. de pænis, immò cru-
19 ciatum patiuntur, cum carcer cruciatus
dicatur. c. nulli dubium. 3. q. 1. facit tex.
in l. licet. in fine. ff. nautæ caup. ſtabul. ex
20 quo eſt ſepultura viuorum, conſumatio
bonorum, conſolatio inimicorum, & ex-
perientia amicorum, vt admonuit Fa-
rin. in tit. de carceribus, & carceratis. q.
27. numer. 1. qui in omnium ore præfata
quotidie verſari teſt. ad ea allegans Bal.
in l. ſi clericus. col. 2. verſic. primo quæ-
ritur poſt numerũ 6. C. de Epiſc. & cler.
idem in l. 1. numer. 6. C. qui ad libert.
peruen. non poſſ. Marſil. in conſil. 29.
incip. ſolamen omnium, numer. 34. & in
conſil. 125. incip. eternæ lucis. numero
17. verſic. immò carcer dicitur, & in
pract. crim. in §. attingam. numero 28.
& 30. Boſſ. in tit. de carcer. numero 1.
Maſcard. in tract. de probat. libro pri-
mo. concluſ. 267. num. 6. & eſt commu-
nis opinio, vti teſtatur Farin. loco præ-
citato poſt plures recenſitos ex mente
Soarez in libr. recept. ſententiarum in
verſ. Carcer. num. 13.
Qui licet non ad pęnam, ſed ad cuſto-
21 diam inuentus ſit. l. aut damnum. §. ſo-
lent. ibi, carcer enim ad continendos
homines, non ad puniendos haberi de-
bet. ff. de pęnis. Iaſ. in l. ſi victum. num. 1.
ff. de re iud. Dec. in conſil. 73. incip. præ-
ſtantiſſimè. col. fin. Pariſ. in conſil. 2. in-
cip. & ſi eſſe iudeum. numero 148. vol. 4.
Boſſ. in præcitato tit. nume. 2. Menoch.
de arbitr. Iud. libro ſecundo cent. 4.
caſu 305. numero 2. Gomeſ. in tomo 3.
variarum reſolutionum. tit. de captura
reorum. numero 6. verſic. quia carcer.
eſtq; communis opin. Doct. in d. §. ſolent
vt edocet Farin. loco præmonito. nume.
95. cum ſequ. Aliquando tamen in pę-
22 nam. d. l. ſi quis in ea culpa. Farin. tam in
d. loco. num. 104. quàm in tit. de delictis,
& pęnis. quæſt. 19. num. 19. cum ſeq. Ma-
23 ximè ſi carcer perpetuus ſit, qui dum
morti æquiparatur ſecundum Farin. in
ſæpe mentionato loco. num. 104. non ad
cuſtodiam, ſed ad pęnam erit.

24 Et ideò promptior fuit Rex noſter ad
demandandum, quòd excarcerentur de
bitores, tam pro debito publico, quàm
priuato.

Et verè qnidem magna fuit Regalis
25 largitas, ac munificentia, ſiquidem ſi ad
debitum publicum attinet, quod quidẽ
in præſenti materia interpetrãdum erit
illud eſſe, quòd non reſpicit commodũ
burſale fiſci, ſecundum Bart. in l. ambi-
tioſa. col. 5. verſic. nec obſtat. ff. de decr.
ab ord. faciend. mentionatus per Domi-
num Præſidem de Franchis in deciſ. 317
num. 7.

Er ſi fiſci burſale commodum reſpiee-
ret, dum mandauit carceraros detem-
26 ptos relaxari, liberalius id ſanxit, cum hi,
qui liquidi eſſent debitores, ſi eſſent car-
cerati pro debito ad fiſcum ſpectante
non eſſent relaxandi, ſed cogendi, vt ſol-
uant. ſecnndum doctr. Baldi in l. ſed ſi is.
in 2. lectura. in fine. ff. de in ius voc. ſcri-
pſit Foller. in pract. crim. in verſic. vel
carcerentur. num. 10. in fine. verſic. ter-
tius eſt caſus. recenſuit Farin. in d. tit. de
carceribus, & Carcer. q. 33. num. 11. Vn-
de ex hoc conſpicitur Summi Regis no-
ſtri benignitas.

Quod ſi ad priuatum debirum ſpecte-
mus vtique adhuc eius munificẽtia cla-
rè conſpicitur, ex quo, licet Princeps
27 nolit in præinditium, & intereſſe tertij,
quicquam ſtatuere, cum in cuiuſquã in-
iuriã beneficia tribuere moris non ſit no
ſtri. l. nec auus. C. de emancip. liber. cum
ſimilib. tamen adhuc in carceribus de-
temptos tam pro debito publico, quã
priuato à carceribus relaxari iubet.

28 Quam quidem ſanctionem in præiu-
dicium creditorum non eſſe, vel parum
obeſſe conſideramus, tum quia pet cau-
tionem per carceratos præſtandam ijs
cautum eſt, vr in ſequenti parte liquet,
cum quoque quia moratoria concedi-
29 tur præſcriptio temporalis, ob quod in
mora modici nõ eſt damnum magnum.
30 l. ſi debitori. ff. de iudic. ſaltim præſum-
ptiuè, vt aduertit Accurſ. in eod. tex. ver
ſic. damnum. recenſens Ouidij poema-
31 ta dicentis, Omnia ſunt hominum te-
nui pendentia filo.

Et ſubito caſu quæ valuere ruunt. &
32 ideò hoc voluit.

Quod ſi non temporalis, ſed perpe-
tua eſſet dilatio tunc ſecus, cum id ſine
graui partis diſpendio conuelli non poſ
ſet. l. quocies. C. de præcib. imper. offer.
ex quacunque igirur parre quanta Re-
gis noſtri inuictiſſimi liberalitas fuerit
ſatis lucidè fundatum eſſe, credimus.

SVMMARIVM.

1 *Debitores ex cauſa publica non ſunt moleſtandi perſonaliter per duos mẽſes, ex cã priuata per quatuor mẽſes.*

2 *In mora modici non verſatur magnum damnum.*

3 *Iura creditorum num remaneant integra, & illæſa per dilationem conceſſam.*

4 *Moleſtia perſonalis differtur per hunc indultum.*

5 *Quare minus tempus conceditur debitoribus ex cauſa publica, quàm ex cauſa priuata, ratio per authorem differitur.*

6 *In debito priuato conſideratur intereſſe particulare.*

7 *Princeps aut non concedit in præinditium tertij, aut cum modico præiuditio.*

8 *Cauſa publica num arbitranda ſit illa, quæ reſpicit commodum burſale fiſci.*

9 *Ius fiſci facilius remictitur, quàm partis.*

10 *Debitum vniuerſitatis num pertineat ad ſingulos ciues vti ſingulos, an verò vti plures.*

11 *In debitore ex cauſa priuata non conſideratur tanta ratio, quanta in debitore ex cauſa publica.*

Quos omnes, & alios quoſcũque debitores ſi ex cauſa publica intra duos menſes proximos; ſi verò ex cauſa priuata intra quatuor menſes perſonaliter moleſtari præſenti edicto ꝓhibemus.

C A-

CAPVT LII.

1 SVperior indulgentiæ
caſus reſtringitur per
Regem noſtrum inui-
ctiſſimum hoc in loco,
quoniam vult debito-
res ex cauſa publica
perſonaliter non mo-
leſtari intra duos menſes, ex cauſa tamẽ
priuata intra quatuor menſes.

Ex quo reſultat, quòd dum excipitur
perſona, ſed non bona, ſuper quibus nõ
impediuntur creditores agere contra
ſuos debitores, quòd debitores ex cau-
ſa publica non valeant moleſtari intra
duos menſes, & ex cauſa priuata intra
quatuor menſes nullum, aut paruum pa-
ratur creditoribus præiudiciũ, tum, quia
2 in mora modici non verſatur magnum
damnum. l. ſi debitori. ff. de iudic. cum
3 quoque quia per dilationem non ſunt
ſublata iura creditorum.

Quorum quidem iura adhuc integra,
at illęſa remanere certum eſt, non ob-
ſtante dilatione arg. tex. in l. ſicuti. §. non
4 videtur. ff. quib. mod. pign. vel hyp. ſolu.
cum non fiat aliud, quàm quod differtur
moleſtia perſonalis, ideòq; libentiori
animo fuit hæc modica dilatio conceſſa
debitoribus per Regem noſtrum inui-
ctiſſimum modo quo ſupra.

5 Cuius deciſionis ratio ea poterit eſſe,
quarè minus tẽpus concedatur debito-
ribus ex cauſa publica, q̃ ex cã priuata,
6 minus. n. tẽpus concedendũ erat credi-
toribus ex cauſa priuata, q̃ ex cã publi-
7 ca, ſiquidem in debito ex cauſa priuata
conſideratur intereſſe particulare vniuſ-
cuiuſque, in cuius pręiudicium Princeps
aut non concedit, aut cum modico eius
præiudicio diſponit ad tex. in d. l. 2. §. ſi
quis à Principe. & §. meritò. ff. ne quid in
loco publico, & ideò minus tempus di-
lationis impartiendum videbatur, at in
debito ex cauſa publica maius tempus
8 poterat faciliter concedi, cum iſta cau-
ſa publica, aut arbitranda ſit, quod ſit
9 illa, quæ reſpiciat commodum burſale
fiſci, & tunc, quia facilius remictitur ius
fiſci, quàm partis. Bald. in l. quicunque.
col. 8. C. de ſeru. fugit. de quo meminit
Affl. in conſt. ſi quis rapere. nume. 11. in
fine. maius tempus poterat concedi.

Aut non reſpicit commodum burſa-
10 lé fiſci, & quod ſit verè debitor ex cauſa
publica, & tunc ex quo iſtud debitum
eſt vniuerſitatis quod ad omnes ciues per-
tinet non ſingulos vti ſingulos, ſed vti
plures. argum. tex. in l. quod maior. vbi
Doct. ff. ad municip. multò magis erit
affirmandum potuiſſe minus ſtatui tem-
11 pus talibus debitoribus.

Verum his non obſtantibus rectè ſic
ſancitum eſſe affirmamus, cum in debi-
tore ex cauſa priuata non conſideretur
tanta ratio, tantuſque fauor, quantus,
quantauè in debitore ex cauſa publica
viget, in qua ſicuti multa fauore cauſæ
publicæ à iure introducta patẽt, ita hoc
in loco, & hic fauor ſtatutus eſt in debi-
torum beneficium, vt minor dilatio con
cedatur fauore cauſæ publicæ. Hancquè
rationem forſitan fuiſſe huius edicti fa-
cilè arbitramur.

SVMMARIVM

1 *DEbitores carcerati non ſunt aliter relaxandi, niſi præſtita cautione de redeundo ad carceres finito tempore ab hoc indultu determinato, vel de concordando creditores.*

2 *Indultus hic num inducat conditionem, ac limitationem partis præcedentis.*

3 *Dictio, ita tamen, reſtringit, ac determinat præcedentia.*

4 *Dictio, ita tamen, num veniat declaratiuè, & in argumentum.*

5 *Dictio, ita tamen in præſenti materia num ſumenda ſit reſtrictiuè.*

6 *Fideiuſſio in præſenti caſu num præſtanda ſit in vim modi, an verò in vim conditionis num. 8.*

7 *Dictio, ita tñ, num ſumatur in vim modi.*

9 *Fideiuſſio per hunc indultum requiſita num per æqui pollens præſtari poſſit.*

10 *Diſpoſitio conditionaliter appoſita eſt adimplenda in forma ſpecifica.*

11 *Fi-*

11 *Fideiuſſione non præſtita debitores carcerati num ſint à carceribus relaxandi.*

12 *Fideiuſſio in præſenti materia num iudicis officio præſtanda ſit parte non opponente.*

13 *Accurſii ſcholium in l. vniuerſa. C. de precib. Imp. offer. adducitur in medium.*

14 *Pars num debeat poſtulare fideiuſſionem in caſu l. vniuerſa.*

15 *Dilatio per indultum conceſſa debitoribus eſt in eorum fauorem introducta.*

16 *Inducta in fauorem non ſunt retorquenda in odium.*

17 *Stante debitoris inopia dilatio euadit peremptoria iuris creditoris.*

18 *Ius iniquum non debet ſtatui.*

19 *Fideiuſſio Principis beneficio debita fit ad ſecuritatem ipſius creditoris.*

20 *Satisdatio in caſu l. vniuerſa num poſſit remitti per reſcriptum.*

21 *Principis reſcriptum dilationem concedens num valeat, ſi non præſtetur cautio.*

22 *Dilatio poteſt concedi à teſtatore, à l. à Principe, à Iudice, & à pacto.*

23 *Stante l. indulgentia ſi quis non poterit ſatisdare num ſtetur iuratoriæ cautioni.*

24 *Diſtinctio in medium affertur per authorē pro præſentis quæſtionis reſolutione.*

25 *Fideiuſſio per creditorem à debitore intra terminum petita præſtari debet.*

26 *Quid ſi petita in termino, ſed præſtita poſt terminum num proſit in præſenti materia indultur.*

27 *Quando requiritur aliquid pro forma ad eſſe rei, ſi ommittatur, actus non valet ipſo iure.*

28 *Requiritur quandoque aliquid ad confirmationem rei in eſſe producta.*

29 *Aliquando quid requiritur ad effectum, ſeu vtilitatem conſequendam.*

30 *Forma ſubſtantialis facit actum non valere ipſo iure.*

31 *Forma accidentalis ipſo iure non viciat.*

32 *Forma ſubſtantialis aduenit rei exiſtenti in potentia.*

33 *Forma accidentalis aduenit rei in actu exiſtenti.*

34 *Res in actu exiſtens difficilius reſcinditur, quam à principio impediretur.*

35 *Fideiuſſio per creditorem petita, ſed non præſtita per debitorem num iudicis officio exigenda ſit.*

36 *Iudicis officio cogendus eſt debitor fideiuſſionem præſtare.*

37 *Iudex creditorum factum debet adimplere.*

38 *Iudex de rigore parte non opponente non poteſt cogere debitorem ad præſtandam fideiuſſionem.*

39 *Parte non opponente effectus huius indultus num reſoluatur ob fideiuſſionem non præſtitam.*

40 *Actus num valeat, quando l. iubet, quod interueniat aliqua ſollemnitas tempore contractus, & aliter fiat.*

41 *L. quando iubet aliquam ſollemnitatem adhiberi poſt actum perfectum, ſi non adhibetur num actus reddatur nullus.*

42 *Fideiuſſio ab hoc indultu num requiratur in ipſo actu, diſcutitur.*

43 *Indultus iſte non debet reddi eluſorius.*

44 *Num ſufficiat cautio in præſenti materia an verò requiratur fideiuſſio.*

45 *Maior eſt cautio cum fideiuſſoribus, quã cum pignore.*

46 *Cautionis verbum à l. ciuili prolatum num intelligendum de nuda cautione ſine fideiuſſore.*

47 *Lex, aut ſtatutum requirens fideiuſſorem tunc fideiuſſor præſtandus eſt.*

48 *L. vel ſtatuto ſtandum eſt tanquam Bonienſis carocio.*

49 *In expreſſis non indigemus coniecturis.*

50 *In hoc indultu requiruntur fideiuſſores, quid autem ſi non expreſſiſſet, num. ſeq.*

51 *Si lex requireret ſufficientem cautionem num præſtanda ſit cum fideiuſſoribus.*

52 *Rex noſter ſuam impartitus eſt liberalitatem in debitores; verum reſpexit creditorum ſecuritatem.*

Ita tamen, quod carcerati vt ſupra relaxandi præſtẽt idoneã fideiuſſionem de redeundo ad carceres finito prę dicto tempore, vel de concordando ſuos creditores.

CA-

CAPVT LIII.

1 SVperior dilatio debitoribus impartita hoc
in loco conditionem
recipit, & limitationem,
cum hìc decretũ
ſit, eos tunc demum
relaxandos eſſe, ſi præ
ſtent idoneam fideiuſſionem de redeundo
ad carceres finito tempore ab hoc
indultu determinato, vel de concordãdo
ſuos creditores verbis tamen ſuperius
adductis.

Ex quibus illud priore loco colligi-
2 mus, hanc partem inducere conditionẽ,
ac limitationem.

3 Inducet quidem cõditionem, ex quo
diſponit huius indultus conditor per
dictionem, ita tamen, cuius dictionis
natura cum ea præcipua ſit, vt reſtrin-
gat, ac determinet præcedentia. l. Lucius
ff. ad ſenatuſconſult. Trebell. l. ita tamen
ff. de manum. teſt. l. fin. §. ſin autem quaſi
commodatur. C. de furt. cap. 1. §. in cau-
ſis appellationum. ibi tamẽ. vbi Odoffr.
de pace conſt. dixit Iaſ. in l. 1. in princ. ff.
ſi quis ius dic. non obtemper. in l. mora.
num. 7. in fine. ff. ſol. matr. Dec. in conſil.
521. incip. conſultus. num. 16. & in conſi.
527. incip. in ciuitate. num. 4. vbi latè. Pa-
ris. in conſil. 17. incip. potuit abſquè du-
bio. num. 19. & in conſil. 106. incip. circa
ſpeciale. num. 9. vol. 1. in conſil. 20. incip.
pro vera. numer. 47. & in conſil. 21. incip.
viſo teſtamento. num. 38. vol. 2. Socc. in
conſil. 49. incip. capio primum. col. 3. ver.
cum ergò. vol. 1. & in cõſil. 99. nu. 15. vol. 4.

4 Licet tamen aliquando veniat decla-
ratiuè, & ad augumentum, non autem in
diminutionem, vt per Bald. in l. 1. C. de
Epiſc. & cler. annotauit idem Paris. in
conſil. 90. incip. in præſenti cauſa. nume.
26. & 27. & in conſil. 92. incip. prima du-
bitatio. num. 33. & in conſil. 93. incip. po-
5 tuit procul dubio. num. 13. vol. 2. Soc. in
conſil. 241. incip. circa primam. col. pen.
& fin. vol. 2. & in conſil. 227. incip. in caſu
num. 6. Tamen ſequitur, quòd hoc in lo-
co ſumenda ſit reſtrictiuè cum ex vi, &
ſenſu reſultet, quòd excipiat, ac determinet
ſuperiora. l. neganda. C. qui accuſ.
non poſſ.

6 Inde hæc fideiuſſio per hanc indulgen
tiam requiſita non in vim modi præſtan-
7 da ſit, ſicuti dictio, ita tamen ſumitur in
l. 2. C. de donat. quæ ſub modo. in c. verũ.
de condit. appoſ. in l. vt reſponſum, & in
8 l. cum mota. C. de tranſact. Sed in vim
conditionis, eaq; conditionem inducat.
l. Iulianus. vbi glo. ff. de condit. & demon.

9 Vnde deſcendit, quòd hęc fideiuſſio
per hanc indulgentiam requiſitam ne-
10 ceſſariò præſtanda ſit in forma ſpecifica,
& non per æquipollens, ex quo vti con-
ditionaliter appoſita adimpleatur in for
ma ſpecifica, ad tex. in l. mæuius. & l. qui
hæredi. ff. de condit. & demonſtr. l. 3. C.
de inſtit. & ſubſtit.

11 Quod ſi ea non præſtetur, cum forma
ipſius indultus non ſeruetur. l. cum hi. ff.
de tranſact. non poſſunt indultus huius
beneficio gaudere, & ſucceſſiuè à carce-
ribus non debent relaxari, vt ex oculari
huius partis inſpectione dignoſcitur.

12 Quam quidem fideiuſſionem præſta-
re debet debitor iudicis officio, ac etiã
ſi creditor non opponat, idq; ex eo, nam
13 quamuis nos non lateat Accurſ. hoc diſ-
putaſſe in l. vniuerſa. C. de præcib. imper.
offer. Ex quo credimus præſentem de-
promptam fuiſſe partem, cum inibi di-
xerit Imperator, vniuerſa reſcripta quę
in debitorum cauſis ſuper pręſtandis di-
lationibus promulgantur non aliter va-
leant, niſi fideiuſſio idonea ſuper debiti
ſolutione præbeatur. in quo tex. Accur-
ſium dicimus hoc diſputaſſe, ac voluiſſe
reſcripta valere, quamuis fideiuſſio non
ſit præſtita, quod quonam pacto intelli-
gendum ſit paulò inferius demonſtrabi-
mus, ſed debitores eo non poſſe vti, ſi
14 aduerſarius poſtulet, perinde quaſi ſi nõ
poſtulet creditor, poſſit debitor à carce
ribus relaxari ex beneficio præſẽtis in-
dultus, arg. tex. in l. ſi conſtante. §. 2. ff. ſol.
matrim. Attamen in caſu præſentis in-
dultus contrarium affirmandum eſſe ex-
iſtimamus ex infraſcriptis.

Primo

15 Primo hæc dilatio debitoribus con-
ceſſa, eſt in eorum fauorem introducta,
nè moleſtentur per tempus ab hoc Prin
cipis induitu conceſſum, at ſi ea gaude-
rent debitores abſque fideiuſſione præ-
ſtita tale beneficium retorqueretur in
odium creditoris, ac in graue eiuſdem
16 intereſſe, hoc reſpuit Rex noſter inui-
ctiſſimus, vt in ſequenti parte dilucidè
conſtat, ergò nè introducta in fauorem
vnius retorqueantur in odium alterius.
l. quod fauore. ff. de legibus. concluden-
dum eſt debitorem cogendum officio
iudicis etiam ceſſante partis poſtulatio-
ne ad præſtādam dictam fideiuſſionem.

Secundo, & melius. ſi debitor gaude-
ret huius edicti beneficio abſque fideiuſ
ſione præſtita, ſequeretur ius iniquum
eſſe ſancitum contra creditores, quod
patet nam debitor vel poſſet interim
effici non ſoluendo, vel poſſet fugam ar-
ripere, vt interea laboraret inopia, ex
17 quib.' dilatio euaderet peréptoria iuris
ipſius creditoris contra tex. in l. quo-
cies. C. de precib. imper. offer. vt conſi-
derat Bald. in l. vniuerſa. nume. 3. verſic.
tertio caſu. & ex conſequenti eſſet ſtatu-
18 tum ius iniquum contra tex. in l. iniquū
ff. quod quiſque iuris cum læderetur cre
ditor cuius ſecuritas per hoc beneficiū
impediretur, vt ex tex. in d. l. vniuerſa
conſiderauit glo. & poſt eam Doct. com
muni calculo ibidem, ergò nè per prin-
cipem introducatur ius iniquum neque
ius partis perimatur, ſequitur officio iu-
dicis debitorem cogi debere ad præſtā-
dam dictam fideiuſſionem.

19 Tertio hæc fideiuſſio in hoc Principis
beneficio debita non fit ad alium finem,
niſi ad ſecuritatem ipſius creditoris, qui
grauatus in vno releuetur in alio, ac dā-
num nequaquam patiatur, vt conſiderat
Bald. in d. l. vniuerſa paulò poſt finem
numeri tertij.

20 Ob quam rationem Accurſ. alijquè
iurium interpetres, & in ſpetie Bald. in
d. l. vniuerſa. num. 4. in vnum conuene-
runt dicentes, ſatiſdationem, de qua in
d. tex. non poſſe remitti per reſcriptum.
21 Quin immo reſcriptum dilationem con
cedens non valet, niſi præſtetur idonea
cautio ſecundum eundem Bald. in d. l.
vniuerſa. nu. 1. verſic. noto. habens enim
dilationem tenetur ſatisdare, vt idem
Bald. aduertit loco. & numero præcita-
tis. Maximè in Principis beneficio. Bald.
in l. dedi. in princ. verſi. quędam eſt cau-
tio fideiuſſoria. ff. de cond. ob. cauſ. & in
22 d. l. vniuerſa. vbi ſub num. 3. tradidit.

Dilationem poſſe quem habere à te-
ſtatore, à lege, à Principe, à iudice, & à
23 pacto, ſecus verò ſi ex legis indulgentia,
nam tunc ſi non poteſt ſatisdare ſtabi-
tur iuratoriæ cautioni. auth. generaliter.
C. de Epiſcop. & cler. d. l. ſi conſtante. §.
quocies ff. ſol. matr. l. 2. §. ſi dubitetur. ff.
de iudic. not. per Accurſ. in l. 1. ff. qui ſa-
tiſd. cog & per Doct. in l. vſufructu. ff. de
vſufr. vnde, nè præiuditium caſuale, &
inopia trahatur ad periculum credito-
ris, dicendum iudicis officio debitorem
cogendum præſtare fideiuſſionem.

24 Verum pro huius q. reſolutione hæc
poſſumus conſiderare, ex quibus diffi-
cultas præſens explanata remanebit.
Quod aut quærimus, quando petitur à
debitore, aut verò ſi non fuerit petita à
debitore iudicis officio præſtanda ſit.

25 Primo caſu caſus eſt clarus, nam cre-
ditores ſiue petāt in termino, nam alias
reſcriptum non valeret in beneficium
impetrantis, ſicut placuit Baldo in d. l.
vniuerſa. num. 3. ſiuè fuerit petita in ter-
26 mino, ſed pręſtita poſt terminū, ex quo
iſta fideiuſſio requiritur ad finem ſecu-
ritatis ipſorum creditorum, & idcò ſuf-
ficit, quod interueniat etiam ex poſt fa-
cto, cum non requiratur, niſi ad certum
finem, & effectum. Bald. in l. quicunque.
C. de bonis quæ liber. Abb. Sicul. in cap.
cauſam, quæ. col. pen. verſ. vltimo quæro.
de iudic. voluit Affl. per plura in deciſ.
378 num. 3. cum ſeq. cum alijs congeſtis
per Vrſillum in præcitata deciſ. vtique
valebit gaudere delator huius indultus
per debitorem beneficio.

27 Pro quorum comprobatione ſubne-
ctimus Baldi theoricam. in d. l. vniuerſa.
num. 2. verſ. conclude, vbi tradidit, quod
quandoque requiritur aliquid pro for-

ma

28 ma adeſſe rei, quandoque ad confirma-
tionem rei ineſſe productæ, quandoque
ad effectum, ſeu vtilitatem conſequen-
dam.
29 Primo caſu inquit, quòd ſi omictitur
forma actus non valet ipſo iure, & ratio,
quia talis forma dicitur forma ſubſtan-
30 tialis. l. qui Romæ. §. flauius hermes. ff.
de verb. oblig. at in cęteris duobus ca-
ſibus ſecus eſſe affirmat dicens, valere
31 actum ipſo iure, quia talis forma dicitur
forma accidentalis, cuius defectus ipſo
iure non vitiat.
Subdit vlterius ex mente Ariſtot. &
32 Auerr. rationem præcędentis conclu-
ſionis eam eſſe, quia forma ſubſtantialis
aduenit rei exiſtenti in potentia, forma
33 verò accidentalis aduenit rei in actu exi
ſtenti, ideòque ſubiungit actum non va-
lere, quando deficit forma ſubſtantialis,
34 quia poſtquam res eſt in actu difficilius
reſcinditur, quàm à principio impedi-
retur. tradidit quoque in l. ſi cum inter
te. col. 2. C. quādo prouoc. non eſt neceſ-
ſe. in l. 1. verſ. extra quæro, quid ſi vnum
ſtatutum dicit, quod ſententia. C. quan-
do lic. 3. prouoc. & in rubr. C. de reſci.
vend. num. 2. mentionatus per Affl. in d.
deciſ. 378. num. 4.
35 Aut verò fideiuſſio non fuerit petita
per creditorem, nec præſtita per debi-
torem, quærimus, num poſſit iudicis of-
ficio exigi, ac præſtari, & tunc dicimus,
Quod aut loquimur de æquitate, aut
36 verò dę iuris rigore. ſi de æquitate, & tūc
iudicis officio debet debitor cogi ad
pręſtandam dictam fideiuſſionem, ne iu-
37 ra creditorum primantur, & vt credito-
rum factum is adimpleat. l. ſi ob cauſam.
ff. de euict. l. 2. C. ſi in cauſa iudicati.
38 Si verò de rigore iuris, & tunc ſi pars
opponat vtique cogitur præſtare fideiuſ
ſionem.
Ar parte non opponente concludi-
mus, quòd licet indultus, quò ad ſui va-
liditatem operatur effectum, ſi pars non
opponat, & ſic in aſtracto quatenus Prin
ceps generaliter concedat, quod ſi quò
ad debitores, ſicq; in concreto vtique
per viam exceptionis effectus huius be-
neficij reſoluitur, idquē ex doctr. Bart.
in l. 2. C. de canon. fruc. vrb. Romæ. lib.
12. & in l. cum lex. ff. de fideiuſſ. numer. 6.
verſ. ſed iuxta prædicta quæro. annotauit
Affl. in d. deciſ. 378. num. 6. in fine.
39 Pro cuius concluſionis cōprobatione
admonemus, quod quando lex iubet, ꝙ
aliqua ſollemnitas adhibeatur tempore
contractus, vel alicuiusuis actus, tunc ſi
aliter fiat actus non valet ipſo iure. d. l.
cum hi. ff. de tranſ. auth. hoc ius porre-
ctum. C. de ſacroſ. Eccl. l. obligari. §. fin. ff.
de auth. tut. l. hac conſultiſſima. C. de te-
ſtam.
40 Quandoque lex iubet aliquam ſollem
nitatem adhiberi poſt contractum, vel
alium quem actum perfectum, & tunc ſi
non adhibetur contractus nō eſt nullus,
ſed non habet effectum. ſic Bart. in d. l.
vniuerſa. num. 5.
14 Ex his modo arguamus, verum eſt, ꝙ
hæc fideiuſſio requiritur ab hoc indultu,
vnde aut dicimus, quod requiritur in
ipſo actu, & tunc ſi ea nō præſtatur actus
liberationis eſt nullus, aut verò nō requi
ritur in ipſo actu liberationis, vt in mate
ria fideiuſſionis præſtandæ vigore tex. in
d. l. vniuerſa aduertit Affl. in præcitata
deciſ. nu. 5. quod quidem in caſu noſtræ
indulgentiæ nullo pacto admictimus, ex
quo agitur de relaxatione debitorum à
carceribus, à quibus non debent relaxa-
xari, niſi prius pręſtita fideiuſſione de re
deundo ad carceres finito tempore, vel
42 de concordando creditores, ne hic in-
dultus redderetur eluſorius. ad tex. in l.
cum prætor. ff. de iud. & ex his ſubſiſti-
mus in primo caſu deſuper conſtituto
ex mente Bart.
Er quatenus eſſemus in hoc ſecundo
poſtremo caſu dicendum eſt, quod licet
actus liberationis non ſit nullus, tamen
caret effectu, & hoc ſufficiet, vt quis hu-
ius edicti beneficio non poſſit gaudere.
In ſumma requiritur fideiuſſio, nec
43 ſufficiet cautio, cum maior ſit cautio de
fideiuſſoribus, quàm cū pignore. l. quo-
cies. vbi Lucas à Pēna. C. de dign. lib. 12.
45 Etenim quamuis cautionis verbum à
lege ciuili prolatum intelligendum ſit
de

de ſimplici, & nuda cantione ſine fide-
iuſſore. l. ſancimus. C. de verb. & rerum
ſignif. vbi Doct. l. diuortio. §. interdum.
ff. ſolu. matrim. & ſi contrarium videatur
ſentire ibi Bart. per tex. in l. prætoriæ. ff.
46 de prętor. ſtipul. quod diſſeruit Viuius
latè in deciſ. 137. tamen quando lex, vel
ſtatutum requireret fideiuſſorem tunc
eius diſpoſitioni ſtandum eſt tanquam
Bononienſis Carrocio, vt ait gloſ. in l.
48 omnis diffinitio. ff. de reg. iur. cum in ex-
preſſis non indigeamus cōiecturis. l. cō-
tinuus. §. cum ita. ff. de verb. obligat. l. nō
aliter. ff. de leg. 3. Purp. in rubr. ff. de offic.
aſſeſſ. num. 154. Iaſ. in l. is cui bonis. num.
3. & 6. ff. de verbor. obligat. addentes ad
Alex. in conſil. 80. vol. 5. Tiraq. de legi-
bus connubial. glo. 8. num. 67. cum ſequ.
Rota Auin. in deciſ. 22. num. 11.

49 Ideòq; hoc in loco id minimè diſpu-
tandum, ex quo expreſſam, certamque
habemus Regis noſtri voluntatem.

50 Quinimmò ſi hic noſter indultus non
ſic apertè ſtatuiſſet requiri fideiuſſionē,
ſed requireret idoneam, ac ſufficientem
cautionem, vtiq; non ſufficeret ſimplex
cautio, ſed deberent dari fideiuſſores. l.
ſi mandato. §. fi. vbi glo. & poſt eam Bart.
ff. mand.

51 Immò, & quod plus eſt, ſi lex require-
ret ſufficiētem cautionem adhuc debet
præſtari cautio cum fideiuſſoribus, vt
conſuluit Oldradus in conſil. 68. incip.
nomine cautionis.

52 Ex his ergò concludimus Regem no-
ſtrum liberalitatem in debitores com-
municaſſe, verum adhuc reſpexiſſe cre-
ditorum ſecuritatem.

SVMMARIVM

1 *REX noſter in præſentis partis diſpo-
ſitione conformem ſe reddit diſpoſi-
tionis iuris communis.*

2 *Princeps nunquam cenſetur præiuditi-
um inferre.*

3 *Rex noſter quarè modicam conceſſit dila-
tionem debitoribus, redditur ratio*

Quibus omnibus nullum fieri præiudicium volumus.

CAPVT LIIII.

DVM Rex noſter inui-
ctiſſimus hoc in loco
1 decreuit creditoribus
nullum velle fieri præ
iudicium conformem
2 ſe reddit iuris com-
munis diſpoſitioni,
quo indictum eſt, vt Princeps nūq̄ cen-
ſeat tertio pręiudicium inferre, vt ſæpè
ſępius pluribus in locis admonuimus. c.
ex tuarum. de Vſupall. cap. ex parte. vbi
Panor. in 2. not. de decimis. Rota Auin.
in deciſ. 25. numer 6. addamus dicta per
Carau. in ritu 49. num. 16. ideòq; ſubiun-
xit, quibus omnibus nullum fieri præiu-
3 dicium volumus, & ob id Princeps mo-
dicam duorum, vel quatuor menſium di
lationem conceſſit, nam ex quo iura cre-
ditorum non perimit, ſed eorum execu-
tionem differt, modicum affert crediro-
ribus præiudicium iuxta Principis inui-
ctiſſimi iuſtiſſimiq; morem.

CA-

SVMMARIVM.

1 INDVLTVS hic excludit decoctores.
2 Indultus iſte excludit depoſitarios.
3 Indultus iſte excludit debitores Regis ex cauſa datiorum, aut redditũum ordinariorum, vel extraordinariorum.
4 Contra decoctores omnis coniectura fraudis creſcit.
5 Valet conſequentia eſt decoctor, ergò fraudator.
6 Si vnus ex ſocijs decoxerit alij ſocij non poſſunt dici fraudatores.
7 Decoctores dicti deceptores ſolent mentiri, & num. 8.
8 Barattores, & fidem fallentes ſunt ſimiles.
10 Arg. ab experientia validum in iure.
11 Decoctores ſunt faciles ad colludendum.
12 Decoctores dicuntur fraudatores à communiter accidentibus.
13 Præſumitur contra fallitos eos eſſe deceptores, & fraudatores.
14 Decoctores ſolent rationes intricare in necem creditorum.
15 Dolus malus præſumitur in decoctore.
16 De fide librorum, & rationum decoctoris dubitari poteſt.
17 Creditores decoctione ſecuta debent inſtare pro exhibitione librorum.
18 Fraudes decoctorum tot ſunt, quot vix dici poſſunt.
19 Confeſſio decoctoris num noceat, & num cõtra tertios poſſeſſores & num. 20.
21 Decoctus habetur pro abſente, & pro mortuo num. 22.
22 Dominium creditorum in bonis decocti nũ duret durante qualitate rupti.
24 Fallitι ſunt infames.
25 Falliti l. xii. tabularum graui pœna eſſent puniendi.
26 Falliti eſſent creditoribus tradendi, vt lacerarentur.
27 Falliti eſſent ſubijciendi ictibus plũbatarũ.
28 Pœna plumbatarum quæ ſit.
29 Decocti num poſſint ſollemniter teſtificari in iudicio, & quid in contractu. nu. 30. & de ratione concluſionis num. 31.
32 Salus eſſet mercaturæ in fraudulentos mercatores animaduertere.
33 Dolus nõ debet doloſos patrocinari, et n. 53.
34 Falliti multò magis fraudatores dici poſſũt, ſi cum alienis bonis aufugerint, quinimò, & fures appellandi ſunt num. 35.
36 Furtum num propriè ſit in præconſtituto caſu, & num. 37.
38 Nil melius eſt, quàm bona fides.
36 Decoctores diuerſimodè vocantur, & nu. 40. & 41.
42 Decoctione ſecuta omnis commiſſio, omneq; mandatum dicitur reuocatum.
43 Statu mutato non licet bonam fidem agnoſcere.
44 Ceſſionis beneficium eſt ſubſidium miſerorum, ſed non debet eſſe præſidium doloſorum, & num. 45.
46 Decoctores num gaudeant beneficio ceſſionis, quod quomodo intelligendum nu. 47. & 68.
48 Decoctores num gaudeant dilatione quinquennali, & num. ſeq.
49 Princeps non intẽdit partibus præiudicare.
50 Dilatio quinquẽnalis poteſt concedi à Principe, & à partibus num. 51.
54 Decoctus ob diuerſa infortunia num gaudeat dilatione quinquennali, & de ratione num. 55.
56 Decoctus nũ gaudeat dilatione quinquennali à creditoribus impartita, et de ratione num. 57.
58 Si vnus ex fabricenſibus decoxerit num omnes teneantur, & de ratione num. 59.
60 Filiusfamilias mercator ſi decoxerit num gaudeat beneficio ceſſionis, ex l. 2. C. quod cum eo, & de ratione num. 61.
62 Decoctores num gaudeant immunitate eccleſiæ, & num. 74.
63 Liber homo num poſſit pro debito carcerari.
64 Qui non poteſt capi pro debito ad eccleſiam confugiens non põt extrahi, et n. 65. et 66.
67 In omnibus caſibus, in quibus poteſt quis pro debito capi num in ijs poſſit extrahi ab eccleſia.
69 Securitas alicui conceſſa pro debito non extenditur ad debita ex cauſa delicti, et de ratione num. 80. & 71. & 155.
73 Dolus ab omni ſecuritate eſt excipiendus.
74 Creditor ante diem non poteſt agere, quid autem in debitore decocto nu. 75. & quid in debitore ſuſpecto de fuga, num. 76.
77 Tex. in l. vt pro quo, & tex. in Auth. hoc niſi

debitor C ſolut. num venditet ſibi locum in decoctoribus. & num. 78.

79 *Decoctores num habeant beneficium excuſſionis.*

80 *Mercatores decocti num teneantur precisè ſoluere in pecunia numerata.*

81 *Decoctores tunc liberantur, cum bona in ſolutum dantur.*

82 *Creditor eligens realem num prohibeatur redire ad perſonalem.*

83 *Decoctus num poſſit agere, vel cedere.*

84 *Decoctus non habet poſt decoctionem neq; velle, neq; nolle.*

85 *Pacta facta cum fallitis num valeant, & num. 86.*

87 *Creditores hypotecarij num teneãtur ſtare accordio falliti facto cũ alijs creditoribus.*

88 *In dubio num ſit fauendum creditoribus, & de ratione num. 89*

90 *Statutum loquens de occidente bannitum num comprehendat occidentem fallitum, & num. 91.*

92 *Depoſitary non gaudent huius indultus beneficio, & num. 116.*

93 *Ratio excluſionis ponderatur.*

94 *Depoſiti contractus eſt bonæ fidei, & nume. 95.*

96 *Depoſitum factum de re ablata apud dominum ignorantem num teneatur reſtituere.*

97 *Actio depoſiti eſt fauorabilis propter executionem paratam.*

98 *Plura circa depoſiti materiam apud Gomeſium.*

99 *Depoſitarius non debet ex ſua improbitate præmium recipere, & num. 100.*

101 *Vtens depoſito num teneatur ad vſuras.*

102 *Deponens num poſſit agere criminaliter cõtra depoſitarium, quod quo nam pacto intelligendum num. ſeq.*

105 *Furti num committatur, ſi depoſitarius credebat dominum permiſſurum.*

106 *Depoſitarius tenetur de dolo nedum præterito, ſed ſed futuro num. 107.*

108 *Pactum factum, quod depoſitarius non teneatur num valeat, & de ratione n. 109.*

110 *Non debet dari materia delinquendi.*

111 *Dolus num intelligatur remiſſus in remiſſione generali, & nu. 112.*

113 *Dolus futurus num poſſit remitti.*

114 *Depoſitarius num tenetur etiam de lata culpa, quod quomodo intelligendum num. 115.*

117 *Debitores Regis ex cauſa datiorum, aut reddituum tam ordinariorum, quam extraordinariũ excluduntur ab hoc indultu & de ratione num. 118. & 121.*

119 *Moratoria præſcriptio à Principe concedi ſolet abſq; graui partis diſpendio, niſi tamen ſit damnoſa fiſco, aut iuri contraria, num. 120.*

122 *Quis pro delicto non poteſt ab eccleſia extrahi, niſi ſit homicida, adulter, & virginum raptor. & num. 123.*

124 *Cautela templorum non nocentibus, ſed læſis datur.*

125 *Exactiones tributorum etiam intra templa poſſunt fieri.*

126 *Fiſcalium ratio cunctæ Reipublicæ eſt vtilis, & neceſſaria.*

127 *Fiſcus non debet tædi.*

128 *Reſcripta contra l. aut contra publicum facta pro non ſcriptis habenda.*

129 *Ratio publicæ vtilitatis conſideratur in præſenti caſu per authorem.*

131 *Vtilitas publica priuatæ eſt præferenda etiã quod priuatam contineat, & num. 130.*

132 *Ratione publicæ vtilitatis aliquid fit, quod alias non fieret.*

133 *Fiſcus pro vtilitate communi pecuniam vult.*

134 *Princeps omnia refert ad communem vtilitatem.*

135 *Caſus hic ſi à Principe non fuiſſet expreſſus, num de iure debuiſſet intelligi.*

136 *In generali ſermone ſemper videtur excepta perſona loquentis.*

137 *Principis perſona ſemper videtur excepta in quacunq; diſpoſitione.*

138 *In quocumq; iuramento cenſetur excepta perſona ſuperioris.*

139 *Promittens Principi accomodare arcem contra omnem hominem mundi num teneatur illam accomodare contra ſeipſum, & quid ſi promiſiſſet etiam contra ſeipſum accomodare, numer. 140. & de ratione num. 141.*

142 *Quis non poteſt ſeipſum ligare.*

143 *Statuentes in dubio num videantur ſe ipſos ligare.*

144 Prin-

144 Princeps num videatur concedere priuilegium contra ſeipſum, et de ratione n. 144. & 146.
147 Conceſſio generalis reſtringitur ad ciuilem modum, & non ad perniciosum concedẽti, nec in alterius incommodum num. 148.
149 Fiſcus dicitur perſona repreſentata.
150 Perſona repreſentata non comprehenditur ſub quauis diſpoſitione, niſi expreſſè dictum ſit.
151 Vniuerſitas num ſit perſona repreſentata.
152 Princeps, & Fiſcus idem ſunt.
153 Princeps num poſſit reuocare diſpoſitionẽ In eius præiudicium factam.
154 Saluus conductus à Principe conceſſus eſt omnino ſeruandus in beneficium delinquentium.
155 Saluus conductus conceſſus debitoribus eſt ſeruandus. quod fallit in debitoribus ex cauſa delicti num. 156. & num. 69. cum ſequ.
155 Debita Fiſcalia non comprehenduntur ſub Saluo conductu dato; quod originem non ſumpſerint ex delicto. & de ratione num.
159 Ratione delicti benef. quod cum eo non habet locum, ſicuti in actione rerum amotarum num. 160.
162 Debitores datiorum, vel reddituum non ſoluentes conſtituuntur in mala fide ob moram contractam.
163 Quando quis poteſt ſoluere, & non ſoluit, vel dolo ſeverit, quod non poſſit ſoluere dicitur conſtitutus in mora.
164 Debitor Fiſcalis contumax in non ſoluendo poteſt carcerari.
165 Omne ſecuritatis beneficium non poteſt prodeſſe doloſis.
166 Securitas conceſſa non extenditur ad debitores ex cauſa affictus, & locationis.
167 Princeps aliter coercet vnum diuitem, aliter vnum pauperem, & aliter vnum fidelem gabellotum; & aliter vnum infidelem gabellotum.
168 Ex fide nedum ex facultatibus quis iudicandus idoneus.
169 Datium eſt nomen generale
170 De Datijs nulla ſit mentio in Iure.
171 Datium in ſpecie conſideratum quid ſit.
172 Datium idem eſt, quod vectigal.
173 Datia regalia ſunt gabellæ.
174 Recuſans ſoluere datia, & gabellas peccat mortaliter, quod quomodo ſit intelligendum nu 175 & 176.
177 Gabella eſt munus ordinarium, & nu. 178.
179 Munera ordinaria quæ ſint.
180 Munera extraordinaria quæ ſint.

Exceptis tamen decoctoribus, & Depoſitarijs, & alijs qui datiorum, aut reddituum noſtrorum ordinariorum, vel extraordinariorum cauſa debitores inueniũtur, quos hoc decreto includi nolumus.

CAPVT LV.

HIC vltimus caſus à clementiſſimi Regis noſtri munificentia excluſus tria in ſe continet capita, quæ decreuit poſtremò ab hoc edicto penitus ſecludi.
1 Primum
2 conſtituitur in decoctoribus, Secundum
3 in depoſitarijs, Tertium in alijs, qui datiorum, aut reddituum noſtrorum ordinariorum, vel extraordinariorum cauſa debitores inueniuntur.

Ad primum itaq; caput redeundo dicamus, illam fortaſſe rationẽ adduci poſſe;
4 Quod ex quo contra decoctores omnis conlectura fraudis creſcit, vt inquit Bald. in conſ. 382. Incip. in quæſtione Millarij num. 18. volu. 5. Caccialup. De Debitore ſuſp. qu. 1. num. 13. Boer in deciſ 215. num. 15. & poſt eos Benuen. Sracca. in tract. De
5 Decoct. part. 3. in princ. & Rota Genuenſ. in deciſ. 17. num. 14. Adeò, vt valeat conſequentia, eſt decoctor, ergo fraudator; Decoctorem enim fraudatorem edictum vocat. Secundum eundem Bald. in d. conſ. 382. num. 19. innuit Iureconſultus in l. ſi hominem §. quoties. iuncta l. ſequ. ff. Depoſ. Accurſ. in l. Imperatores. verſ. fraudatori ff. de Curat. bonis dando. declarat Strac-

ca in præcitato loco nu. 22. & 23. ob id
fortaſſe Rex noſter excludit horum ho-
minum genus ab eius Indulgentia.
6 Non tamen ex his conſequitur, vnus
ex ſocijs decoxit, ergò alij ſocij frauda-
tores dici poſſunt, ſi tamen culpa carent.
Anchar. in conſ. 400. incip. de iure com-
muni. Curt. Senior in conſ. 122. Pariſ. in
conſil. 94. Incip. ſpectabiles nu. 62. vol. 1.
7 Horum autem ratio illa ſit, Quia decoc-
tores dicti deceptores, & fraudatores.
Secundum Bald. in præmontio conſ. nu.
8 20. ſolent mentiri vel faciles ad mentien
dum, ſicuti edocuit idem Bald. in conſil.
400. Incip. in libris Theſaureriæ nu. 30.
vol. 5 relatus per Caccialup. in d. p. 1. col.
fi. in principio verſ. illud ſcio. recenſitus
per Boer. in d. deciſ. 215. num. 5. Idq; ex
9 eo, quia ſimiles ſunt barattores, & fidem
falientes. Alber. de Roſ. in l. ſtipulatio §.
ſiue autē, col. 2. de noui oper. nunc. Quod
comprobat Stracca loco propè mentio-
nato n. 55. verum eſſe per experientiam,
10 A qua argumentari poſſe inibi firmauit
per tex. in l. quam ſit. De elect. in 6. clem.
diſpendioſam. de iudic. ex qua adhuc fir-
mamus nedum eſſe faciles ad mentien dū
vti ſuperius innuimus, verum quoq; fa-
11 ciles ad colludendum ſicuti conſtat ex
tit. & mat. De his quæ in fraud. credit. &
ex tit. De colluſ. deteg. ſicq; declarat
12 Stracca in eod. loco num. 18. Dicunturq;
fraudatores, arguendo à communiter
accidentibus, cum falliti deceptores ſint
13 & fraudatores, hinc Bald. in d. conſ. 382.
nume. 20. dixit, præſumi contra fallitos,
eos eſſe deceptores, & fraudatores, om-
nibuſq; ineſſe, quaſi quod deceptio, &
fraus omnibus ſit communis, nec excuſa-
bitur quiſquam ex eis ob aduerſam for-
tunam. ad tex. in l. epiſtolam, in princ. ff.
ad Trebell. l. continuus §. illud, & §. cum
quis, ff. de verb. oblig. quod Bald. dictum
diſſeruit Stracca in ante dicto loco num.
19. cum ſequ.
14 Pro cuius cōcluſionis comprobatione
id poſſumus adducere. Quod, quia de-
coctores ſolent rationes intricare in ne-
cem creditorum tam in codicibus, quam
in aduerſarijs illoſq; interdicere, adul-
terare, ac turbare l. 1. §. fin. ff. de ſeruo
corrup. propterea deceptores, & frauda-
tores dici facilè concludendum.
15 Ob id admonuit Stracca in enunciata
parte 3. num. 25. Quòd, ex quo dolus ma-
lus in decoctore præſumitur l. ſumma
cum ratione ff. de pecul. l. quidam. ff. de
in rem verſo. vbi Glo. Iaſ. in §. ſi quis in
16 fraudem. num. 37. inſtit. de Actionibus,
ex quo de fide librorum, & rationum quis
dubitare poteſt, arg. tex. in l. ſi quis ex
argentarijs §. cogentur. ff. de edendo.
17 Creditores debent decoctione ſecuta
ſtatim initare pro exhibitione librorum
18 ratione fraudis vitandæ, Quæ, vt dixit
Stracca ſub nu. 36. eiuſdē part. 3. tot ſunt
quot vix dici, aut enumerari poſſunt, vt
ex traditis per ipſum in numeris præce-
dentibus liquidò colligi poteſt.
19 Ideò decoctoris cōfeſſio non nocet, ex
quo præſumitur fraudator, vt dixit Bal.
20 in d. conſ. 382. in fine. & multò minus ob
eſt, ſi emanatur contra tertios poſſeſſo-
res. Alex in conſ. 46. incip. circa primum
col. prima, vol. 5 Aff. in deciſ. 150. n. 36.
& recenſuit Rota Gen. in deciſ. 83. n. 12.
21 Inde eſt, quod, ex quo ruptus, ſiue de-
coctus habetur pro abſente l. Fulcinius ff.
ex quib. cau. in poſſ. eatur. dixit eadem
Rota Genuenſ. in deciſ. 91. nu. 26. Immò
22 habetur pro mortuo, vt inquit eadem
23 Rota Genuenſ. dominium creditorum in
eius bonis tam quæſitis, quam quæren-
dis, prout eſſet pirata. Sic ſenſit Socc.
in conſ. 262. incip. in cauſa. col. 8. verſ.
quinimò. vol. 2. receptus per eandem
Rotam Gen. in d. deciſ. 83. nu. 3. & 10.
24 In ſumma inquit Bald. in ſæpè ſæpius
mentionato conſ. 400. fallitos eſſe infa-
mes, prout etiam profeſſus eſt idem Bal.
in conſil. 249. incip. ſuper literis. volu. 1.
de quo meminit eadem Rota Genuenſ.
in deciſ. 2. num. 34 Stracca diſcutit in d.
25 par. 3. num. 2. & poſt eos Menoch. de Ar-
bitr. Iud. libr. primo cent. 1. quæſt. 99.
numer. 17. Adeo, vt more antiquiſſimæ
legis duodecim tabularum grauiſſima
pœna plectendi forent, nedum carceris
mancipatione, verum quoq; compedibus
quindecim ponderis vinciendas eſſe, et

Gellio

Gellio in lib. 20. noct. attic. cap. 1. admonuit Menoch. loco proximè citato num.
26 14. Quinimò eos creditoribus tradi lacerandos (ni Christianæ fidei religio resisteret) tradidit Glo. in l. 1. C. qui bon. ced. poss. Boer. tam in d. decis. 215. num. 5. quàm in decis. 262. incip. quod de vxore num. 4. & in decis. 109. incip. percutiens colu. vltima nu. 8. Hinc Theodo-
27 sius, & Valentinianus Imp. in l. quilibet. C. de decur. lib. 10. hos decoctores ictibus plumbatarum subijciendos esse constituerunt, quæ plumbatarum pœna, quæ
28 qualisq; sit, Menoch. in loco præmonito nu. 16. 17. adeundum delegamus pro eius explicatione.
29 Ex his descendit, quod non possunt testificari sollempiter in iudicio. & quod
30 plus est multò fortius in contractu. Secundum Bald. in d. consilio 400.
31 Cuius ratio illa subiungi potest, quia possent prælato die mentiri l. si creditor colludens C. de fals. l. Sein. ff. ad vellei. l. 1. §. editiones ff. de Edendo l. scripturas C. qui por. in pign. hab.
32 Iure igitur optimo inquit Stracca in d. p. 3. num. 8. Quod salus esset mercaturæ in fraudulentos mercatores animaduertere, Idq; propter eorum dolum, qui
33 dum interest, & versatur, non debet eos patrocinari, cum l. ipsum respuat d. l. eum, ma cum ratione ff. de pec. cum alijs de super citatis num. 15.
Hos ergo fallitos, & fraudatores superius non inconcinnè constituimus. Modò
34 subnectimus multò magis eos sic habendos esse, si qui ex eis cum pecunijs, aut cum rebus alienis, aufugientes, decoxe-
35 rint. Hoc enim in casu nedum fraudatores, verum etiam & fures appellitandi sunt, sicuti voluit Bald. in d. consil. 88. Vital. in Tract. Clausul. claus. 25. col. 4. ante finem, & diffusè pertractauit Boer. in d.
36 decis. 215. sub nume. 1. licet negandum minimè sit quod propriè furtum non sit arg. tex. in l. ait. prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. credit. Stracca in allegata part. 3. num. 6.
37 Verum enim verò, quamuis pro certo id non controuertamus, non per hoc tales non debent dici fures, cum aufugiēs cum re malum committat ratione rei
38 contrectatæ, ex quo contrectando facit furtum, nil enim melius est, quàm bona fides, secundum Glo. in l. a procuratore C. Mandati. Quam memoriæ demandādam inibi tradidit Stracca pro mercatoribus bonis, & contra falsos mercatores arripientes fugā cū pecunijs alienis.
39 Hisce consequens est, vt subdamus, Hos decoctores diuersimodè enunciari. Nam in Tuscia, & tota Italia appellantur mercatores falliti. Menoch. in d. casu
40 90. num. 13. Bart. autem eos vocat cedentes foro in l. singularia. concl. 2. vbi Purpur. num. 93. ff. Cert. pet. Stracca verò in d. part. 3. nu. 6. bancarupros, seu bancam
41 ruptam facientes nominari dixit.
42 Horum autem decoctorum decoctio si secuta sit illud in iure verum esse profitemur. Quod omnis commissio, commendatum, mandatum dicitur ex iuris dispositione reuocatum. l. si cum Cornelius ff. de solut. quem in fallitis allegat Bald. in l. rogasti. §. si tibi vers. si fugitiuos. vbi Dec. & Soc. ff. si Cert. pet. idem Bald. in l. pater. hæred. s ff. de testam. tut. Mantuanus Apophthegm. 225. incip. fuit hodie, Idē Bald. in l. quod Cassius ff. de Senat. Parisi. in cons. 96. num. 24. vol. 3. Caccialupi in Tract. præalleg. de Debit. susp. num. 5. tol. & enodauit latè D. de Aona in cons. suis institutione. num. 14.
43 Cuius conclusionis ea est ratio, quia statu mutato etiam bonam fidem non licet agnoscere in præiudicium tertij, quantò magis, quando fides est suspecta, & si quis ex argentarijs, vers. humiles, & deploratus. ff. de Edendo l. quia tutis ff. Mand. Bald. in d. cons. 400. num. 4.
Verum, cum præfata ita demonstrent in mercatore decocto considerari dolū, Ratione cuius plura in eorum odium statuere iuris interpretes, Proinde aliqua ex illis, hoc in loco commemorare non minimè pigebit.
44 Quorum primum est, Quod licet cessionis beneficium sit subsidium miserorū,
45 Tamen, quia non debet esse præsidium dolosorum l. fin. §. fin. ff. quæ in fraud.

crep.

46 cred.l.pen. ff. de iure dot. ob id decoctores non gaudent eiuſdem ceſſionis beneficio l. ſed ſi ex parte §.interdum ff.quod cum eo.Glo.in d.l.fin.§.fin. ff.quæ in fraud. cred. tradidit Bald. in d.conſ.400. nu.51 & in conſ.400.incip.quod Iacobus.vol.1. edocuit Bart. in l.alia §.eleganter.in fine ff.ſol.matr. quem ſecutus eſt Iaſ. in §. fin. num.8. cum ſequ. & nume.18. inſt. De Action. Pariſ.in conſ.94. incip. ſpectabiles, & generoſe num. 10. cum ſequ. & per totum vol. 1. ſcribit late Boer. in deciſ. 349. incip.quæritur, an ciuiliter,col. 10. n.10. in fin.& Men.in præalleg.loco n.18.

47 Quam quidem concluſionem admittit Stracca in d.parte 3.num.9. in eo decoctore, qui bona ita diſperdidit, vt recuperari non poſſint. Nam tunc, cum dolo malo bona alienauerit videtur indignus legis beneficio, cum in legem commiſerit, ad tex.in d.l. ſi ex parte §. interdum verſ. quanquam ff. quod cum eo. & l.gracchus C.ad l.Iul. de adult.

48 Ex his ſuboritur ſecundum ſpeciale, quod ſicut decoctores non poſſunt gaudere beneficio ceſſionis, Eodem modo non poſſunt gaudere dilatione quinquennali, Idq; concludimus nedum Baldi, ac Caccialupi authoritate in locis mentionatis, Verum quoq; ex ea ratione, Quia ſi falliti gauderent dilatione poſſent interim aufugere, ex qua fuga ſequeretur parti præiudicium non modicum, ſicuti perpendit Boer. in nuper citata dec. 349.

49 num. 10. in fine, & quoniam Princeps nõ intendit parti præiudicare, ad notata per Iaſ. in l. quoties in 3. not. cum ſequ. C. de precib. imper. offer. ideo concludendum tales non debere gaudere dilatione quinquennali.

50 Quod axioma noſtro quoq; iudicio nõ admittimus ſic vſq; quaq; verum, Cæterum dilatio quinquennalis cum poſſit decoctoribus concedi à Principe, de qua

51 in l. vniuerſa C. de precib. Imper. offer. & poſſit adhuc impartiri per creditores, de qua in l. maiorem ff. de pactis in l. fin. C. qui bon.ced. poſſ. & per Affl. in deciſ. 288.296.377.378. & 380. Guid. Papam in deciſ.97.& 109. Boer. in dec.393. Ang. in conſ.213. Theſau. in dec.130. 182. & 186. Ludou. in dec.Peruſ.32. D. de Franchis perennis mem. in dec. 82.151.179. & 219, Straccam in d.tract. de decoct. in par. 6. Tom. 6.part.1.fol.222. & late per Marcum Antonium Cuccum. De Morat.

52 præſcrip. Tom.17. fol. 200. Proinde pro cõcluſionis dilucidatione dicimus, quod ſi loquamur de dilatione per Principem conceſſa poterit temperari præconſtituta concluſio in decoctore, qui in decoctione delictum commiſerit, & hoc quidem in caſu non fruetur dilationis quinquennalis beneficio, arg.tex.in d.l.ſi ex parte §. interdum: vbi Cyn. dixit Alex. in l. 1. numer.43. vbi Dec. ſub numer. 27. contrarium ſentit ff. ſi Cert. petatur, & differit Boer. in loco præcitato nume. 8. Ludou. in d.deciſ.Peruſ. 32. nume.3. vbi num contra Fiſcum, & Theſ. in d. deciſ. Pedem.32. num.6. & in deciſ. 182. alijq;

53 per Veſillum allegati in addit.ad d. Affl. deciſ.378. Qui ea moti ſunt ratione, ne dolus eidem decoctori ſit profiguus.

54 Quod ſiquis propter aduerſam fortunã, malamque temporum conditionem ad inopiam redactus eſt, vtiq; potietur tali dilationis quinquennalis beneficio, ſit ex Alex. in conſ.205. incip. viſis his volu. 2. & ex Baldo in conſ.400.præcitato vol. 1. enodauit Stracca in propè allegata pa.6.

55 num.20. & huius concluſionis ratio ea reddi poteſt, quia cũ fortuitò,& non culpa decoxerint abeſt dolus, propter quem denegandum erit omne legis beneficiũ, Hãcq; amplexat Men.in d.caſu.90.n.19.

56 Quod ſi de dilatione à creditoribus impartita verba facimus, tunc non refricandum, quin gaudere habeant tali dilationis quinquennalis beneficio, prout perconſuerunt Ang. in d.l. maiorem. ff. de Pact. & in conſ. 213. incip. Simon, & Iacobus. Alex in d. conſ.105. verſ. alia ratione.Pariſ.in conſ 100.incip. certiſſimum eſt volu.3. Affl.in d. deciſ. 288. relatè per Straccam in propè citato loco.

57 Cui quidem ſententiæ nos quoq; facilè aſſentimur tanquam rationis, ac Iuris naturalis amatores ex eo præſertim, quia creditores concedẽdo decoctoribus quin-

quen-

quennalem dilationem videantur remit-
tere decoctoris dolum ſi non expreſsè,
ſaltim tacitè, arg. tex. in l. cum mulier ff.
ſol. matr. l. ad ſolutionem C. de ſent. & re
iud. cum ſimilibus. Ob hanc ergò ratio-
nem præfatæ ſententię nos ſubſcribendos
eſſe, arbitramur.

58 Tertium ſpeciale erit, quod ſiquis ex
fabricentibus decoxerit ex decoctione
ipſius omnes tenentur tex. eſt in l. iure
prouiſum C. de fabricenſ. lib. 10. & ratio
illa erit, quia vnum corpus eſſe cenſen-
59 tur, ſicut conſiderat Stracca in d. q. 3. n. 7.
60 Quartum ſpeciale erit, Quod filius
familias mercator ſi fraudem in decoc-
tione commiſerit tanquam indignus nõ
gaudebit beneficio ceſſionis, ac l. 2. & fin.
Quod cum eo. & ratio, quia huiuſmodi
beneficia ceſſant in his, qui ſua culpa fa-
cti ſunt non ſoluendo d. l. ſi ex parte §. in-
terdum, & l. eum, qui ff. quod cum eo
ſcripſit Pariſ. in conſ. 94. incip. ſpectabi-
les, & generosè. vol. 1. & faciunt notata
per Affl. in deciſ. 277. 278. & 279. & per
Staphil. in Tract. de literis grat. & iuſt fol.
mihi 170. recitatus per Str. in d. p. 3. n. 13.
62 Quintum ſpeciale erit; quod decocto-
res non gaudent immunitate eccleſiarũ,
63 ſed ab his poſſunt extrahi, ſi quidem cer-
ti iuris eſt liberum hominem pro debito
regulariter capi nõ poſſe, & creditori ſer-
uire ob æs alienũ l. ob æs C. de Act. & obl.
e. lator. extra. De Pignor. plenè ſcribit
64 Bart. in l. fin. ff. ad l. Iul. pecul. Propterea
ſuccedit regula, quod qui pro debito nõ
poteſt capi ſi ad Eccleſiam confugiat in-
de non eſt extrahendus l. præſenti §. 1. C.
65 de his, qui ad eccl. confug. Et ſi eſſet ex-
tra eccleſiam cedendo bonis liberaretur,
ac carcerem euitaret l. 1. C. qui bon. ced.
66 poſſ. Niſi tamen aliter ſtatuto, vel con-
ſuetudine indiceretur d. l. præſenti §. ſanè
67 tibi ſeruus. Modo ſic arguendum, in om-
nibus caſibus, in quibus poteſt pro debi-
to capi in ijs omnibus poteſt ab eccleſia
extrahi l. nemo. cum ibi notatis C. de
exact. trib. libr. 10. conſuluit Oldrad. in
conſ. 94. incip. an fugiens pro debito. Io.
Andr. in addit. ad ſpecul. in tit. de im-
mun. eccl. & dixit Boer. in d. deciſ. 349.

68 num. 10. verſ. nec etiam profectò. At ve-
rum eſt, quod decoctores non habent be-
neficium ceſſionis bonorum, vt ſupra enu
dauimus, ergò poſſunt extrahi ab eccle-
ſia, adducimus in arg. tex. in §. publico-
rum. in Auth. de Mand. princ. ibi, quoniã
fiſcalium ratio, & militibus, & priuatis,
ipſiſq; templis, & cunctæ reipublicæ vti-
lis, & neceſſaria, &c. & tex. in d. l. nemo.
C. de exact. tribut. lib. 10. voluit Alber. in
rubr. C. de his, qui ad eccleſ. confug. & in
Tract. de ſtatutis in part. 1. quæſt. 39. an-
notauit Boer. in d. deciſ. 215. nume. 7. &
exornauit Stracca in d. par. 3. nu. 40. cum
ſeq. quibus addimus Lupũ in l. 66. Tauri.
66 num. 36. His tamen illud ſubiungimus.
Quod ſecuritas alicui conceſſa, quod nõ
poſſit pro debito conueniri debet intel-
ligi, præterquam pro maleficio. l. 3. iun-
70 cta glo. C. de his, qui ad eccleſ. confug. &
ratio, quia pro quocumq; maleficio, &
delicto poteſt inde auferri, nec immuni-
tas ſibi pacto aliquo patrocinatur, §. neq;
71 autem, in Auth. de Mand. princip. Ideòq;
qui deliquit à gratia excipitur. l. lucius. §.
lucius titius damam. ff. de leg. 2. Cumq;
igitur ſuperius demonſtrauerimus, de-
coctum deliquiſſe, aut ſaltim quaſi
deliquiſſe, ob id iuris eſt, quod à gra-
73 tia excipiatur, & eccleſiæ immunitate
non gaudeat, ex quo ab omni ſecuritate
dolus ſit excipiendus. l. ſi ſeruus vetitus
ff. de leg. 1. periſthæc ergo, & alia conſul-
uit Bald. in præcitato conſ. 400. volum. 1.
ſecuritatem alicui conceſſam, quod non
poſſit pro debito conueniri, intelligen-
dam, præterquàm pro maleficio, pro qua
concluſione adducimus diſcuſſa per D.
de Franchis in deciſ. 358. & 507. & per
Theſ. in deciſ. 182.
74 Sextum ſpeciale eſt, quod quamuis
creditor ante diem non poſſit agere. l. in
75 illa ſtipulatione. ff. de verb. oblig. Tamen
contra decoctores de iure permiſſum eſt
creditoribus pignoris proſecutionem
ante diem dari: Accurſ. & poſt eum Bar.
in l. quæſitũ. ff. de pign. Bal. in l. vbi adhuc
78 num. 10. C. de iure dot. ſicq; affirmant ad
inſtar debitoris ſuſpecti, qui ante diem
capi poteſt, vt caueat. Iaſ. in l. ſi ab arbi-
tro

Digitized by Google

tro num. 4.ff. qui ſatiſd. cog. Affl. in dec.
108. Pariſ. in conſ. 99. incip. iſte Ioannes,
& in conſil. ſequ. volu. 3. recenſuit Stracca in d. par. 3. num. 54. cum ſequ. Roman.
in conſil. 224. incip. iſta captura. addentes ad Bart. in l. ſi creditor. ff. ſi cer. pet.

77 Septimum ſpeciale erit, Quod text. in l. eum, pro quo, & text. in Auth. hoc niſi
debitor. C. de ſolut. non vendicat ſibi locum in decoctoribus, ſicut voluit Romanus in conſ. 163. incip. conſt. curię. Nec
78 creditores ad id compelli poſſunt, cum
aliud pro alio inuito creditore ſolui minimè poſſit. l. 2. §. mutui datio. ſi cert. pet. &
dixit Stracca in d. par 3. nu. 42. verſ. item
animaduertendum eſt, & nu. 43. Qui ad
interpretationem d. Auth. videndos conſuluit Alex. in conſil. 37. nume. 16. & 14.
volu. 2. Gozad. in conſ. 27. num. 27. & in
conſil. 32. & Iaſ. in conſ. 9. nu. 111. & ſequ.
vol. 1. & nos ſuperaddimus legendos Ludou. in deciſ. Peruſ. 64 Theſ. in deciſ. 153.
Laur. in deciſ. Auin. 132. D. Præſidem de
Franchis in deciſ. 81. & nouiſſimè Carrocium in tract. de Depoſ. & obl. part. 2. qu.
10. fol. mihi 155. cum ſequ. vbi latè text.
prælibatum enucleat. qui in caſu per nos
deſuper conſtituto ſic in ſpetie affirmauit ſub nume. 75. licet ante eum edocuerit Ludou. in d. deciſ. 64. num. 24. Motus
79 ex eo, quia mercatores non habent beneficium excuſſionis, prout præter allegatos dixit Bald. in l. fruſtra. C. de num. pecun. Aret. in §. item ſi quis in fraudem.
colu. 9. inſt. de Act. Dec. in l. fin. col. 4. in
fine. ff. ſi Cert. pet. Boer. in deciſ. 221. nu.
14. & Ant. Gabriel in lib. commun. opin.
80 tit. de fideiuſſ. concl. 1. nume. 88. Ex quo
voluit, mercatores teneri præciſè ſoluere in pecunia numerata, Niſi tamen habuiſſent aliquod infortunium, vt conſiderauit Ripa in d. §. mutui datio nume. 28.
Ludou. ſequitur Theſ. in d. deciſ. 153. nu.
11. quæ quidem conſtituent octauum
ſpeciale.

81 Nonum ſpeciale erit, quod ſi creditores decocti apprehenderent poſſeſſionem
omnium bonorum decoctoris, non tamē
decoctores, nec eius fideiuſſores erunt
liberati, ſed tunc liberantur, cum bona

in ſolutum dantur. Caſtr. in l. hæres à debitore. §. quod ſi ſtipulatur. ff. de fideiuſſ.
ibi; quod ſi poſſeſſio rerum debitoris data ſit creditori æque dicendum eſt fideiuſſorem manere obligatum. Capic. in
deciſ. 46. num. 9. verſ. facit etiam. Ludou.
in deciſ. 64. num 28. Stracca in d. par. 3.
82 nume. 44. verſ. illud etiam. Iſtudq; probat eodem in loco num. tamen 46. ex eo
iuris ciuilis axiomate, quod creditor, qui
realem viam ſibi elegerit nō prohibetur,
ad perſonalem redire. Bart. eſt doctrina in l. conſentaneum. colu. fin. C. quomodo, & quando Iudex. Bald. in l. ignorare.
in fine. C. de reſtit. milit. Alex. ad Bart. in
l. heres. §. hic ſeruus. ff. de fideiuſſ. Dec. in
conſil. 12. incip. pro tenui. colu. 2. & fin. &
in conſ. 73. incip. præſtantiſſime doctor.
in fine. cum alijs per Straccam loco præcitato allegatis, quos videndos delegamus.

83 Decimum, & vltimum ſpeciale erit,
ne in hac decoctorum materia amplius
inſiſtamus, Quod mercator decoctus poſt
decoctionem ſecutam non poſſit nec agere, nec cedere. tex. eſt in l. item ſi vnus. ff.
de recep. arb. notatur in l. is, qui bonis, &
in l. qui bonis. ff. de ceſſ. bonorū. D. olim
Præſes de Franchis in deciſ. 55. num. 2. allegans Bald. in prælibato conſil. 400 vol.
5. & annotauit Stracca in d. par. 3. nu. 14.
84 Et ratio, quia non habet neq; velle, neq;
nolle, vt ex ſuperius deductis colligi facilè poterit, Et ob id pacta facta cum
85 falliti ſuper pecunia oblata non valēt, prout placuit Boer. in d. deciſ. 215. nume. 8.
86 Quinimò inibi affirmauit, quod pactis,
quibuſcumq; non obſtantibus creditores
poterunt totum exigere, ſi appareat eos
eſſe ſoluendo, Idq; ex Lupi doctrina in
rubr. de Donat. inter vir. & vxor. §. 21. in
87 cip. hodie. num. 15. fol. mihi 38. Et ob id,
quoq; creditores hypothecarij non tenetur ſtare accordio rupti facto cum alijs
creditoribus, prout admonuit Bellonus
ex mente Stracchæ, & Bruni in deciſ. Gen.
17. num. 13. vbi ſub num. 15. conſuluit in
88 dubio fauendum eſſe creditoribus, cum
89 ipſi tractent de damno vitando ratione
conſequēdi eorum credita, & decoctores
de

de lucro captando. Natta in conſ. 3 32. in fine vol. 2.
90 In ſumma adeò exoſum vnicuique videri debet hoc decoctorum genus, vt ſtatutũ loquens de occidente bannitum ſuum vindicet locum etiam in fallito, ac decó-
91 cto bannito, Nam & is, quamuis pro cauſa pecuniaria tantum bannitus ſit, adhuc tamen banniri potuit, & iure occidi: Ita Dec. in c. quæ in Eccleſiarum num. 14. extra. de Conſti. poſt Bart. Bald. & alios per ipſum allegatos, quod pluribus cõprobat Menoch. in præmonito caſu 90. num. 13. & ſequent.
Iure igitur Rex noſter inuictiſſimus decreuit, decoctores ab huius edicti magnificentia omnino excludendos eſſe.
92 His ergò ſic peractis ad ſecundum pertranſire caput cõtra depoſitarios ſtatutũ
93 neceſſe eſt, Hi enim non poſſunt huius edicti decreto gaudere, cuius quidem excluſionis ratio ea poterit noſtro tamẽ iudicio afferri; quam ſuperius in priore huius vltimæ partis capite expendimus, quę in bona fide conſiſtit.
94 Etenim cum depoſiti contractus ſit bonæ fidei §. actionum. Inſtit. de Action. eſtq.
95 bonæ fidei etiam in illis quatuor caſibus
96 per Accurſ. adnotatis, In l. 1. §. 1. ff. Depoſ. & in d. §. actionum verſ. depoſiti. Adeo vt depoſitum factũ de re ablata apud hominem ignorantem non teneatur reſtituere propter bonam fidem, cum ea reſtitutionem minimè patiatur l. non à Iudice ff. de Iudic. dixit Machal. in patroc. 13. num. 12. & Tiraq. in Tract. le mort ſaiſit. p. 4. declarat. 3, num. 6. cumque depoſiti contractus ſit bonæ fidei, ideoque actio
97 depoſiti eſt fauorabilis, ex quo executionem habet paratam l. pen. C. depoſ. D. Pręſes de Franchis in deciſ. 151. Rol. in Conſ. 17. volum. 1. Bald. in conſ. 255. & 384. volum. 1. Boer. in deciſ. 295. Marcus Antonius Cuccus de Morat. præſcrip. num. 7. Tract. 17. Mandoſ. in Tract. de Monitorijs q. 2. n. 3. Tract. tom. 3. par. 2. f. mihi 63.
98 plura circa materiam depoſiti, & commodati notatu digna ſunt apud Gomeſ. in lib. 2. variarum Reſol. cap. 7. de Commod.
99 & Dep. & Theſ. in dec. Pedem 26. Ob id ergò ne depoſitarius ex ſua improbitate præmium cõſequatur l. itaque fullo ff. de furt. Carroc. in Tract. de depoſ. obl. & ſeq.
100 par. 1. q. 3. n. 10 fol. mihi 7. & vt eiuſdem induſtria pænæ deſidias ſoluat ad tex. in l. fin. C. de poſ. Rex noſter inuictiſſimus depoſitarios ab huius indulgentiæ bene-
101 ficio excludi voluit. Hæc eadem bona fides, quam in præſenti materia vti cauſam huius diſpoſitionis ponderamus, in ſimilibus depoſiti caſibus videmus, quod aliquid inducat, & inter cætera id ſugerit, quod vtens depoſitio teneatur ad vſuras Iudicis tamen officio implorato, ſi contra
102 eum ciuiliter agatur l. 4. C. depoſ. Sin autem criminaliter deponens experiri voluerit, poterit depoſitarium conuenire actione furti l. qui furtum ff. de Cond. furt. l. qui ſacculum ff. depoſ. l. 3. C. eod. tit. dixit Capp. Tholoſ. in deciſ. 181. cæterique per Carroc. citati in præallegato Tractatu cauſa ſecunda numero 1. fol. mihi 22 à ter.
103 Sed vt huius concluſionis veritas indagetur, Animaduertimus, tunc eam admittendam, quando ſumus in ſpecialibus depoſitis; vtputa in veſtibus, gemmis, &
104 ſimilibus in certa ſpecie conſiſtentibus, & ſecundo ea tunc quoque procedet, ſi ſumus in pecunia non numerata, ſecus verò ſi ſumus in pecunia numerata, tunc enim cum transferatur dominium, & poſſeſſio in depoſitarium non poteſt proinde dici furtum. ſic Iure conſultus in l. qui ſacculum ff. depoſ. & dixit Accurſ. in d. l. 3. C. eod. tit. eadem Capp. Tholoſ. in dec. 168 Plotus in Tract. de in lite iur. §. 10. nu. 18 cum ſeq. Negus. in Tract. de pignot. in 3 membro quintæ par. num. 3. & Brunu s in Tract. de Ceſſione bonorum par. 4. qu. 30. num. 5. Sicuti furtum non committitur, ſi depoſitarius credebat dominũ permiſſu-
106 rum l. qui re. ubi Doct. ff. de furt. §. placuit Inſt. de oblig. quæ ex delic. naſc. latè Carroc. in loco propè mentionato, cui, vt breuibus expediamur, nos remittimus, tradidit quoque in ead. par. 1. Rubr. Actio tertia contra depoſitarium furti fol. mihi 91. à t.
106 Conſequitur ex his, vt adijciamus, quod

ſinter alios bonæ fidei effectus is annúmeratur, quod depoſitarius regulariter de ſolo dolo teneatur, ita tex. in l. 1. §. conductio verſ. dolum ff. depoſ. l. ſi vt certo §. nûc videndum ff. Commod. §. præterea. inſt.
107 quibus mod. re contrahit. oblig. id autem adhuc venit intelligendum, vt nedum dolus præteritus veniat, verũ etiam, & futurus, etiam quod ſit lite conteſtata contractus. Ita ſcriptum eſt in d. l. 1. §. non tan-
108 tum ff. depoſ. Adeo, vt ſi fiat pactum, quod depoſitarius non teneatur de dolo non valet, cuius dicti duplex poterit eſſe ratio. Quarum prima illa eſt, quia tale pactum
109 eſſet contrarium iudicio bonæ fidei l. con-
110 tractus ff. de Reg. iur. Secunda, ne detur materia delinquẽdi l. cõuenit ff. de pact. dotal. & dixit Baldus in l. ſi eum antea C. de arbitr. & in l. fin. C. de Contrah. empt.
111 Quinimmo explorati iuris erit, Quod quamuis remiſſio concepta foret verbis generalibus adhuc dolus non intelligitur remiſſus l. non ſolum l. a 2. §. fin. & l. Aurelio §. Caius ff. de liber. leg. l. ſi ſeruus vetitus ff. de leg. 1. l. quidã decedens ff. de admin. tut. Alex. in cõſ. 62. incip. ſereniſſ. vol. 4. & in cõſ. 164. incip. ꝑſupp. 1. vol. 5. Aug. in cõſ. 144. incip reuocat in dubiũ. & in cõſ. 184. incip. filius Hugon. vol. Bald. in conſ. 56. incip. in cauſa præſenti. vol. 1. 1. & Fulgoſ. in conſil. 103. incipe. Nobilis vir.
112 Regulam autem præconſtitutam interpretãdam arbitramur, ſi loquamur de dolo futuro, tunc enim dolus non poteſt remitti per rationes deſuper adductas, ſecus verò ſi de dolo de præterito loquemur, is enim abſq; dubio poterit remitti l. ſi vnus §. illud. vbi Doct. ff. de pact. dixit Bald. in d. l. quidam decedens. & in l. eum neceſſitatem C. de fideicomm. Dec. in d. l. contractus num. 44. ff. de Reg. iur.
113 Quod verum admittimus in dolo de futuro vero, ſecus verò in dolo de futuro præſumpto; Nam is poterit remitti. Sic Butr. in c. fraternitatis. vbi Felin. coln. 4. circa medium. extra. De teſtibus. Dec. in conſ. 178. col. 3. circa medium. Caſtr. in conſ. 86. in dubio 2, volum. 1. Pariſ. in cõſ. 25. num. 55. volum. 2. Crau. in conſil. 193. num. 9. volum. 1. cum alijs per Carrocium coacervatis in 1. pat. cauſa 8. tit. de dolo depoſitarij fol. mihi 36. qui præfatam regulam explicat non inconcinnè.
114 Prædictis demum hoc dumtaxat ſubiungendum putamus, Quod depoſitarius nedum tenetur de dolo, vt ſuperius fundatum eſt, verum etiam tenebitur de lata culpa. tex. eſt in l. 1. C. depoſ. d. l. ſi vt certo §. nunc videndum. ff. Commod. notatur in d. §. præterea. Inſtit. quib. mod. re contrah. oblig. in l. ſi ſine. & l. quod ner-
125 na ff. Depoſ. Quod quonam pacto intelligendum ſit videndus eſt Gomeſ. in præctãto lib. 2. variarum reſolut. cap. 7. Tit. de Commod. & Depoſ. & Carroc. in ſuo perutili tract. de Depoſ. cauſa 8. Tit. de culpa
116 depoſit. Ex quibus concludendum, rationem huius ſecundi capitis excluſiuam ab hoc Regali indultu eſſe bonam fidẽ, quæ in depoſiti materia exactiſſimè exigitur, vt ſuperius de iure innotuit, ob id ergò depoſitarij eius beneficio excluduntur.
117 Tertium denique huius vltimæ partis caput cõſtituitur aduerſus debitores Regis noſtri Inuictiſſimi pro datijs, ac redditibus tam ordinarijs, quàm extraordinarijs eidem potentiſſimo debitis, quod
118 ſub hoc edicto nolnit includi, Et iure quidem optimo, Nam ſi Regis clementia tot criminum generibus, totque caſuum, ac perſonarum iuribus prouiſum eſt, conſequens tamen erat, vt ſicuti priuatorum vtilitati cõſuluit pari modo ipſimet prouideret, ac conſuleret, eius enim officium cum ſit iura ſubditorum tueri, illoſq; ab omni grauamine defendere, Iuris adhuc erat, quod pro totius Reipublicæ, Regnique pro totius tuitione proſpiceret; Regnorum autem gubernatio, illorumque detentio ex Regalibus redditibus, datijſque conſtat, vt Princeps eorum munimine protegere, ac fouere poſſit, Propterea Rex noſter noluit huiuſmodi debitoribus indulgere, eiſdemque ſuam Regalem impartiri indulgentiam, ne in Regiæ coronæ detrimentũ ad rex. in c. intellecto extra. de iureiur. Regniq; huius perniciem huiuſmodi indulgeret.
120 Quod quidem iure cõmuni adhuc prohibitum

hibitum eſt, Nam, & ſi certum ſit, mora-
toriam præſcriptionem poſſe per Princi-
pem debitoribus concedi ſine tamen gra
ui partis alterius diſpendio, vt inquit Im
perator in l. quoties. C. de præcib. imper.
offer. ad cuius enodationem, & intelligẽ-
tiam videndus eſt Theſ. In Deciſ. Pedem.
120 186. Tamen id ſic interpretandum, vt ea
concedenda ſit, ita, vt nec damnoſa fiſco,
nec contraria iuri poſtuletur, ſicut deci-
ſum conſtat per eundem Imperat. in l. nec
damnoſa C. eod. præcitato tit. cuius reſ-
ponſum amplexatum eſt à Iure Canoni-
co prout legitur in c. nec damnoſa. 25. q. 6.
121 Igitur ſi fiſco non debet eſſe damnoſa mo
ratoria præſcriptio, conſequitur, quod
hac ratione ſic decretum ſit in hac par-
te contra debitores Regis, ne per dilatio-
nem Regi præiudicium, damnum, & inte-
reſſe afferreretur.
122 Iſtudque ex eo claro iure vetum con-
ſpicitur, Nam quamuis pro delicto quis
ab Eccleſia non poſſit extrahi, vt pluries
ſuperius diximus, & plenè pertractatur
per Gomeſ. in lib. 3. variar. reſol. cap. 10.
tit. Quãdo reus gaudeat immunitate Ec-
123 cleſiæ, Fallit tamen in homicidis adulte-
ris, virginum raptoribus, vti ſcripſit Im-
124 per. in §. neque autem. In Auth. de Mand.
Princ. ex cuius mẽte ratio hoc in loco ea
eſſe ſubnectatur, quia cautela templorum
non nocentibus, ſed læſis datur à lege nec
competat talia delinquentibus parcere,
ſed hoc patientibus, vt non talia à præſũ-
ptoribus patiantur. & in alijs caſibus di-
ſcuſſis per Boer. in deciſ. 109. incip. & cir
125 ca. Attamen publicorum tributorum e-
xactiones, etiam intra templa decenter
fieri, voluit idem Imper. in §. publicor.
126 eiuſd. Auth. de mand. Princip. ea nixus ra
tione, quia fiſcalium ratio, & militibus, &
priuatis, ipſiſq; templis & cunctæ Reipu-
blicæ vtilis, & neceſſaria eſt. Deſcendit
ergò ex præfato tex. ratio, quæ in vtilita
te publica verſatur, ob quam tanquam
vtilem, & neceſſariam ſanxerit Rex no-
ſter in hac indultus parte, tales debitores
ab eius munificentia eſſe excludendos.
127 Hæc eadem ratio, præter ſexcentas,
quas poſſemus hic afferre, in ſimili mate-
ria impulit Imperat. ad decernendum, vt
iuſſio in ſcriptis redacta ſi publicum re-
ſpiciat ſic adimpleatur, vt fiſcus non læ-
datur; quod ſi ad fiſci læſionem ea foret,
ſanxit Imperat. in §. & hoc vero, In Auth.
vt nulli Iudic. vt nedum ſuper ea nihil a-
gatur, verum etiam vt pro non ſcriptis
tamquam contra l. aut contra publicum
facta habeatur. Hunc autem tex. in mate
ria tributorum, eorumque ſolutionis al-
legauit Accurſ. in d. l. nec damnoſa.
Tantum ergo poteſt cauſa publica,
publicaque ratio, vt quæ in noſtra ferè
materia ſancita ſint paulò ante vidiſtis.
129 Cumque, quando ratio publicæ vtilitatis
interuenerit, prout in præſenti caſu con-
130 ſiderandam neceſſe eſſe duximus, & ſi v-
tilitas publica incideret in ſe priuatam,
vt inquit Specul. in tit. de feudis §. quoniã
131 num. 10. ſemper venit priuatæ vtilitati
præferenda: l. 1. vbi communiter Doct. &
in ſpecie Bart. in 6. col. verſ. cum enim
quæritur vtrum publica vtilitas ff. ſoluto ma
tr. ſcribentes in Auth. Res, quæ C. cõmun.
de leg. l. 1. §. fin. vbi Bart. C. de Cad. toll. §.
1. in fine. In Auth. de Reſt. & ea, quæ par.
dixit Gramm. in deciſ. 12. num. 17. & 18.
132 Ratione cuius publicæ vtilitatis, vt ait
Specul. in tit. de Diſput. & alleg. §. ſatis
dare. verſ. quæritur breuiter. aliquando
fit, quod alias non fieret, ob id attenta
ratione publicæ vtilitatis denegauit Rex
noſter Inuictiſſimus eius beneficium de-
bitoribus ex cauſa datiorum, & redditũ;
133 etenim, ſicut fiſcus pro vtilitate commu-
ni, vt plurimum, pecuniam vult, ita om-
134 nia refert Princeps ad communem vtili-
tatem, ita tex. in prima Conſt. C. in prin-
cipio, & in §. 1. In Auth. vt neque miles,
neque feder. And. in cap. 1. verſ. & com-
mictentium num. 50. circa medium. & nu.
7. Quæ ſint regal. & hac ratione con-
cludit vtilitatem publicam priuatæ eſſe
præferendam.
135 Id ipſum, quod ſuperius fundauimus
adeò iuri conſentaneum eſt, vt conclu-
dendũ ſit, quod quamuis caſus iſte non
ſic apertè à Rege noſtro fuiſſet excluſus,
nec ſic expreſſim, & apertè mãdaſſet, ad-
huc de iure non cõprehẽdi arbitrãdum;

136 Idq; ex pluribus, & Primò, Quia in gene-
rali ſermone ſemper videtur excepta per-
ſona loquentis l. inquiſitio C. De ſolut. vbi
Cyn. in l. 1. ff. de Senat. l. adminiſtratoris.
§. fin. ff. de excuſ. tut. l. Paulus §. fin. vbi Bar.
poſt Accurſ. ff. de Pignor. Gloſa in c. peti-
tio. Extrà. De iureiur. & in cap. 1. §. fin.
Hic finit. lex. Barr. in dict. leg. 1. ff. ſu-
pracit. tit. de Senat. Cyn. & Bald. in l. cum
acutiſſimi. C. de Fideicomm. & Bonif. in
137 clem. 1. §. porrò nu. 13. De Iureiur. Quod
quidem in ſupremo Principe multò ma-
gis procedit, cum in omni, & quacumq;
diſpoſitione intelligatur illius perſona
excepta, arg. text. in c. conſtitutus. extrà.
De Reſcr. & c. veniens. De iureiur. dixit
in ſpecie Nicolaus de Neap. in l. Impera-
tores. ff. ad Municip. quem refert Anto-
nius Corſetus in tract. de Excell. Regia.
in par. 3. q. 37. n. 45. inter tract. tom. 16. &
poſt eum Ioannes Rechin. in tract. de Ma-
ieſt. Princip. verſ. ImperatoriamMaieſta-
138 tem nume. 61. 63. Ideoq; in quolibet iu-
ramento intelligitur excepta perſona ſu-
perioris, c. venientes, & c. petitio. extrà.
De Iureiur. Guido Papa in dec. 178. incip.
pōt de periurio Iudex, & in q. 194. incip.
Princeps tēporalis. Io. Andr. in c. in maliſ.
De reg. iur. in 6. Doct. in l. ſi. ff. q ſatiſd. cog.
139 Propterea, & ſecundo promittens Princi-
pi accomodare turrim, vel arcem contra
omnem hominem mundi non tenetur il-
lam accomodare contra ſeipſum. Alber.
in l. frater à fratre ſub num. 7. ff. de Cond.
indeb. Immò, & quod plus eſt, etiam ſi
140 promiſiſſet accomodare contra ſeipſum
non tenetur illud ſeruare. Ita Bald. in ca.
141 Imperialem §. fin. De Prohib. feudi alien.
per Feder. cuius dicti ea eſt ratio, quia
promittens non videtur conſentiſſe con-
tra ſe, vt inquit idem bald. in l. 1. colu. 2.
142 C. ſi quis omiſſa cau. teſt. Ratio autem
præconſtitutæ concluſionis, quare perſo-
na Principis cenſetur excepta à quacūq;
diſpoſitionē illa fit, quia, quis non poteſt
ſeipſum ligare l. pen. ff. de recep. arbitr. l.
prætor. ff. de tut. & curat. datis ab his
& ob id in dubio ſtatuentes non videntur
143 ſeipſos ligare, vt dixit Bald. in d. l. 1. ff. de
144 adopt. quem ſecutus eſt Gramm. in ſecun-
do conſ. poſt decis. num. 14. & 15. nec vi-
dentur concedere priuilegium contra ſe-
ipſum c. in generali. De Reg. iur. in 6. l.
quam tuberonis. ff. de pecul. Bald. in c. cū
in iure. extrà. De elect. dixit Andr. in
conſtit. pacis cultum. cum non videatur
145 velle ſe ligare. l. ſi peculium §. ſicut. ff. de
pec. lega. Affl. in conſt. Regni Monarch.
num. 6. circa medium. vbi plura, & dixit
Vrſill. ad Affl. decis. 128. colu. fin. ne vi-
146 deatur ſibi met legem imponere. d. cap. 1.
in fine. De prohib. feudi alien. per Feder.
147 Ex his conceſſio generalis reſtringitur ad
ciuilem modum non autem ad pernicio-
ſum concedenti, vel alij. l. ſi cui. ff. de ſer-
148 uit. ſicuti reſtringitur ne in alterius in-
commodum ſe extēdat. c. cum olim. extrà
De conſuet. maximē ſi ius competens cō-
cedenti læderetur. l. ſi domus. ff. de ſeru.
vrb. præd. dixit Lucas à Penna in l. ſi di-
uina. nu. 21. cum ſeq. C. de exact. trib. lib.
10. Ex hac ergò prima ratione eſſet di-
cendum, perſonam Regis inuictiſſimi in
hoc indultu minimè intelligi cōprehēsā.
149 Quod, & ſecundo comprobatur ex eo,
Nam Fiſcus eſt perſona repreſentata; ſi-
cuti declarant Glo. & Doct. in l. prohibi-
tum C. de Iure Fiſci lib. 10. dixit Ant. de
Butrio in c. grau. notab. 4. extrà de Præb.
150 Sed perſona repreſentata non compre-
henditur ſub quauis diſpoſitione, niſi ex-
preſsè per l. dictum ſit, ad eext. à quo id
dilucidè elicitur. in l. ſi quis in tantam. C.
vnde vi. & in l. benè à Zenone & l. omnes
C. de quadr. præſcr. conſuluit Rom. per bel
lè. in conſ. 400. incip. quæritur, an per ſta
tutum, dixit Gramm. in decis. 65. num. 47.
151 cum ſequ. Sicuti quoq; vniuerſitas non
comprehenditur, cum ſit perſona repre-
ſentata ſecundum Socc. in cōſ. 275. incip.
in cauſa fratrum. num. 10. volu. 2. Barb. in
conſ. 47. incip. clementiſſimum. nume. 15.
volu. 4. Calcan. in conſ. 1. incip. in Chriſti
nomine. num. 2. Dec. in conſ. 486. incip. vi-
ſis, & conſid. nume. 5. allegatos per Vrſill.
in addit. ad Affl. in decis. 396. num. 8. licet
in vniuerſitate contrarium ſentiat Boer.
in tract. de ſedet. q. 7. num. 23. Ergò per-
ſonam Principis minimè eſſe comprehen
ſam, concludendum, cum Fiſcus, & Prin-

152 ceps idem ſint, vt de iure demoſtrauimus ſupra in c. 17. num. 6.

153 Quibus ſubiungimus, quod ſi adhuc expreſsè ſtatuiſſet eius perſonam fuiſſe comprehendendam in dilatione debitori bus conceſſa potuiſſet idemmet reuocare ſi quid in eius præiudicium ſtatutum, ſic affirmandum tam ex præallegatis, quàm ex doctrina ſcribentium in ca. nouit extra. De Iudic. vbi Felyn. & Dec. per tex. in c. in tua. extr. de iniur. Bald. in l. qui ſe patris. C. vnde lib. Alex. in conſil. 206. incip. nec arguendi ſumus. volum. 2. Dec. in conſ. 407. incip. viſis, & diligenter num. 18. Goz. ad. in conſ. 5. incip. in Chriſti nomine, & Vrſill. in d. addit. ad Aff. deciſ. 238. col. fin.

154 Tertia erit ratio; Nam hæc noſtra generalis indulgentia de iure non venit extendenda ad debitores Fiſcales, & ipſius Regis, Etenim, quamuis Saluus conductus à Principe conceſſus omnino ſeruandus ſit, ita, vt ſub eo nemo ſit nec moleſtandus, nec offendendus l. præſenti. vbi Cyn. C. de his, qui ad eccl. confug. cum

155 cæteris per Farin. alleg. in tit. de Carcer. & carceratis. q. 29. Iſq; ſeruandus eſt ne dum ſi delinquentibus ex cauſa ciuili impartiatur, vt eſt tex. in §. ſed neq; in Auth. de ſtand. princ. Menoch. & alii tradidere per Farin. citati in loco præmonito. num. 20. cum ſeq. verſ. amplio 5.

156 Tamen is ſuum non operatur effectum quo ad debitores ex cauſa delicti. ad tex. in l. ſed ſi ex parte §. quanquam. vbi Gugl. de Cun. & Cyn. ff. quod cum eo, & ad tex. in l. ſi rerum. ff. de re iud. Dixit Rom. in ſingul. ſuo 182. incip. quod ſi Titius. Alex. in l. 1. num. 43. & 44. & ibi Ripa nume. 97. & Dec. nu. 84. in prima lectura. ff. ſi Cert. pet. idem Alex. in l. quamuis. col. 2. ff. ſol. matr. Iaſ. in Auth. res, quæ numer. 20. C. comm. deleg. Gomeſ. in §. in fraudem. col. 14. inſtit. de action. aliiq; per Farin. ibidem adducti numer. 23. vbi de communi teſtatur.

157 Hanc autem concluſionem ſuperaddimus eſſe veram, etiam, quod debita fiſcalia originem non ſumpſerint ex delicto; cum ſufficiat debitum eſſe fiſcale, & Regis. ſic colligitur ex d. §. ſed neq; in Auth. de Mand. princ. voluit inibi Ang. & poſt eum expreſsè Pariſ. de Puteo. in Tract. de Sindic. verſ. Saluus conductus c. 1. in prin. Rebuff. in comment. ad Regias Conſtit. Tom. 2. Rubr. de literis dilatorijs arti. 1. glo. 1. num. 17. & 3. vt id affirmans in debito fiſcali, & Regio per tex. in d. l. nec damnoſa. voluit Bald. in conſ. 400. incip. quidã Iacobus col. 3. verſ. 3. ratio vol. 1. Bell. in tract. de Remiſſ. in tit. de Saluo conductu. num. 16. Lucas. Parmenſ. in tract. de priuil. fiſci. parte 1. caſu 53. num. 3. relatus per Menoch. in lib. 2. de Arbitr. Iudic. cent. 2. caſu 205. num. 16. & in eodem lib. 2. cent. 4. caſu 371. nume. 16. & 17. Mart. de Laude in tract. de priuil. & Reſcr. concluſ. 14. & in tit. de fiſco. col. vltima quæſt. 267. Gramm. in addit. ad Aff. deci. 5. Moron. de Fide. Treg. & Pace. qu. 106. nu. 5. Vrſill. in d. deciſ. Aff. 5. n. 2. & demum Farin. in mentionato loco num. 24. Ita; vt nullo pacto iſta concluſio cauillationem pati poſſit.

158 Cuius quidem ratio tum ex ſuperius deductis colligi facilè poteſt, cum quoq; ex text. in d. l. ſi ex parte §. quanquam. ff. quod cum eo, & ex text. in d. l. ſi rerum. ff.

159 de Re Iud. excerpitur, Nam ſi in ijs tex. ratione delicti actio eſt in ſolidum contra filium non obſtante beneficio l. quod

160 cum eo, propter mendacium, ſicuti quoq; in actione rerum amotarum conſpicitur ſcripſiſſe Triphoninum in d. l. ſi rerum, Idq; quoniam ex malo contractu, & delicto actio originem ſumpſerat, multò magis id idem erat decernendum contra debitores redditium, ac datiorum tam ordinariorum, quàm extraordinariorum ſuo Regi perſoluere denegantes?

161 Quod quidem ſequenti conſideratione perpenditur, Quod ij, aut non ſoluunt ob eorum decoctionem, & dilatio eis non eſt concedenda ex traditis ſupra in hoc eodem capite nu. 69. rationibus ibidem

162 deductis, Aut retardant, & retardant ſoluere, & cum in mala fide, & in mora verſentur contra tex. in l. ſi benè. ff. de vſur. & l. ſi ſeruos. ff. de pign. act. ex quo habentes pecuniam non ſoluerint l. mora ff. de vſur.

vſur. l. Imperatores. in fi. ff. de admin. rerũ
163 ad ciuit. pertin. Quo caſu, cum, vt quis
dicatur in mora conſtitutus, exigatur, vt
poſſit ſoluere, vel dolo fecerit, quo minus
poſſit l. quod te. ff. ſi cert. per. Satis enim
eſt in dolo qui non reſtituit, & non ſoluit
id, quod ad eum peruenit de pecunia per-
tinente ad fiſcum l. ſi procuratorem §. do-
lo & l. dolus ff. Mand. l. 1. in fin. ff. Depoſ.
164 Ideoq; debitor fiſcalis, qui poſſet ſoluere,
& non ſoluit vti contumax in non ſoluen-
do poterit carcerari, vt eſt text. in l. 2. C.
de exact. trib. lib. 10. l. ſacrilegi §. fin. ſiuè
l. cum eo. In fine. ff. ad l. Iul. pecul. de quo-
rum intellectu latè per Andr. in d. cap. 1.
verſ. & committentium nu. 50. verſ. num-
quid autẽ debitor fiſcalis. Sequitur, quod
165 tanquã doloſi indigni iudicandi ſunt Prin
cipis indultu, ac munificentia, cum quan
do dolus, vel fraus debitorum odoratur,
omne ſecuritatis beneficium non debet
eiſdem eſſe proficuum, ſic percenſuit Re-
buff. in citato loco, nu. 5. & 43. poſtquem
Menoch. in d. caſu 203. nu. 24. & 25. qui-
bus aſſentit Farin. in d. quæ. 29. num. 38.
166 Demum ex alia quoq; ratione tales de
bitores debuiſſent excludi ab huius edicti
beneficio, ex quo tales datiorum, aut red
dituum debitores ſunt Regi obnoxij ob
affictum, & locationem dictorum reddi-
tuum eiſdem factam, ob id conſequitur,
vt non poſſint potiri indultus huius bene-
ficio, cum certi iuris ſit, ſecuritatem de-
bitoribus à Principe conceſſam non ex-
tendi, nec proficere debitoribus ex cauſa
locationis, & conductionis, vt ſentijt Ac-
curſ. in l. cum fructuarius. vbi Doct. ff. de
vſur. dixit Specul. in tit. De Locato, &
Cond. §. nunc autem verſ. 129. cum alijs
relatis per Rebuff. loco iam citato nu. 21.
& 37. & declarat Menoch. in caſu propè
allegato, 203. num. 18.
167 Ex quibus omnibus deſcendit mirum
non eſſe, ſi Rex noſter inuictiſſimus in
hac poſtrema edicti huius parte tales de-
bitores omnino non eſſe includendos vo-
luit, vt illud inde conſpiciatur, Quod ſi-
cut Princeps aliter coercebit vnum non
multum diuitem, vel manifeſtum locu-
pletem, aliter vnum pauperem vel rerum
abaratorum, ita aliter vnum fidelem ga-
bellotum, aliter vnum infidelem gabello-
168 tum, cum ex fide, nedum ex facultatibus
quis iudicetur idoneus l. 2. ff. qui ſatiſd.
cog. verba formalia ſunt Andreæ in d. §.
committentium nume. 51. quo loci plura
quoad debitores fiſcales effundit, ad quẽ
pro pleniori materiæ intelligentia lecto-
rem delegamus.
Verum & poſtremò, cum indultus hu-
ius pars mentionem faciat de Datijs ordi-
narijs, & extraordinarijs, Neceſſe eſſe
nobis viſum eſt, duo vtiliter pertingere
169 pro dictorum verborum enodatione.
Quorum primum illud erit, Quod datium
eſt nomen generale, ita, vt aſſumatur pro
omni gabella, pro qua quis habet datum
à Principe, & ob id datium dicitur, Alcia-
tus in reſp. 333. incip. omnis propoſitæ.
170 nume. 1. quo loci tradidit, in iure nullam
reperiri mentionem factam de datijs, &
171 proinde verbum vulgare eſſe ibidem affir-
mauit, illudq; ſi in ſpecie conſideretur, nil
aliud eſt, niſi quodam ius velle exigendi,
ſeu poſcendi exigere certam functionem
de mercibus, & rebus quæ vehuntur per
portorium, quibuſdam tamen exceptis,
ita declarauit ſignor. De Homod. in conſ.
185. incip. in quæſtione vertente nume. 9.
dicens illud colligi ex text. in l. omnibus
l. vniuerſitati. l. omnium. l. ex præſtatione.
Et l. ſi quis ſine. C. de veſtigal. & comm. &
172 notat. in l. 1. §. 1. ff. de veſtig. & publ. Quod
quidem datiũ eſt idem, quod vectigal, cum
ſint æquiuoca l. inter publica. §. fin. vbi
173 Alciat. ff. de verb. & rerum ſignif. Ideò
dixit Socc. in conſ. 7. incip. ſuper quæſtio-
ne num. 1. vol. 3. Quod gabellæ ſunt datia
Regalia, Propterea; cum varij de gabel-
lis ſint tractatus peracti, tã per Berenuchi
num, quàm per Ferrectam, Ideò nolumus
vlterius progredi, ne protrahamur quod
noſtri non eſt inſtituti.
174 Illud autem eſt ab omnibus præcauen-
dum, quod non recuſent ſoluere datia, &
gabellas, cum recuſantes in mortalis pec
cati labem incurrant, vt dixit Hoſtiens.
In ſumma de Penit. Abb. in conſ. 68. incip.
in Chriſti nomine, & in conſ. 102. incip.
omnipotentis Dei volu. 1. Rol. à valle in
conſil.

conſil.79. incip.in præſenti conſultatione num.95. cum.ſeq.vol.3. Bertazz. in conſ. 76. incip.per ſubtiles.num.32.& 34.vol.1. Ferrett.in d.tract.de Gabellis nume. 92. & Nauarra in ſuo Manuali.c.17.num.200 & 203.& ca.23. à num.40.

175 Quod quidem tunc ſuum vindicat locum, cum vi, & armis quis recuſat ſoluere datia, & gabellas, ſi tamen earum ſolutionem poterat euitare, Bart. eſt doctr.
176 communiter recepta in l. vt vim num.3. & 6. ff. de iuſt. & iure. Quod ſiquis vel fuga, vel blandis verbis, vel alio modo licito id faceret non erit idem dicendum. ſecundum Nauarr.in d.c.23.num.61.poſt quem ſic declarauit Claudius Bertazzolus in d.conſ. ſui genitoris 76. littera E, & F. de quo articulo agit Bertacch. in præcitato tract. de Gabellis. In quæſt.nona principali.

177 Et quoniam Gabella eſt munus ordinarium, quando tamen impoſita eſt per ſtatutum, vel per l. ſecundum Bart. in l.2.hu.
178 5. ff. de iure immun. ex quo pro publica vtilitate inducta eſt, Ferrett. loco præmonito num.22.

179 Ideò hoc in loco ſecundario ſubiungimus, Munera ordinaria illa dici, quæ ſingulis annis nulla varietate negociorum imminente præſtantur, Extraordinaria verò illa eſſe, quæ caſualiter
180 veniunt, puta, quia filius naſcitur Regi, aut filia nubit, aut maritat filium, vt colligi ex tex.in l.placet. C.de Sacr. Eccl. annotauit Lucas in d.l.ſi diu.n.14.& 15. C.de exact.tribut. libr.10. Ex his ergo digno-
181 ſci facilè poteſt, contra quos debitores datiorum, aut redditum ordinariorum, & extraordinariorum indultus hic pergat, ac pergere valeat.

F I N I S.

MANDANTES propterea Illuſtribus, Spectabilibus, Nobilibus, Magnificis dilectis Conſiliarijs, & fidelibus noſtris Proregi, Locumtenenti, & Capitaneo generali noſtro, Magno Camerario, Prothonotario, Magiſtro Iuſtitiario, eorumq; Locumtenentibus, ſacro noſtro Conſilio Caſtri Capuanæ, Præſidentibus, & rationalibus Cameræ noſtræ Summariæ, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, Scribæ portionum, Theſaurario noſtro generali, ſeu id officium Regenti, Aduocatis quoq; & Procuratoribus fiſcalibus, cæteriſq; demum vniuerſis, & ſingulis officialibus, & ſubditis noſtris maioribus, & minoribus in prædicto noſtro citerioris Siciliæ Regno conſtitutis, ac omnibus, & ſingulis officialibus iuſdicentibus, & Notarijs nobis in eodem Regno ſubiectis, ad quos ſpectat, & ſpectabit, vt omnia ſupradicta obſeruent, & obſeruari faciant per quoſcumq; ſi præter iræ, & indignationis noſtræ incurſum pœnam ducatorum mille noſtris inferendorum ærarijs cupiunt euitare. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus noſtro magno ne-

negotiorũ præfati citerioris Siciliæ Regni Sigillo in pendenti munitas. Datum Metinæ cæli die primo menſis Octobris anno à Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo nono. Regnorum autem noſtrorum anno ſecundo.

YO EL REY

Vidit Comes Mirandæ, & Proprothonotario, & Magno Camerario
Vidit Gomes Generalis Theſaurarius.
Vidit Ribera Regens.
Vidit D. Bernardinus à Barionouo Regens.
Vidit Lanz Regens.
Vidit Celeſtrius Regens.
Vidit Conſtantius Regens.

Dominus Rex mandauit mihi Franciſco de Idiaquez.
In Priuilegiorum Neapolis ſecundo fol. 45.

ET viſo per nos, ac inſpecto tenore, & forma præinſerti Regij Indultus Priuilegij, volentes (vt tenemur) præfatæ Regiæ, & Catholicæ Maieſtatis obedire mandatis, tenore præſentium dicimus, præcipimus, & mandamus ſupradictis omnibus officialibus, tribunalibus, & ſubditis Regijs, & vnicuiq; ipſorum in ſolidum, quatenus attenta per eos & vnumquemque ipſorum forma dicti præinſerti Regij Priuilegij illam ad vnguem, & inuiolabiter obſeruent, & exequantur, ac exequi, & obſeruari faciant per quos decet iuxta dicti præinſerti Regij Priuilegij ſeriem, continẽtiam, & tenorem pleniores omni dubio contradictione, & difficultate ceſſantibus. Et contrarium non faciant, ſi gratiam præfatæ Regiæ, & Catholicæ Maieſtatis, ac pœna in præinſerto Regio Priuilegio contentam cupiunt euitare. In quorum fidem præſentes fieri iuſſimus magno præfatæ Maieſtatis Sigillo in pendenti munitas. Datum Neap. die 9. Maij. M D I C.

El Conde de Lemos.

Vidit Goroſtiola Regens.
Vidit de Caſtellet Regens.
Vidit de Ponte Regens.

Dominus Vice Rex Locumtenens, & Capitaneus Generalis mandauit mihi Andreæ de Tonalina Secretario.
In Curiæ 2. fol. 63.

Imprimatur. Alexander Gratianus Vicar. Cap. Gen. Neap.
M. Cherubinus Veronen. Auguſt. Theol. Curiæ Archiep. Neap. vidit. Reg: fol. 28.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google